

Al collegio de la Comp^a de Sanada
B.B.B.
HAYMONIS
EPISCOPI HALBERSTA *B-7353*

tensis in diui Pauli epistolas omnes inter
pretatio ad uetustissimorum exemplari-
um fidem quam diligentissime recognita.
Indicata sunt nunc primū in margine ca-
pita eorum quæ ab autore e sacra pagi-
na adducuntur.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16



PARISIIS

¶ Venundatur apud Ambrosium Girault sub Pellicano
In via ad diuum Iacobum.

del ap gene del M. de spec itura

del collegio de la comp^a de Granada
B.B.
B-7353

HAYMONIS
EPISCOPI HALBERSTA-

tensis in diui Pauli epistolas omneis inter
pretatio ad uetustissimorum exemplari-
um fidem quam diligentissime recognita.
Indicata sunt nunc primū in margine ca-
pita eorum quæ ab autore e sacra pagi-
na adducuntur.



PARISIIS

¶ Venundatur apud Ambrosium Girault sub Pellicano
In via ad diuum Iacobum.

del collegio de la comp^a de Granada

Effragitas quotidianis ferme ꝑculis lector candidiff. ut in tui studij profectum, ancis typis excudatur cōmentaria in epistolas diui Pauli, quæ vt verbosa ꝑlixitate non offendât, ita breui perspicuitate tibi blandiant. Causaris hoc turbulêto seculo neminê esse, cui nō perpetuo in ore natet Paulus, & qui illi⁹ epistolas, aut sub tunica cōpressas nō ggerat, aut calidis (quod a iunt) manibus nō cōtrectet. In iis tñ epistolis pleraq; inueniri (quæ B. Petrus testat) difficilia intellectu & quæ indocti & instabiles deprauent. Itaq; illustribus cōmētariis opus esse, quæ nō minus verâ atq; germanâ adeo autoris intelligētiâ exprimât, q̄ lectorē etiâ ipsum omni penit⁹ erroris susꝑitione tueant. Circunferri animis eruditū plane & nunquā satis laudatū enarratorē, diuū scilicet Thom. Aquin. at in illo, id te male habere, quod texêdo ordini, plus æquo indulgeat: & interfutis quæstionum argumētorumq; salebris progressum tuū remoretur & impediât. Fateris quoq; & aliorū quorundā præclaras lucubrationes proficere, sed quæ ꝑplexiorib⁹ sepe difficultatū scrupulis te lecturiētem distineant, q̄ vel ipse Paulus ancipitē reddiderit. Vt igitur tuæ expectatōni candidiff. lector, tādē satisfieret, Haymonis episcopi quondam Halberstatēsis doctē simul & succinctē in Paulum exegezes, tibi eduntur. In quibus sine cortice (quod dicitur) natate poteris, & reconditissima quæq; mysteria Apostoli absq; Theseo perrimari. Habēt enim iucundam breuitatem & argutam diluciditatē. Porro tametsi autoris barbarum sit & ignotū nomē, ingeniū tamē plane atticū est, eruditio singularis, et dictio non omnino aspernabilis. Probabis in eruendis Pauli abstrusioribus sententiis acumen, in hyperbatis connectendis, diligētiā: in explanādis tropis sedulitatem, fidem ī attemperāda scripturarum diuersitate & in citādis testimoniis foelicem copiam. Quem, si in exoricis præsertim voculis interpretandis, vel alias fortassis vt sit lapsum deprehenderis, non temeritati hois aut incuriæ putabis tribuendū, sed cū sæculi illius, quo vixit infelicitati, cū illiterato populo, in quo illū & enutriti & diuersari contigit, Vale, & hanc oppellam qualemcunq; boni consule. Diligenter aduigilatū est, ne in hoc opere mendarum portenta te molestant,

INDEX,

Paulus scripsit ad Romanos epistolam vnam in qua reuocat Romanos ab erroribus gentilium & ceremoniis legis ab veram & catholicam fidem. Et diuiditur in sexdecim capita, vt sequitur.

Paulus seruus Iesu Christi	cap. 1.
Propter quod inexcusabilis	cap. 2.
Quid ergo amplius est iudæo	cap. 3.
Quid dicemus inuenisse Abraham	cap. 4.
Iustificati igitur ex fide, pacem	cap. 5.
Quid ergo dicemus, & c.	cap. 6.
An ignoratis fratres, scientibus	cap. 7.
Nihil ergo nunc damnationis est.	cap. 8.
Veritatem dico in Christo	cap. 9.
Fratres voluntas quidem cordis mei	cap. 10.
Dico ergo nunquid repulit deus populum	cap. 11.
Obsecro ita vos fratres	cap. 12.
Omnis anima potestatis	cap. 13.
Infirmum autem in fide assumite	cap. 14.
Debemus autem nos infirmiores	cap. 15.
Commendo autem vobis	cap. 16.

Cad Corinthios scripsit epistolas duas. In prima reuocat quosdam ex Corinthiis a falsis Apostolis et philosophis per eloquentiam quosdam vero per obseruatiam legis Iudææ seductos, ad veram fidem & ad sapientiam euangelicam Et habet capita sexdecim vt sequitur.

Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi	cap. 1.
Et ego cum venissem ad vos.	cap. 2.
Et ego fratres non potui vobis loqui	cap. 3.
Sic nos existimet homo	cap. 4.
Auditur inter vos fornicatio talis	cap. 5.
Audet aliquis vestrum	cap. 6.
De quibus autem scripsisti mihi	cap. 7.
De his autem que idolis immolantur	cap. 8.
Non sum liber, non sum Apostolus	cap. 9.
Nolo enim vos ignorare fratres	cap. 10.
Imitatores mei estote	ca. 11.

CAPITVM

3

De spiritualibus autem	cap. 12.
Si linguis hominum loquar	cap. 13.
Secundum autem charitatem	cap. 14.
Notum autem vobis facio	cap. 15.
De collectis autem que fiunt in	cap. 16.

In secunda laudat emendatos et conuersos ad penitentiam, Et habet capita tredecim.

Paulus Apostolus Iesu Christi &c.	cap. 1.
Statim hoc ipsum apud me	cap. 2.
Incipimus iterum nosmetipsos commendare	cap. 3.
Ideo habentes hanc administrationem	cap. 4.
Scimus enim quoniam si terrestris.	cap. 5.
Hortamur vos ne in vacuum	cap. 6.
Has igitur habentes promissiones	cap. 7.
Notum autem vobis facimus	cap. 8.
Nam de ministerio quod sit in sanctos	cap. 9.
Rogo autem vos ne	cap. 10.
Vtinam sustineritis modicum	cap. 11.
Deus & pater domini nostri Iesu Christi	cap. 12.
Ecce tertio venio ad vos	cap. 13.

Ad Galathas scripsit epistolam vnam, in qua ipsos Galathas seductos a falsis Apostolis vt ad legem & ad circumcissionem reuerterentur, reuocat ad fidem catholicam veritatis, Et diuiditur in sex capita.

Paulus Apostolus non ab hominibus	cap. 1.
Deinde post annos quatuordecim	cap. 2.
O insensati Galathæ	cap. 3.
Quanto tempore hæres paruulus est	cap. 4.
Dico autem in Christo, spiritu	cap. 5.
Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus	cap. 6.

Ad Ephesios scripsit epistolam vnam, in qua Ephesij qui ab Apostolo verbo veritatis accepto perfliterunt in fide, & ipsos collaudat Apostolus. Et diuiditur in sex capita. Paulus Apostolus Iesu Christi

cap. 1.

CAPITVM

Et vos cum essetis mortui delictis	cap. 2.
Huius rei gratia ego Paulus vincus	cap. 3.
Obsecro itaq; vos ego vincus	cap. 4.
Estote imitatores dei	cap. 5.
Fratres de cætero confortamini in domino	cap. 6.

Ad Philippenses scribit epistolam vnam, in qua Philippenses laudat quod accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, nec falsos Apost. receperunt. Et diuidit in quatuor capita.

Paulus & Timotheus	cap. 1.
Et nunc audistis de me	cap. 2.
De cætero fratres mei	cap. 3.
Itaq; fratres mei	cap. 4.

Ad Colossenses scripsit epistolam vnam, in qua Colossenses corrigit, eo quod preuenti essent a pseudo Apostolis, et eos ad veram fidem inducit, & hortatur vt deueniant, & diuiditur in quatuor capita.

Mysterium quod absconditum fuit	cap. 1.
Volo enim vos scire	cap. 2.
Fratres si confurrexistis	cap. 3.
Domini quod iustum est & æquum	cap. 4.

Ad Thessalonicenses scripsit epistolas duas. In prima laudat Apostolus Thessalonicenses, qui cum receperunt verbum veritatis, et multas persecutiones passi essent propter illud a suis ciuibus, attamen fortiter perstiterunt in fide & nullos falsos permisissent Apostolos, neq; receperunt, Et diuiditur in quinque capita.

Paulus & Siluanus & Timotheus	cap. 1.
Exhortatio nostra de errore	cap. 2.
Placuit nobis solis	cap. 3.
Rogamus vos & obsecramus	cap. 4.
De temporibus & momentis	cap. 5.

In secunda instruit eos de nouissimis temporibus de falsa do-

INDEX

Trina antichristi, & eius aduentu & persecutione, deq; eius exaltatione & ruina. Et habet capita tria.	
Paulus & Siluanus	cap. 1.
Rogamus vos fratres per	cap. 2.
De cætero orate pro nobis	cap. 3.

Ad Timotheum scripsit epistolas duas. In prima instruit Timotheum de ordinatiõ & officio episcopatus & diaconatus atq; ois ecclesiasticæ disciplinæ. Et habet capita sex.

Paulus Apostolus Christi Iesu	cap. 1.
Obsecro igitur primo	cap. 2.
Si quis episcopatum desiderat	cap. 3.
Spiritus autem manifeste dicit	cap. 4.
Seniorem ne increpaueris	cap. 5.
Si quis aliter docet	cap. 6.

In secunda hortat eum ad coronam martyrii & informat eum de omni regula catholice veritatis, & quid sit futurum nouissimis temporibus, & de sua passione. Et diuiditur in capita quatuor.

Paulus Apostolus Christi Iesu	cap. 1.
Tu vero fili mi confortare	cap. 2.
In nouissimis diebus	cap. 3.
Testificor coram deo	cap. 4.

Ad Titum scripsit epistolam vnam, in qua instruit Titum quomodo debeat constituere presbyteros, & de eorum conversatione spirituali. Et de vitandis hereticis. Et diuiditur in caput vnum.

Paulus seruus dei secundum fidem	cap. 1.
----------------------------------	---------

Ad Philemonem scripsit epistolam vnam, in qua ipsum commendat de fide & charitate in sanctos & rogat eum, vt indulgeat Onesimo seruo suo, & ipsum benigne suscipiat. Et habet caput vnicum.

Paulus vincus Iesu Christi	cap. 1.
----------------------------	---------

CAPITVM.

Ad Hebræos scripsit epistolam vnam, in qua ostendit defectum & euacuationem legis Mosaicæ, & perfectionem legis euāgelicæ. Et quod Christus sit verus deus & homo dei & hominum mediator. Et diuiditur in capita tredecim.

Multifariam multisq; modis	caput. 1.
Propterea abundantius oportet	caput. 2.
Vnde fratres sancti	caput. 3.
Timeamus ergo ne forte	caput. 4.
Omnis namq; pontifex	caput. 5.
Quapropter intermittentes	caput. 6.
Hic enim Melchisedech rex	caput. 7.
Capitulum autem super ea quæ dicuntur	caput. 8.
Habuit quidem & prius	caput. 9.
Vmbra enim habens lex futurorum	caput. 10.
Est autem fides sperandarum	caput. 11.
Ideoq; & nos tantam habentes	caput. 12.
Etenim deus noster ignis	caput. 13.

F I N I S

Ex Ioāne Trithemio abbate Sphanheimēsi Haymo. vita.

Aymo tertius episcopus Halberstateñ, in Saxonia
 H ex abbate Hirsfeldeñ, cenobij ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, Alcuini monachi quondam auditor, ad quem Rabanus Fuldeñ, tunc abbas. 22. libros de vniuerso composuit: vir certe vndecunq; doctissimus, diuinarum scripturarū sagacissimus interpretis, in deo clamādis homilij ad populum excellentis ingenij fuit. Hic primo monachus Fuldenfis, postea abbas Hirsfeldeñ, hinc episcopus Halberstatenfis tertius, quam ecclesiā strenue verbo & exemplo annis. 13. gubernauit Scripsit multa & varia opuscula in nouum & vetus testamentum, tandem sub Ludouico pio Caroli Magni filio moritur. Anno dñi. 334. sepultus in æde diui Stephani Halberstatenfis.

IN EPISTOLAM PAULI
 ad Romanos Argumentum
 Haymonis.



Corintho ciuitate metropoli Achaie regionis scripsit Apostolus Paulus Romanis hanc epistolam, quos non ipse, non Petrus, non quilibet Apostolorum duodecim primum instruxit, sed quidam Iudæorum creditum, qui ab Hierosolymis Romam venientes vbi princeps orbis residebat, cui erant ipsi subiecti fidem quam apud Hierosolymam didicerant Romanis euāgelizauerunt. Causa autem scribendi hanc epistolam, hæc probatur extitisse: Orta est autem contentio inter Iudæos credentes, & gentiles etiam ad fidem concurrentes: Iudæi siquidem credentes, propter sanctos patres a quibus originem ducebant, & propter legem quam soli inter cæteras gentes acceperant, despiciebant gentiles venientes ad fidem, vtpote idololatriæ superstitioni hæcenus deditos, dicentes. Propter obseruationem legis cui seruiant, meruisse gratiam Christi, fidem euāgelij, Econtra gentiles præferebant se nihilominus Iudæis, impropere eis mortem filij dei, simul protestabantur se idolis obsequium venerationis minime exhibuisse si legis præcepta aut prophetarū oracula habuissent. Omnibus his igitur præbuit se Paulus apostolus medium, omnes illorum contentiones destruens, quæ in prologo huius epistolæ narrant: & quasi bonus cōcionator extenta manu illos alloquens, omnes ad vnam concordiam adduxit, ostendens nullum eorum suis meritis esse saluatum, sed per gratiā Iesu Christi: quia omnes Iudæi & gentiles sub peccato tenebantur.

IN EPISTOLAM PAULI
 ad Romanos Prologus.

Epistola græco vocabulo, latine dicitur supermissa vel addita, sicut epigramma. i. superscriptio, & epithaphium super sepulchrum. Epi quidē sonat super stola vero missa. Epistolæ autem istæ idcirco dicuntur supermissæ vel additæ, eo quod super vetus testamentum

& gratiā euāgelij, vbi perfecta salus conſiſtit, ab Apoſto-
 lo ſint miſſe credētibus, ad reſecāda pręſentia atq; orientia
 vitia: & vt ſi quis trāſgreſſus fuerit euāgelij, hic inueniat
 medicinā ſalutis: quaten⁹ vindictā euāgelij poſſit effuge-
 re, redditus illi per dignā pœnitentiā. Sunt ſupermiſſa nō
 dignitatis cauſa quod ſuperexcellat, ſed ad completionem
 illorū poſtea ſcriptæ. Epiſtola aut̄ iſta nō illū ordinē tenet
 in corpore epiſtolarum quo ſcripta eſt, ſed cauſa dignitatis
 Romanorū, qui tunc temporis vniuerſis gentibus impera-
 bant, primatum obtinuit. Hoc autem factum eſt non ab
 Apoſtolo, ſed potius ab illo qui oēs eius epiſtolas ſub vno
 corpore curauit colligere. Notandū autē quod ſicut Moy-
 ſes legiſlator, iſraelitico populo a Pharaone liberato, decē
 præcepta legis tradidit, ita Apoſtolus Paulus credentibus
 in Chriſtū, & a Pharaone ſpirituali erutis, decem epiſtolas
 ſcripſit. Nā quatuor reliquas ad diſcipulos miſit, duas vi-
 delicet Timotheo, vnam Tito, vnam Philemoni, [Pauli]
 Paulus, vt Hieronymus dicit, a primo ſpolio quod ſanctæ
 eccleſiæ contulit, a Paulo videlicet Sergio proconſule, quē
 apud Cyprum cōuertit, hoc nomen ſibi impoſuit, vt ſicut
 Particus, qui Parthos ſuperauit & Germanicus, qui Ger-
 maniam vicit, quilibet dux Romanorum dictus eſt, ſic ab
 eo principe quē prius ſuperauit ſit appellatus Paulus. Bea-
 tus vero Auguſtinus dicit modicum interpretari Paulum
 id eſt, humilem. Vnde ipſe dicit, Ego ſum minimus omniū
 apoſtolorum Dicitur & aporis paulys ſecundum quosdā,
 id eſt, a ceſſatione perſecutionis: vel certe (vt quidam di-
 cunt) binomius fuiſſe intelligitur, vt plurimi inueniuntur
 duobus nominibus vocati, ſicut Ozias qui & Azarias
 in veteri teſtamēto: in nouo vero Mattheus qui & Leui,
 vnde in actibus apoſtolorū legitur: Saulus qui & Paulus
 inualeſcebat & confundebat Iudæos: vel etiam more ſan-
 ctorum, cōmunicationem meruit nominis, vt Abraham
 & Iacob, & ſymō q & Petrus vocatus eſt a dño, vt per-
 ſecutor vocatus eſt Saulus. i. infernalis poſt prædicator
 effectus diceretur Paulus, id eſt, humilis Chriſti diſcipulus
 [apoſtoli] Apoſtolus Græce, Latine dicitur miſſus, & iſte
 audiuit a domino. Lōge mittam te ad gentes Apoſtolorū
 autem genera ſunt quatuor, Primum eſt quod nec ab ho-

Exo. 29.

Actu. 17.

minibus, ſit nec per hominem, ſed a deo tantummodo, de
 quorum numero fuerūt Moyſes, Iſaias, aliique q̄ plurimi
 prophetarum, duodecim quoq; apoſtoli, qui quāuis ab ho-
 mine Chriſto eſſent miſſi, tamē ipſe homo erat, et ver⁹ de
 us, Moyſi ergo dictū eſt. Mittam te ad Pharaonē, Iſaię quo-
 q; Quem mittā? & quis tibi nobis? Et ille. Ecce ego, mitte
 me, Et dominus. Vade ad populum iſtum. Secundū quidē
 quod a deo eſt, ſed per hominem: de quorum numero exti-
 tit Iofue, qui deo præcipiente atq; volente, per Moyſen miſ-
 ſus eſt, aliiq; q̄ plurimi, qui electione populi pro vitæ me-
 ritis deo volente electi ſunt. Voluntas enim populi plerū-
 q; voluntas dei eſt. Tertium quod ab homine eſt tantum
 modo, & nō a deo, cum fauore hominum aliquis eligitur,
 non pro bona cōuerſatione, neq; cauſa religionis ſed nobi-
 litatis parentelæ: ſeu cum quis præcio ſubrogatur in ſacer-
 dotij dignitatem, de quorū numero dicit vni Beatus Am-
 broſius, epiſcope, niſi centū ſolidos dediſſes, hodie epiſcop⁹
 non eſſes. De iſtorum etiam numero erāt illi, de quibus di-
 citur in libro Regum, qui temporib⁹ Ieroboam implebāt
 manus ſuas, & fiebant ſacerdotes idolorū. De iſtis ergo ta-
 libus dicit dominus per prophetam: Ipſi regnauerunt, ſed
 non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Quartū
 quoq; genus eſt apoſtolorum, quod neq; a deo, neq; per ho-
 minem ſit, ſed a ſemetipſo tantum conſtat, vt ſunt pseudo
 prophetæ & pseudo apoſtoli, dicentes, Hec dicit dñs: cum
 dominus non miſerit eos. Sciendum eſt autem inter hos o-
 mnes, quosdam tantę dignitatis eſſe, vt & apoſtolatus &
 prophetię ſublimentur honore, vt fuit Moyſes, Iſaias, Ioā-
 nes quoq; baptiſta de quo dicitur: Ecce ego mitto angelū
 meum ante faciē tuā qui præparabit viam tuam ante te,
 ex quibus fuerunt & apoſtoli, qui præmia electorum &
 tormenta reprobōrū ſuis auditoribus prædixerūt, quodā
 honore prophetię inſigniti. [Ad Romanos] Romanos ap-
 pellat hic apoſtolus qui ex Iudæis gētibusq; credentes in
 partibus Italię habitabāt. Interpretatur autē Romanus, ſubli-
 mes ſiue tonātes, quia illo tpe quo apoſtolus hanc epiſtolā
 eis miſit, cunctis gētibus principabatur. Ideoq; ſublimes
 res erant omnibus populis: & intonabant præcepta publi-
 ca & priuata, eorumq; fama in oīm hoīm reſonabat ore,

Exo. 1.
Iſaię, 6.

1 Re. 12.

Oſce 8.

Mar. 1.

In epistolam Pauli ad Romanos, per Haymonem episcopum Halberstadiensem, Exegetis.



PAVLVS SERVVS IESV CHRISTI. De nomine apostoli iam superius dictum est: sed quærendum est cum dominus dicat. Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos quare Apostolus se seruum appellat? Ad quod dicendum duo genera esse seruicitatis, vnum videlicet timoris, alterum amoris. Est quidem seruus timoris, qua timet seruum dominum suum, timens ab eo flagellari, si per omnia eius voluntati non obedierit. Et est seruus amoris filiationis, qua seruit bonus filius patri, timens eius offensam, quo scilicet genere seruicitatis, vocat se Apostolus seruum Iesu Christi. De qua & ipse dominus ait. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: & hoc est non seruus timoris & poenæ, sed seruus amoris & filiationis, quo ad instar filij non vult offendere Christum [Iesu.] hoc nomen est ab angelo humanitati impositum, dicente ad Mariam. Vocabis, nomen eius Iesum. Iesus enim latino eloquio saluator vel salutaris interpretatur. Cuius nominis etymologiam exponens angelus, dixit, Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum: Si vero nomen diuinitatis illius requisitis verbum patris vocatur Christus, græce, latine dicitur unctus, hebraice messias: siquidem unctus est ipse, non oleo visibili, sed oleo inuisibili, plenitudine, videlicet spiritus sancti. De qua unctione dicit Psalmista. Unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Aliis fuit olim adiectiuum hoc nomen sacerdotibus videlicet, regibus & prophetis sed Iesu factum est proprium [vocatus apostolus] Est vocatio generalis de qua dicitur: Multi sunt vocati pauci vero electi. Et est specialis, de qua idem ait Apostolus quodam loco, Quos vocauit, hos & iustificauit secundum quæ vocatus est paulus Apostolus, id est, missus. Notandum autem idcirco nomen apostolatus ab Apostolo in omnibus esse positum epistolis, vt maioris honoris & dignitatis essent eius epistolæ apud auditores [segregatus,] id est, electus ad euangelium prædicandum. Vel segregatus, id est, a grege separatus, a cæteris videlicet discipulis non mente sed corpore quia cor

Ioan. 13.

Luc. 17.

Luc. 1.

Isa. 7.

Mat. 1.

Psal. 43.

Mat. 28.

Rom. 8.

vnum, & animam unam habebat cum cæteris Segregatus est corpore ab aliis, spiritu sancto præcipiente. Segregate mihi Barnabam & paulum, & destinatus est genibus totius orbis prædicator, verbi gratia: Sicut homo extendit brachium ad operandum & tamen non idcirco præciditur a reliquo corpore, ita Paulus Apo. destinatus est quidem genibus ad prædicandum sed tamen non ideo separatus est a cæteris Apo. mente et desiderio. Et cum reliqui Apo. singulis in locis prædicassent, et singula regna tenuissent, verbi gratia: Andreas Achaiam Thomas Indiam, Mattheus Aethiopiam, ille omnibus gentibus & omnibus regnis prædicator extitit, vñ ipse dicit: Qui operatus est Petro in apostolatu, circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes, Quod tale est, ac si aliis, verbis diceret Qui Petrum constituit magistrum Iudeorum me quoque magistrum voluit præficere omnibus genibus [in euangelium dei] Marcus dicit initium euangelij IESV Gal. 3, Christi, iste contra euangelium dei patris esse affirmat, Quare fit ista diuersitas? Quia vt filius ait omnia patris sua sunt, & sua patris, ideoque vnum euangelium communiter possident. i. bonum nuntium, Nam sicut vna substantia est patris & filij, vna potestas, vna deitas, ita vnum euangelium est patris, & filij. Quid ergo est euangelium? Bonum nuntium, vt diximus. Et quod est melius nuntium quam omnipotentem deum trinitatem habere in personis, vnitatem in substantia patrem ingenitum, filium vni genitum spiritum sanctum procedentem ab utroque annuntiare natiuitatem quoque Christi secundum diuinitatem ante secula secundum humanitatem in fine temporum miracula illius passionem resurrectionem, ascensionem ad celos aduentum illius ad iudicium, resurrectionem generalem, gloriam electorum, damnationem reproborum: Ad ista omnia prædicanda segregatus est Apo. Sequitur. [quod ante promiserat per prophetas suos] Sicut promisit deus pater per prophetas filium suum ad salutem humani generis in mundum esse venturum, sic promisit ad sanctum euangelium. Notandumque quia cum dixisset per prophetas, statim subintulit suos: prophetæ enim nomen commune est, & accipitur aliquando pro bono, aliquando pro malo. Nam sicut fuerunt in veteri testamento prophetæ boni, qui spiritu sancto affla-

Act. 28.

Gal. 3.

Mar. 1.

Luc. 15.

ei multa mysteria sibi diuinitus ostensa *pdixerunt*: ita fuerunt & falsi dicetes. Hęc dicit dñs, cum dñs nō miserit eos. Vnde & p̄ Isaiam dicit, & propheta loquens mendacium ipse est cauda. Nō ergo p̄ illorū ora p̄misit euangeliū, sed potius per illorū quos ipse in veritate misit. Vñ per Ieremiam dicit Disponā in quies domui Israel, et domui Iuda testamentū nouū. i. euangeliū. Et iterū, Feriā inquit vobiscū pactū sempiternū. Psal. quoq; qui legem Moisaicā habebat, exorabat dicens, Legem euangelij constitue mihi. [in scripturis sanctis de filio suo] Sunt scripturā nō sc̄te, vt sūt dīcta philosophorum Platonis seu Aristotelis, carmina poetarū Homeri seu Vergiliij, aliorūq; poetarū gentilium, scripturę vero sc̄te appellant lex & p̄phetę atq; psal. quia sc̄tificat obseruationes suas, prohibendo vitia, & cōmendādo virtutes. Quę scripturā sanctę vel euāgelij de filio patris, i. de Christo sūt, quia illum annuntiant. Multi quidem sunt filij dei secundum adoptionem: de quibus Ioannes dicit. Quia quotquot receperunt eum, dedit eis potestātē filiōs dei fieri, sed vnus est proprius naturalisq; domin⁹ Iesus Christus, de quo ipse pater: Hic est inquit, fili⁹ me⁹ charissimus. Et de quo Apostolus: [qui factus est ei] inquit, i. a deo patre filius [ex semine Dauid secundū carnē] Dñs Iesus ex duabus substantiis, diuina sc̄licet & hūana, i. in vnitate personę subsistēs, verus deus est, & verus homo, secundū quod deus est, non est factus, sed genitus, quia non est creatura: secundum autem carnem, factus ex semine Dauid, qui fuit de tribu Iuda. De cuius progenie descendit beatissima Virgo Maria, ex cuius semine formata est caro dominica opere spiritus sancti in vtero virginali. Vnde satis conuenienter dicit Apostolus, quia factus est deo patri ex semine Dauid, secundū carnē qui erat domin⁹ & creator Dauid secundū diuinitatē, [qui p̄destinatus est], i. p̄ordinatus & p̄resinitus, [fili⁹ dei in virtute] subaudiē diuinitatis & in potentia verbi, a quo assumptus est ipse homo in vnitate personę. Origenes dicit, Qui destinatus est fili⁹ dei, dicēs destinari illum posse qui est, p̄destinari qui nō est. At vero secundū B. August. melius est dicendum. Qui p̄destinatus est filius dei, quia nō de verbo loquitur hic Apostolus, sed de homine qui nō erat antequā factus esset

Humanitas enim quę nō erat antea, illa est p̄destinata & p̄resinita siue p̄ordinata sine suis meritis vt filius dei esset, assumpta a verbo in virtute diuinitatis, & in potētia verbi & vnita illi in vnitate personę, [secūdum spiritum sanctificationis.] Spiritus sanctificationis appellat hic spiritus sanctus, quia sanctitatē p̄stat angelis & hominibus iustis, qui etiā formauit, viuificauit & sanctificauit ipsum hominē in vtero virginali, ex semine virginis sine femine viri. Considerandū est aut, quia non fuit ei spiritus sanctus pro femine, nec dicimus illū patrem esse humanitatis, ne dicant esse duo patres quod omnino nefas est dicere, nō em̄ omne quod nascitur ex nobis, vtiq; filius noster est. Verbi gratia: Capillus nascitur de capite, & tamē nō ideo filius capitis recte dicitur. Pediculi ex nobis quoq; nascuntur & tamē filij nostri nequaquā dicuntur: ita ergo & ille homo assumptus a verbo, de spū sancto cōceptus, i. opere spiritus sancti formatus est, sed tñ nō est filius spiritus sancti. Iugatur ergo ita a B. Aug. docente, Qui p̄destinatus est filius dei in virtute diuinitatis & potentia verbi [ex resurrectione mortuorū] primus resurgere, & primus cęlos penetrare. Destructo em̄ mortis imperio, ipse primus oim mortuorū electorū resurrexit, iuxta qđ Ioannes de illo dicit: Qui est primogenitus mortuorū, & princeps regū terrę, & primūq; dormiētū Christ⁹: & sicut primus resurrexit ita & primus cęlos penetrauit dans fidelibus suis post se aditū ingrediendi. Aliter secundum Beatum Ambro. Merito dicit illū p̄destinatum esse filiū dei ex resurrectione, siue post resurrectionem, quia tunc patuit verus filius dei esse, quādo in morte illius multa miracula accidentia compulerūt dicere. Vere filius dei erat iste, siquidem antequam suspēderetur in ligno pro salute generis humani & moreretur, multaq; miracula fierent in passione illius, quę euangeliū narrat, a paucis cognoscebatur filius dei esse, intantum vt Apostoli quoq; dum comprehenderetur, relicto eo fugerent. Sed postquam sol obscuratus est in morte eius terra tremuit monumenta aperta sunt, velum quoque templi scissum est, & resurrexit, cognitus est esse verus filius dei, siue etiam quando post resurrectionem ascensionemque suam misit Apostolis spiritum sanctum, quo in flammati

acceperūt loqui omnīū gentiū linguis magnalia dei, tūc potius cognit⁹ est esse verus filius dei. ab his videlicet de quibus Lucas dicit, quod vna die crediderūt tria milia, altera die quinque milia. Digna autē cōsideratione animaduertendum est, quia non dixit Apostolus absolute. Qui prædestinatus est filius dei in virtute ex resurrectione mortuorū sed adhuc addidit aliquid dicēs ex resurrectione mortuorū Iesu Christi, hoc est tantummodo electorum ad se pertinetium: simulq; nobis demonstrat, quia sicut suā resurrectionē procurauit, ita quoq; mortuorū corpora & animas pariter resuscitauit secum, tam illorū de quibus dicitur Mat. 27. Multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerunt quā etiā omnium electorū. Ex quorū ergo resurrectione mortuorū apparuit Christus verus fili⁹ dei esse [Iesu Christi] .i. illorū qui ad se pertinebāt quos ipse resuscitat ad vitam & de quibus idē Apostolus dicit vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nā de resurrectione reproborum nihil hic dicitur. Potest & ita coniungi. Paulus seruus vocatus Apostolus ex resurrectione mortuorū Iesu Christi, Omnes quidem Apo. ante domini passionem sunt vocati ab ipso Paulus vero post resurrectionem eius. [Per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gētibus pro nomine eius] Gratia dicitur gratis data Et gratiā hic debemus intelligere fidē & remissionē peccatorum vel patientiā omniū laborū, pro qua remunerabimur in futurū, quæ omnia nullis præcedentibus meritis gratis data sunt cūctis fidelibus sicut iisdem egregius prædicator dicit: Gratia salui facti estis. Apostolatus vero nomine debemus intelligere legationem prædicationis, quā ipsi soli Apostoli eorumq; sequaces acceperunt qui similiter post illos officiū prædicationis tenuerunt: Et ne quis putaret, quod in vna gēte tantummodo Israelitica accepisset legationem prædicationis, dicit in omnibus gētibus ad obediendum fidei, accepisse illos Apostolatam. .i. vt omnes gentes obediant fidei euangelicæ & Christi, quod vnum est Fides autem dicitur, eo quod fiat vt pmittitur. Cōstat autē tem inter deū & homines, Verbi gratia: Tempore baptismatis profitemur nos credere in deum patrem & dominum Iesum Christum & in spiritum sanctum, abrenun-

tiare quoque diabolo & omnibus pompis eius omnibusq; operibus eius. Si ergo hoc obseruamus, fidei obediemus: tūc nautem infidelitatis redarguimur. Fides igit est, vt diximus, confessio sanctæ trinitatis, & solidum fundamentum religionis, qua veraciter credimus id quod nequaquā videre valeamus. Si autē quod credimus iam videmus, fides iam non est habēda, sed cognitio. Notandumq; quia pro nomine CHRISTI, id est vice nominis eius dicit se accepisse apostolatam, Sic enim ait eis dominus: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, id est sicut misit me pater in nomine suo, ita & ego vos vice nominis mei mitto ad prædicationem. Vnde & iisdem Apostolus alias dicit, pro Christo id est vice Christi legatione fungimur. Itēq; Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. [in quibus] subaudi- dis gentibus [estis & vos] Romę habitātes Iudæi & gentiles [vocati Iesu Christi] id est ab illo vocati estis per nos vt in eū credatis, vel etiam in hoc vocati estis illius, quia ab illo nomē Christianitatis promerulistis. [Omnibus qui sunt Romę dilectis vel dei vocatis sanctis.] Dilectis dei dicit, id est electis ad fidem & gratiam. Quod autem dicit vocatis sanctis, sic videntur hæc verba sonare, quod iam sancti essent quādo vocati sunt, se. l. non conuenit, Qui enim erant peccatores & iustissimi, vocati sunt sancti, id est ad hoc electi & vocati sunt, vt essēt sanctificati p baptismū. Tale est & illud, quod in cantū Zachariæ patris iōānis Baptistę, vīsitauit, inquit, & fecit redemptionem plebis sue. Non enim inuenit illam esse plebem suam sed vīsitādo & redimendo suam fecit esse. Notandū autem quia in titū huius epistolæ longo circuitu distenditur: ac per hoc eius distinctio solerter est consideranda. simulq; considerandum salutatiōes epistolarū sub tertijs personis cōsistere. Legat ergo per cōmata ac sub distinctiōib⁹. Paulus seruus Christi Iesu. & c. vsq;. In quibus estis & vos vocati Iesu christi, ibiq; ponat mediā distinctio, deinde inferat. Omnib⁹ qui sunt Romę vocatis sanctis ibiq; fiat plena distinctio, & subaudiatur tertia psona: salutē optat. Nā quod sequit, gratia vobis, extra salutationē est, quia secūda psona est ad quā debet post salutationē primā loq;. [Gratia vobis et pax a deo patre nostro & Dño Iesu xpō.] subaudiatur sit gratia vobis

Id est fides & salus qua remittuntur peccata tēpore baptis-
matis, & pax qua recōciliamur deo patri per sanguinē fi-
lij sui. Quidā ita volūt intelligere distincte, vt dicatur gra-
tia vobis a deo patre, qui gratis misit filiū. & pax a domi-
no Iesu C H R I S T O: cuius passione recōciliamur tā deo
quā angelis, sed melius vtrumq; a deo patre datū intelli-
gūt vtrūq; a filio, quia gratia & pax a patre & filio equa-
liter cōfertur. Spiritu sancti vero personā idcirco reticuit
quia ī donis suis eū cōprehēdit. i. in gratia & pace. Ait em̄

Phil. 4. Veritas Samaritanę mulieri: Si scires donū dei, i. spiritū san-
ctum. Quia enim per eū diuinitus honorantur electi, ideo,
vt diximus, in donis intelligit. Gratia enim, i. remissio pec-
catorū, quā percipiunt credētes in lauacro baptismatis, &
pax per quā recōciliationē merētur, equaliter a tota trini-
tate prestātur. [Prīmū quidē gratias ago deo meo p̄ om-
nibus vobis] hucusq; salutatio. post salutationē verosequi-
tur statim text⁹ epistolę. Beatus apostolus in exordio suę

2. Th. 5. epistolę a gratiarū exorsus est actione, adimplens vtique
mādatū suū quod dixit alibi: In oībus gratias agite. Gra-
tias, inquit, ago, i. laudes refero deo meo p̄ vobis. Bene au-
tē addit meo, quia cum omniū rerū vnus sit deus per natu-
rā: eo quod sit creator omniū, illis p̄prie tamē per gratiā
deus dicitur esse, quod merito fidei & iustitię eius cultores
esse probantur, sicut beato Paulo alijsq; Christi fidelibus.

Exod. 3. Hinc dicitur: Ego sū deus abrahā/ deus Isaac/ & de⁹ Iacob
per gratiam & vitę meritū. [quia fides vestra annūtiatur
in vniuerso mundo.] A toto partem accipe, neq; enim to-
tus mundus illorū fidem annūtiabat, sed per plures mun-
di partes diuulgabatur/ nouam fidem euangelię eos perce-
pisse, vt pote qui tūc temporis pene omnibus gentibus do-
minabantur. Ab illis qui Roma veniebāt, indeq; ad p̄pria
repedabant eorū fides multis annūtiabatur gētibus. Fides
dicitur eo q̄ fiat, quod sicut p̄mittitur, ita debeat impleri:
sin autē non fuerit adimpleta, iam nō est fides. [Testis em̄
mihī est deus.] Videtur cōtra dominicū p̄ceptū iura-
re apostolus quo dicit: Nolite iurare omnino. Sed quia ve-

Mar. 5. ritatē iurare necessitate cōpellēte, nō est peccare, vt ab Au-
gu. dicit. Coact⁹ apostolus vt crederetur ei ab auditorib⁹,
dū iurat non peccat. Tutius tamen est nō iurare: quia qui

nunquā iurat, nūquam periuriū perpetrat. [cui seruiō in
spiritu meo] non ait adoro sed seruiō. sūt quidā qui corpo-
re & voce deum aut homines sicte adorant, sed nō spiritu
.i. mentis affectu. Plus est ergo dicere, cui seruiō in spiritu
quā adoro: quia hic intelligit seruitiū amoris & ite grē dile-
ctōnis, [in euāgelio filij ei⁹] .i. prädicationē Christi. Euā-
gelium, vt diximus, bonū nuntiū sonat. Dicit enim P̄ceni-
tentia agite, ap̄ p̄pinquabit regnū celorū. Prädicare quoq;
conceptionē & natiuitatem Christi & reliqua, disp̄satio

Marc. 3. nis eius mysteria euangelizare est. [quod sine intermissio-
ne memoriā vestri facio, semper in orationibus meis] Sine
intermissione dicit, quia omni die, omni nocte orationi incū-
bens, eorum memoriā faciebat. Nā aliter hęc verba stare
nō valent, quia comedebat & dormiebat. Hō siquidē morta-
lis erat adhuc Apostolus, ideoq; mortalis indigebat opera-
ri, comedere atq; dormire. His enim omnibus indiget ho-
mo mortali tegmine indut⁹. In hoc vero quia orationi in-
stabat, in semetipso primū opere p̄tēdebat, qđ ipse alibi
suis auditorib⁹ exhortādo p̄ceperat: Sine intermissiōe,
inquiens orate. [obsecrans, si quomodo tādē aliquādo p̄-

1. Th. 5. sperū iter habeā in voluntate dei veniēdi ad vos.] Si quo
modo, i. si aliquo modo, tādē ad vltimū vel vix. Bene dicit
obsecrans si aliquo modo p̄sperū iter habeā in voluntate
dei veniēdi ad vos: quoniam sunt quidē qui dei permis-
sione nō volūtate, prosperū iter videntur accipere ad ma-
lum, si quando homicidiū aut aliquod festinent scelus per-
petrare. Sed Apostolus omnia p̄spera, quę sine voluntate
dei veniunt nihili pendit, & p̄ nihilo deputat. Nā aliter
prosperum iter se posse habere non putabat, nisi volūtas
dei, quę omnia nouit, & ī oībus nos p̄aucnit bonis p̄ce-
dit & fouet, illuc eū duceret vbi fructum aliquem habe-
ret. [Desidero enim videre vos] ideo dicit desiderare se

venire ad illos, vt illos ad amorem suum excitaret, vt &
ipsi desiderarent illū. Desiderabat autem illos videre, vt
aliquid gratię p̄dicationis & miraculorum illis largi-
retur, sicut sequentia manifestant. Desidero, inquit, vide-
re vos. [vt aliquid gratię spiritualis ipartiar vobis ad cō-
formandos vos] vt cōfirmem fidem vestram doctrina &
p̄dicationē atque miraculorum virtute, suppleamq; meo

aduentu si quid minus habetis in fide, vel etiam vt doceā vos perfectam charitatem habere, ne ab inuicē dissideatis & discordiā habeatis, sicut nūc audio. [Id est simul cōsolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem vestram atq; meā.] Cōsolantur magistri de profectu discipulorū, quādo scilicet stabilimentū fidei reperiunt in illis, eōtra cōsolantur discipuli dum aduentu magistrorum cumulatū illis gratia spiritus sancti, vel dum suam scientiā & fidem magistrorū scientiæ aut fidei cōcordare & cōparticipare intel ligūt. [Nolo autem vos ignorare fratres: quia sæpe p̄posui venire ad vos.] .i. & volui & proposui, [& prohibitus sum vsq; adhuc.] Prohibitus est Paulus a deo ne antea Romam veniret quam gentibus circa Hierosolymam positis, sacrè administraret euangeliū. Deinde vero p̄ Macedoniam & siamq; minorem prædicādo Illyricum veniens quæ est prima pars Europe, tandem iuxta animi sui votū perueniret Romā. Cum ergo dixisset Apostol⁹ sæpe se de sinasse venire ad illos, poterat aliquis illorum ei obuiare interrogando ac dicere: O beate Apostole, cur disposuisti venire ad nos peccatores? Ad hæc ille, [vt aliquē fructū habeā in vobis, sicut & in cæteris gentibus] .i. vt mercedem æternā spiritualis gratiæ habeam in vobis de meo labore, sicut & in cæteris gentibus. [Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.] Sapientes appellat Iudæos & Græcos, a quib⁹ omnis sapientia diuina, & omnis philosophia mūdāna exordiū sumpsit, insipientes vero & barbaros, alias gentes, sicut sunt Teutonici, Britones, alijq; qui illorum cōparatione indocti & quasi sine literis erāt. Nam sicut ab Hæbreis acceperunt latini omnem diuinam scripturā, ita & a Græcis omnem philosophiā secularē. Et cū in sapientia florerēt, se quidē sapientes, omnes vero reliquas gentes barbaras vocabant. Quorū superbiā cōfundit apostolus, dum in sequentibus præponit eis Iudæos. Sed cōsiderādū est quid acceperit apostolus, vt horum debitor esset. i. sapientium et insipientium: Nā ab ipsis nō acceperat aliquid. A deo hoc donum acceperat, vt omnium gentium linguis loqueretur, quibus eisdem gentib⁹ fidem Christi, vt pote debitor, prædicare debebat, vel certe in hoc erat debitor omnibus gētibus, quia, sicut beatus Au-

gustinus ait in expositione epistolæ ad Ephesios, præ omnibus apostolis sapiētiam diuinam percepit. Et quare hoc nisi vt omnibus principib⁹, omnibusq; philosophis per sapientiam sibi datā resistere posset. Vnde & dñs ait de illo ad Actū. 9. Ananiā, Vas electionis mihi est vt portet nomen meū coram regibus & gentibus. Sapientibus debitor erat vt eis profunda & alta misteria pāderet, sicut ipse dixit alibi. Sa 1. Co. 2. pientiam loquimur inter p̄fectos. Insipientibus debitor erat, vt secūdū capacitatē illorū eis verbū mysteriorū cōmitteret, quibus ipse dicebat. Nō potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Insipientib⁹ vero debitor erat in hoc: vt illorū insipientiā patiēter ferret [ita quod i me 1. Cor. 3. p̄optum est] .i. manifestū est, [& vobis qui Romę estis euangelizare.] Ordo verborum est, pariterq; sensus. Quia sapientibus & insipientibus debitor sum, vobis quoq; qui Romæ estis: multo p̄optior est mea voluntas ad euangelizandum: & sicut de fide omnū gentiū, ita etiam de profectu vestre fidei opto magnus sublimisq; fulgere. [Nō erubesco enim euangeliū,] subaudis prædicare. Quidā credebant in filium dei & verecū dabantur prædicare quod natus esset ex foemina quæ crucifixus, quasi nolentes iniuriā facere dei filio, sed hoc nō erubescibat Paulus qui dicebat: Nō erubesco euangeliū prædicare, ac si diceret alijs verbis, Nō erubesco filiū dei prædicare in fine temporū natū, quē scio ante secula equalē patri genitū. Nō erubesco mortuū prædicare: quē scio sup̄ata morte tertia surrexisse die, dein de cælos penetrasse. Et quasi aliquis diceret, quare nō erubescis euangeliū? ait [Virtus enim dei est] euangeliū [in salutem omni credenti. Iudæo primū & Græco.] Virtus enim dei est euangeliū in salutē omni homini credenti, quia per illā fidem & operationem quā euangeliū annūciat, decreuit saluare genus humanū. Præferūtur modo Iudæi Græcis, vel quia ante illos leges diuinas humanasque habuere vel quia enutriti in lege, cito p̄ cognitionē legis peruenerunt ante illos ad fidē euangelij, videlicet quādo post ascensionem dominicā prædicatibus apostolis crediderūt ex eis vna die tria milia: altera quicq; mil. & deinceps multa milia. Siue etiā i hoc præfert Iudæos græcis, qui a ipsi apostoli a quib⁹ græci doctrinā fidēq; euangelij quasi a magistris

percipiabant natura Iudæi erāt. Notādū autē nomine Iudæi, omnes Iudæos credentes debere intelligi: & nomine græci, oēs gētiles debere comprehēdi. [iustitia etenim dei in eo.] Id est euangeliū [reuelatur ex fide in fidē.] iustitia dei, id est iustificatio qua iustificat in se credētes, in euāgelio manifestatur dū dicit. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, salu⁹. i. iust⁹ erit. Hęc est iustitia, qua oēs credētes dono patris & filij et spiritus sancti iustificant. Quę idcirco iustitia dei dicit⁹, quia eā ipartiendo fidelib⁹, iustos eos reddidit, & hac ex fide, subaudi legis, in fidē scti euāgelij si ad Iudæos referas. Quia em̄ in lege vnus dei notitiā & fidem habuerūt, sicut dicitur in Exodo, qui crediderunt dño & moyssi seruo eius, facili⁹ ex fide & cognitiōe vnus dei ad euāgelij transseunt, fidē sanctę trinitatis perceperūt. Cōmuniter oēs credentes a fide verborū trāsient quādoq; ad fidem rerū quia iuxta q̄ p̄mittit euāgelijū fideliter exhibetur spei prāmiorū, quādo quod modo tenemus in fide & in spe, tunc possidebimus in re: iuxta quod beatus Ioānes dicit, Charissimi filij dei sumus in spe, & nōdum apparuit quod erimus in re. Scimus autē qm̄ cū apparuerit, similes ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. [Sicut scriptū est: Iustus autē ex fide uiuit.] ad hoc exemplū in oraculo abacuc p̄phetę cōtinetur. Ex fide igitur quę concipitur corde & p̄fertur ore, & bonis operibus exornat⁹, uiuit iustus uita ęterna. Fides autē sine operibus mortua est. [Reuelatur enim ira dei de celo sup̄ omnem impietatē & iniustitiā hoīm.] Ira dei appellatur isto in loco vltio diei iudicij, & vindicta diuina, quā oībus reprohis inferet dñs in die illa dicens illis: Ite in ignē ęternū. Quę vindicta diuina de celo manifestabit⁹, quia inde ueniet dominus ad iudiciū, sicut ipse p̄ seipsum dicit: Fili⁹ hoīs ueniet vt reddat vnicuique secundum opera sua, vel certe vidicta diuina de celo manifestatur, hoc est de ecclesia per tubam euāgelij: quia ea quę de die iudicij & dñi aduentu diximus, ibi cōtinentur. Celi em̄ nomine ecclesia censetur. Sicut ipsa ueritas dicit. Simile est regnū celorū decē virginibus. In apocalypsi quoq; Ioānis multis in locis celi nomine designat⁹ Potest & absolute intelligi, quā dicitur de celo manifestari diuinā vindictam, hoc est de euangeliō de quo dñs dicit

Simile est regnū celorū fermento, quod mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentaretur totū. Reuelabit⁹ inquit, diuina vindicta, sup̄ oēm impietatē & iniustitiā. Impietas idolatriā significat, vt habet in zacharia. Impietas sedebit sup̄ talentū plūbi. Iniustitia est quę cōtra dominū & proximū quis iniuste agit, & est sensus. Vindicta quā dñs in euāgelio cōminatur, uenit super oēs idololatrias & p̄ctōres. Sequitur. [eorū qui ueritatē dei in iniustitia detinēt.] Simplex ueritas de⁹ uisibilis & incōmutabilis est: cui⁹ religionē in iniustitia detinuerūt, q̄ cultū soli deo dignum creaturis corruptibilibus impēdendum iudicauerūt. Veritatem dei in iniusticia detinebant, qui ueri dei religionē, atq; honorē iniuste, creaturā quātū in ipsis erat attriuebant, dicentes lapidi, Deus meus es, & ligno, tu me genuisti: quia quod notum est dei manifestū est in illis. Hinc iā cōtra philosophos istius seculi ex maxima parte loquit⁹ apostolus & est sensus. Idcirco ira dei omnipotētis ueniet super reprobos, maximeq; super philosophos, quia quod notū est p̄prie dei est esse, scilicet quia ipse solus sit uerus creator omniū rerū, manifestū est illis. Ex pulchritudine enim uisibilū operū cognitio opificis & maiestas innotuit philosophis: quia tā speciosa creaturā speciosiorē haberent creatorē, sicut fertur ab Hebręis de Melchisedec: quia cōsiderata fabrica mūdi, vnū deū excellētem creaturis esse dixit: & ideo excellētiora. i. panem & uinum deo obtulit uero. [De⁹ enim illis reuelauit] Siue enim p̄ naturale ingenij & ratiōis donū atq; acumen studij, siue p̄ occultā inspirationē reuelauit de⁹ eis. quia nō hoc est creator quod creatura, quia creatorem de⁹, creatura uero est factura dei [Inuisibilia em̄ ipsi⁹ a creatura mūdi, p̄ ea quę facta sunt, intellecta cōspiciunt.] quod est dicere. Inuisibilia sacramēta oīpotētis dei a creatura mūdi. i. ab hoīe maximeq; philosophis gētiū, p̄ ea quę facta sūt uisibilia, intellecta siue p̄cepta et cognita cōspiciunt, nō oculis corporeis, sed oculis mētis intelliguntur. Per ea em̄ quę facta sunt eius sacra inuisibilia: [sempiterna quoq; ei⁹ uirt⁹ & diuinitas] subaudi per ea quę facta sunt uisibilia conspiciuntur mente, ab illis philosophis. [ita ut sint inexcusabiles.] uirtus dei est quę cuncta creata gubernat: diuinitas uero, quę vni-

uersa repleti: deoq; deus omnipotens per naturale ingenium, & per ea quæ facta sunt uisibilia, dedit philosophis multa cognoscere de diuinitate sua: ut illi adorantes idola creaturam uidelicet pro creatore, inexcusabiles sint, & non possint dicere quia deum ignorauerint. Virtus enim dei quæ sempiterna est, & diuinitas quæ nihilominus æterna est ex coniecturis creaturæ ostenditur. [quia cum cognouissent deum] per naturale ingenium vel per creaturam inuisibilem, [non sicut deum glorificauerunt aut gratiã egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis]. i. vani facti sunt a sua sapientia propter suam superbiam [& ad pristinos redierunt errores, ascribentes sibi facultatem a deo datã sapientia, [& obscuratum est cor eorum insipiens] Deum non glorificauerunt, siue non honorauerunt, quia maiestatem illius non publice prædicauerunt neq; docuerunt illum solum esse colendum, abiectis idolis Gratias non egerunt. i. laudes non rerulerunt illi pro demonstratione summi & inuisibilis boni. Cor quoq; illorũ quod illuminatũ est per naturale ingenium & per gratiã dei, postquã contempserunt idola & creaturam adorare pro creatore, obscuratũ est per ignorantiã. Quid enim deterius & obscurius, quã serpetes pro vero deo colit? [Dicentes enim se esse sapientes] a semetipsis [stulti facti sunt] in hoc cum ab illis non esset sapientia a se ipsis eam se habere putauerunt. Quod enim contulit illis diuina gratia, gratis, abstulit utique dum essent ingrati, [& mutauerunt gloriam incorruptibilis deitatis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum, & quadrupedum & serpentium] Omnis creatura quæ mutari potest in melius aut in deterius corruptibilis est. Verbi gratia. Homo corruptibilis est quia corrumpitur per senectutem, per infirmitatem: ad extremum etiã quando per mortem redigitur in puluerem: deus uero omnipotens, qui non potest mutari, aut in melius aut in deterius, sed semper, idem & æqualis manet incorruptibilis solus existit. [Cuius gloriã & culturã] quæ soli conuenit ei qui deus est, mutauerunt homines in similitudinem aliorum hominum, ut Assyrii, qui simulachrum Beli patris Nini regis pro deo colebant: & Babylonij id ipsum, quem uocabant Bel, Sydonij Baal, Iudei Beelzebub, & Philistei zebet

& non solum in similitudinem hominis mortui & corruptibilis: sed etiam in similitudinem uolucrum sicut Romanij qui colebant anserem, & Aegyptij qui colebant accipitrem in similitudinem quoque quadrupedum sicut Aegyptij qui colebant apim, hoc est uacam albam, in similitudinem etiam serpentium, sicut Babilonij qui colebant draconem, & Aegyptij qui colebant cocodrilum, qui est serpens aquaticus, natans in aqua ut piscis, pascebat in terra ut bos [Propter quod] id est quia cultum & religionem dei falsis imaginibus tradiderunt & noluerunt ei gratias referre pro collatis sibi diuinitus donis [tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam.] id est tradi permisit a se ipsis, vel ire secundum desideria cordis eorum in immunditiam [ut contumeliosi] id est turpitudinibus libidinum, [afficiant] siue deturpent [cor ora sua in semetipsis.] idcirco permisit eos ire in desideria cordis eorum, ut grauius punirentur. Quomodo permisit illos deus secundum desideria delectationum suarum in sequentibus plenius referatur: [qui commutauerunt ueritatem dei in mendaciũ: & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quã creatori, qui est benedictus in secula] ueritatẽ dei in mendacium commutauerunt, id est cultum & religionem ueri dei in idolatriã. Veritas enim est deus, mendacium uero idolum. aliter: Veritas quippe creata a deo est, ideoq; ipsa creatura non est ueritas, quam ipsi in mendacium conuerterunt dicentes solem & lunam aliasq; creaturas deos esse, pro nihilo deputantes deum qui est benedictus in secula, ueritatem dei in mendacium commutauerunt, quando ueram creaturam a deo factam per mendacium dicebant esse quod non erat. Solem etenim & lunam dicebant mendaciter deos esse, denegantes quod erant, quia non sunt dii, sed solummodo creaturæ in ueritate. Creatura quippe a deo facta uera creatura est sed non est ea ueritas quæ deus est, quia deus non est: qui est benedictus in secula. Si ergo ille est benedictus deus in secula, illi utique qui cultum & religionem eius idolis impendebant, erant maledicti in secula. & temporales, id est defectum & corruptibilitatem patientes iuxta quod psalmus dicit de illis: Erit tempus eorum in secula, quod est dicere, Defectus eorum manebit in secula.

Iatquia semper corrumpetur ab igne & vermibus. Sequitur [Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie] Propterea, inquit, quia veri dei religionem in mendacium commutauerunt, tradidit illos deus. id est tradi permittit, vel ire in passiones & flagitia ignominie. Ignominia dicitur quasi qui sine nomine dignitatis. Inde dicitur ignominiosus qui desinit habere dignitatis nomen, quando deprehenditur in aliquo crimine: sicut ignobilis, sine bono nomine, et infamis sine bona fama, quales erant illi de quibus subiungitur, [Namen femine eorum immutauerunt naturale usum, in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem masculi relicto naturali usu femine, exarserunt in desiderijs suis masculi in masculos turpitudinem operantes]. id est Naturalis usus est ut vir & mulier in vno concubitu coeant: Contra naturam vero est, ut masculus masculum polluat, & mulier mulierem. Si quis relicta coniuge cum alia concubuerit, turpitudinem quidem operatur & peccat, sed non contra naturam. Qui vero cum ipsa coniuge aliter quam debet concubuerit, id est in alio membro quam decet, contra naturam turpitudinem operatur, et grauissimum scelus perpetrat [et mercedem quam oportuit in semetipsis recipientes]. id est quia primum deum cognoscetes non honorauerunt, iusto dei iudicio mercedem mutuam receperunt sui erroris, ut non seruari sibi honorem, traditi passionibus turpissimis. Siue etiam mercedem eternam damnationis receperunt, quam promeruerunt pro talibus operibus: de qua idem egregius predicator alias dicit: Stipendium iniquitatis, peccati mors est. [Et sicut non probauerunt] id est non elegerunt nec dilexerunt [deum habere in notitia tradidit illos deus]. id est ire permisit [in reprobum sensum ut faciunt ea quae non conueniunt] hoc est quae & diuinae & humanae prohibent leges. Illi dicuntur deum habere in notitia qui eum semper tanquam presentem timeant: & dum considerant eius presentiam ubique esse, peccare non audent. Illi autem dicuntur illum non habere in notitia, qui nolunt considerare praesentiam illius esse ubique, ut sine timore liberius peccent, [repletos omni iniquitate] iniquitas est, quae & anomia dicitur, quicquid contra legem dei fit. Nam nomos lex, anomia vero quasi sine lege: & dicitur iniquitas metis acerbitas, dum malum corde concipitur. Peccatum est perpetratio mali. Iniquitas autem & peccatum ita distinguntur, quia iniquitas ad men-

Rom. 6.

tis acerbicatem siue duriciam refertur, ut diximus. peccatum autem ad prolapsionem corporis [malicia] Malicia autem est fraus a ut astutia, quando videlicet aliud corde geritur et aliud ore profertur, Cogitatio non profertur. Cogitatio prae uae mentis malicia dicitur. Maliciae votum vel opus, malignitas appellatur. [fornicatione] Fornicatio autem a fornicibus, id est arcuatis domibus dicitur, quae fornices appellabatur, ubi publicae meretrices prosternebantur. Fornicator siquidem est, cuius corpus publicum & vulgare est [Auaritia] Auaritia est cupiditas rerum inexplebilis, vel adulterium, & est in hoc loco non solum ad pecuniam, sed etiam ad coitum referendum [nequitia]. Nequitia est superbia vel audacia peccati. Unde dicitur: Ego noui nequitiam eorum, [plenos inuidia]. Inuidus dicitur plenus inuidia, qui alterius felicitate torquet, & scinditur in duplicem passionem cum aut quod ipse est, alium esse non vult, aut alium videns esse meliorem, dolet se non esse consimilem. Inter inuidiam autem & zelum hoc distat: quia zelus vel emulatio quae vnum in sunt, aliquando in bonam partem ponit, ut ibi: zelus domini exercituum faciet hoc: ponitur & in malam partem, sicut de Ioseph legitur, quod aemulantes siue zelantes eum fratres sui, id est, inuidentes illi vendiderunt illum. Inuidia vero semper in malam partem ponitur [homicidio]. Homicidium dicitur ab homine & caedo verbo, inde dicitur homicida hominem occidens. Recte autem post inuidiam subsequitur homicidium statim, quia ex inuidia procedit homicidium. Verbi gratia. Diabolus cernens hominem ad hoc factum ut locum gloriae acciperet, quem ille superbiae perdididerat, inuidia ductus interfecit illum in anima. Si milititer Cain inuidia commotus contra fratrem suum Abel, quia respexisset dominus ad illum, inflammando munera eius, ad ipsum vero non respexisset nec ad munera eius inflammando, interfecit illum, [contentione] Contentio est ubi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defenditur: vel ubi non veritas quaeritur, sed animositas, id est, superbia fatigatur. Loqui contra alterum sine aliqua utilitate contentio maxima potest dici. [dolo] Inter dolorem & dolum hoc distat quia dolor ad infirmitatem corporis pertinet, dolus vero est mentis calliditas dictus ab eo quod deludat verbis fictis

4. Re. 19.

Gen. 57.

Gen. 3.

Eodem.

Inter dolū autē & insidiā & fraudē hoc interest, quia dolus animo fit, insidiā loco siue zelo: fraus vero circa fidem mutuā [malignitate] Malignitas est maliciā op^o quē & maleuolētia potest dici [sufurrones] Sufurro de sono locutionis nomē accepit, quia non in facie alicui, sed in aure loquitur, detrahēdo: & est onomatopœia, nomen de sono factum [detractores.] Quidam codices habent detractores, sed falso scriptum est. Detractio est aliorum bene gesta opera vel ī malū malitiose mutare, vel iuidēdo fallaci fraude diminuerē: cū autem mala dicuntur, quā bona sunt, aut parua bona, quē magna sunt. Detrahēre em̄ dicit̄, qui aliquid aliquid subtrahere cōprobat̄ & diminuerē. [Deo odibiles] qui dei odiū incurrūt [cōtumeliosos] Contumeliosi dicātur q̄ veloces sunt ī verborū iniurijs, & alijs aut verbis aut factis iuriā faciūt. verbis scilicet cōuitiādo, aut aliquid impropriādo: factis vero flagellādo. Vnde legimus de apostolis, quia flagellati in cōsilio ibant gaudētes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliā pati. i. flagellationē & cōtumeliā & opprobriū [superbos] Superbus est peruersę celsitudinis appetitor, & q̄ p̄cellere vult alios. Vnde gr̄eco vocabulo hyperphanos. i. super apparatus vocatur [elatos] Elatus qui effertur supra mēsurā suā vel qui maiorū institutis nō acquiescit. [inuentores malorum] qui multa mala adinueniunt, sicut illi erant, de quibus hactenus diximus. [parētibus non obediētes] Parentibus terrenis nō obtemperant, qui vero deo patri non obediētes existunt [insipiētes] sunt stulti & fatui a sale sapiētīę immunes. [incompositi.] i. inordinati lasciuieque: qui omnia sua inordinate & lasciuiose peragunt. Omnis enim insipiens, incompositus, inordinatus est. [sine affectione] i. sine dilectione dei & proximi. Est affectio quē ponitur pro afflictione, vt in euangelio vbi dicitur, q̄ seruos cōtumelijs affectos, id est afflictos occiderūt, & est affectio quē ponitur pro dilectione: vt in presenti loco [absque ordine] hoc est amicitia & pace. [sine misericordia.] Sunt qui nec sui nec aliorum miserētur. Primum enim necesse est vt nobis misericordiam impendamus, deinde vero alijs. Vnde dicit Salomon: fili miserere animę tuę placens deo, [Qui cum cognouissent iustitiam dei, non intellexerunt quos-

Actu. 5.

Mat. 22.

Eccle. 30.

niam qui talia agunt digni sunt morte] Omne q̄ turpe est, deo displicet. Et philosophi licet mala agerent, tamen in hoc erant cōsentientes iusticię dei, quia in alijs ipsa vitia reprehendebant, iustitia quippe dei est, quę odit ac detestatur vitia, & docet virtutes. Quam iustitiā illi cognouerunt, qui vitia deo displicere intellexerunt, & tamen in hoc ignorare dicuntur, quia non intellexerunt quoniam qui talia agunt, qualia ipsi agebāt, digni sunt morte æternę damnationis & quasi non intellexerūt, dum sine timore peccauerunt [nō solum qui ea faciunt.] subaudis digni sunt morte. [sed etiam qui consentiunt facientibus] Qui facit peccatum & non consentit, dignus est morte. Qui non facit & consentit in subditis nō puniendo, dignus est morte. Qui autē faciunt & consentiunt, illi duplici morte digni sunt.

Caput. 2.



Propter quod] quia nō solū ille dignus est morte qui facit peccatum, sed etiam qui cōsentit [inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas] Hic non tantum gentilem quemlibet, sed & iudæum alloquitur, & omnes generaliter p̄latos. Iudæos ideo alloquitur quia illi reprehendebant & damnabant gentiles quasi idolatras & peccatores, gloriantes se ad gratiam euāgelij propter obseruantiam legis meruisse peruenire. P̄latos autem, quia in alijs peccatum iudicant & reprehēdūt, intelligentes esse peccatum, & in se nō damnant, cum faciant id ipsum. Sic etiā intelligendum est de omnibus qui aliorum vitia reprehendunt, & in se eadē non emendant [In quo enim iudicas alterum teipsum condemnas.] Hoc ita est intelligendum: Si reprehendis & iudicas alium & temetipsum ab his vitijs, a quibus illum reprehendis obserues & ab alijs teipsum liberas: si vero ea opera impleas aut maiora a quibus reprehendis fratrem tuum, in quo illum iudicas, teipsum damnas, quia qui alium iudicas quādoq̄ iudicaberis, & recte, quia ea facis quę iudicas. [Scim^o enim quoniā iudicium dei est secundum veritatem.] i. sine personarum acceptione, [in eos qui talia agūt] hoc est qui talia faciunt, qualia in alijs reprehēdunt. In presenti seculo attendunt homines personas potentum, diuitū pro

pinquorū in iudicio: sed dei iudiciū in hoc verū est quā ipse qui rex est non attendit personas, sed vitæ meritum. [Existimas autem hoc o homo omnis qui iudicas eos qui talia agūt, & facis ea, quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & lōganimitatis cōtemnis? Ignoras quā benignitas dei] id ē valde bōa pietas dei, [ad pœnitentiā te adducit.] Ad Iudæos quidem loquitur specialiter, qui reprehendebant & damnabant gentiles quasi idolatras, sicut iam supra diximus: se autē promeruisse hoc dicebant, vt ad fidem Christi venirent: generaliter vero omnes alloquitur, tam Iudæos quam gētiles: Et est sensus, si seruus aut subiectus tuus nō valet effugere iudiciū tuum o homo, humana tantummodo sapiens quomodo tu poteris effugere iudiciū omnipotētis Dei? Diuitiæ bonitatis dei sunt, quibus vniuersum mūdū quotidie peccantem nō statim punit, expectans illum ad pœnitentiā, sed insuper illi benigna largitate solē & pluuiā largitur, quæ plerunque homines cōtemnunt siue despiciunt, dum ei gratias non referunt. Patientia est qua per superbiam & procacitatē peccantes nō statim punit. Lōganimitas est, quæ alibi sustentatio siue sustinētia vocat, qua per infirmitatem & fragilitatem, & non deliberato animo peccātes diu portat, expectans illos ad pœnitentiā. [Secundum autem duriciam tuam et impœnitēs cor thesaurizas,] id est reseruas & multiplicas tibi [iram in die iræ] hoc est vindictam in die iudicij, [& reuelationis iustij iudicij] dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua] bonis bona, malis mala. Dies iræ & reuelationis siue manifestationis iudicij, ipsum iudiciū & manifestatio iudicis omnipotentis dei intelligitur. Cor durum & impœnitens in scripturis diuinis dicitur, cum mēs humana velut cera frigore iiquitatis obstricta, signaculū diuinę maiestatis nō recipit, illud scilicet, quod dominus in anima nos habere docet, dicens. Sancti estote: quia & ego sanctus sum. Et de quo Psal. Signatum, inquit, super nos lumen vultus tui domine. [His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionē querentibus, vitam æternam.] Ordo verborum, & est sensus cum subauditione: his quidem qui secundum patientiā bō-

Leuit. 16
Psal. 4.

ni operis, modo laborant aut viuunt, quærentibus vitam æternam, id est iudiciū dei expectantibus qui de bono suo nō modo, sed in futuro mercedem querunt gloriam & in corruptionē dabit in die iudicij. Gloriam claritatis dabit eis, qua fulgebunt sicut sol in regno patris sui: honorem quoque filij dei erunt, sicut dicit beatus Iōānes: Charissimi, filij dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Sci mus autem quia cū apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eū sicuti est. Incorruptionem quoque dabit illis. i. immortalitatem, quia erūt omnes electi incommutabiles in anima, & incorruptibiles in corpore. [his autē qui ex cōtentione] subaudis sunt. i. qui dei iudiciū reprehendunt. [& qui acquiescunt veritati] id est euāgelio vel Christo, [credunt autem iniquitati] hoc est mēdacio, omniq; malo vel etiam diabolo eius voluntatem implendo [ira] .i. iudiciū dei veniet [& indignatio] hoc est vindicta siue seueritas damnationis [tribulatio] quoque venit eis de reatu conscientię & consideratione peccati [& angustia] de seueritate pœnitētiæ. Hęc autem omnia venient [in omnem animā] hominis operātis malum, Iudæi primum & Græci] in omnem animam dicit, hoc est totum hominem, a parte totum intelligens: frequēs enim Apostoli locutio est, vt est illud Descēdit iacob in Aegyptum in animabus septuagita: vel etiam in animam dicit, quia primum peccatū cōcipitur in animo cogitando, ac deinde perpetratur opere. Sed timendum, nimisq; formidandum est quia dicit. In omnem animam hominis operantis malum, hęc esse ventura. Nulli enim parcit deus, non angelo, non amico. Peccauit siquidem angelus, & proiectus est de cęlesti sede. Peccauit itē homo, & ipse expulsus est a paradisi gaudiis. Peccauit Moyses ad aquas cōtradictionis, ideoque non est ingressus terrā repromissionis. Idcirco autem Iudæus gētili in culpa ante fertur, quia ipsi qui legem ante Moyse habuerūt, grauius peccauerūt, legem naturalem & legem scriptā preuaricādo. In gloria vero nō causa honoris præferunt Iudæus gentili, sed credulitatis tempore. [Gloria autē] quia fulgebūt iusti in regno dei sicut sol [& honor] quo erūt filij dei [et pax]. .i. remissio peccatorum, siue reconciliatio qua recōdicamur deo patri [omni operāti bonū] subaudi venit, [iu

1. Iōan. 3.

Gene. 16.
Deut. 10.

deo primum & Græco] quia primitiæ ecclesiæ ex Iudæis fuerunt. [Non est enim personarum acceptio apud deum] Tunc esset personarum acceptio siue distinctio apud deum, si propter Abraham Iudæos e.igeret: & gentiles diu idola colentes, abijceret. vel si remuneraret Iudæum bene uidentem, & negligeret gentilem recte credentem, & recte operantem. [Qui cumque enim sine lege] vel Moyse, vel euangelij [peccauerunt] sicut pagani, [sine lege peribunt] quia non requiretur ab illis lex, peribunt tamen, quia legem naturalem spreuerunt, & euangelium recipere noluerunt: [et quicumque in lege] Moyse [peccauerunt] positi, [per legem iudicabunt] quoniam sunt preuaricati [Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabunt, hoc est iusti habebunt] & iusti apparebunt sicut ille volebat, de quo dicitur, vultis autem iustificare semetipsum, id est volens iustum apparere. Qui audit legem & non implet precepta eius, non iustificabitur solo modo propter auditum, qui vero est auditor legis & factor: utique ille iustificabitur per legem. [Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum] Hoc dupliciter intelligi potest. Cum gentes quæ legem scriptam non habent, faciunt ea quæ lex scripta præcipit illis quibus data est, ipsi utique ostendunt se habere scriptam naturalem legem in cordibus, & ipsi sibi sunt lex: quia illa faciunt quæ lex docet, licet illis non sit data. Verbi gratia, Saraceni qui neque legem Moyse. Neque euangelij habent, dum naturaliter seruauit legem, ne homicidium faciant, neque adulterium perpetrent, cætera quæ lex in se scripta continet, ipsi sibi sunt lex, quoniam per opera quæ faciunt, scriptam legem in cordibus suis ostendunt. Lex dicit. Non occides, Is qui legem non accipit, si non occidit, ipse sibi est lex. Aliter: Cum gentes quæ legem Moyse non habent, per doctrinam euangelij imbuti, naturaliter ea faciunt quæ lex Moyse præcepit, ipsi sibi sunt lex, quia habent eandem legem Moyse scriptam in cordibus suis inspiratione omnipotentis dei. [testimonium illis reddente conscientia ipsorum. & inter se inuicem cogitationum, accusantium aut etiam defendentium,] Et quando hoc? [in die cum iudicabit dominus

Luc. 10.

Deut. 1.

Exo. 5.

Leui. 9.

occulta hominum secundum euangelium meum, id est secundum quod ego annuntio vobis [per Christum Iesum] Per illum iudicaturus est deus pater mundum, sicut ipse dixit: Pater non iudicat quenquam sed Iohannis. 3.
 ois iudicium dedit filio. Sicut stylo imprimi nota in cera, sic quædam notæ malarum aut bonarum cogitationum figurantur in mente & conscientia nostra, quæ aut accusabunt, aut certe defendent nos in die iudicij, quoniam non solum aperta, sed etiam quæ modo sunt nobis occulta iudicabuntur. In hoc testimonio nobis perhibebit conscientia nostra, quia manifestabit nobis utrum plura peccata sint, an bona opera: & utrum vetera an noua. utrum deleta per poenitentiam, an nouis sceleribus cumu-
 lata. [Si autem tu Iudæus cognominaris,] subaudis Iuda patriarcha [et requiescis in lege] illam legendo, meditando, & secundum tuam falsam doctrinam intelligendo [et gloriaris in deo] hoc est, in vnius dei notitia. [et nostri voluntatem eius] per ipsam legem [et probas utiliora instrumentis per legem] & cetera usque ad id, te dico. [habentem formam scientiæ & veritatis in lege], id est similitudinem quidem habentem scientiæ, sed non veritatem prudentiæ: quia Christus non credis. Ad infidelem Iudæum loquitur qui gloriatur quasi in cognitione dei vnius, & in circumcissione, et probat utiliora in lege Moyse, [et putat se esse ducem cæcorum] id est gentium, quæ erant cæcæ in infidelitate ignorantie & peccatis, sicut & illi fuerunt olim, quibus idem Apostolus Ephes. 6.
 stulus loquitur. Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Benedicit, quia probat utiliora in lege Moyse. In lege autem naturali utilia sunt, quæ dicit: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, licet in lege scripta erant utiliora, quia ibi est cognitio dei, in euangelio autem utilissima Gen-
 tiles enim quodam modo utilia cognoscebant per naturalem legem. Iudæi vero per legem naturalem & per legem Moyse scriptam utiliora, fideles autem in nouo testamento utilissima cognoscunt, quia habent fidem sancte trinitatis [Qui ergo alium doces, te ipsum quare non doces?] Hoc increpative est legendum, & cum subauditione huiusmodi: O Iudæe, qui alium doces, te ipsum quare non doces? [qui prædicas non furandum] quare [furaris] bona alterius? vel etiam qui prædicas legem, quare furaris de lege spiritalem intelligentiam? [qui dicis non mechandum] quare me-

charis? Mœchus est adulter. & nō solum illedicitur mœchus, qui uxorem alterius violat, sed & ille qui cultum & religionem quæ soli deo conuenit, quantum in se est, falsis superstitiōibus tribuit. Et est sensus. Qui dicis alterius vxorem nō debere adulterari, quare adulteraris vel etiam qui dicis deo debere seruari quare deseruis vitijs? [q̄ abominaris]. .i. respuis vel odio habes [idola] quare [facis sacrilegiū] Legere siue sublegere, est furari. Inde sacrilegiū dicitur factum rerū furtū. Verbi gratia. Quisquis de thesauro ecclesie vel de substantia deo famulantiū aliquid occulte abstrahit sacrilegiū perpetrat. Spiritualiter vero sacrilegiū est sacrorum verborum præuaricatio. [Qui in lege gloriaris] quare [per præuaricationem legis deum inhonoras?] deus inhonoratur, dum voluntas & iussio illius calcas, & pro nihilo ducis. Sic dicitur inhonorari rex vel quilibet potestas: dum epistola illius non obseruatur præceptumq; eius non custoditur. [Nomen enim dei per vos blasphemat] tur inter gētes, sicut scriptum est] in Isaia. Captiuatus est populus Israel in Assyrios & in Babilonem ceterasq; gentes. Nomen dei per illos blasphemabatur, quia dicebāt hostes illorum cum irrisione: Ecce quem deum colebatis, qui non valuit vos liberare de manibus nostris vere idola nostra victricia fuerūt dei vestri. Similiter quando deprēdatur sancta ecclesia ab hostibus, & quando illi qui nomen sanctitatis deberent habere, male viuūt, blasphematur nomen dei, quia dicunt Iudæi atq; pagani: Ecce populus domini, ecce apparet quales seruos habet Iesus vester. [Circūcisio quidem prodest, si legem obserues] In hoc loco nō est sequendus Claudius, sed potius Ambrosius, Huiusmodi circūcisionem hoc in loco pro ipso genere gentis accipe, hoc est pro genere Abrahamæ, a quo ille populus originē carnalis trahit, a quo etiam ipsa circūcisio exordium sumpsit. Hanc enim habet Apostolus consuetudinem, vt Iudæos circūcisionem gentes autē præputium appellet. Et est sensus. O Iudæe, tunc prodest tibi quod de genere Abrahamæ es & de genere circūcisionis, a quo ipsa circūcisio exordium sumpsit, si legem spiritualiter intelligens credis in Christum, cui lex testimoniū perhibet: & si circūcisionē non carnaliter, sed spiritualiter obseruas, alioquin nō pro-

dest esse de genere Abrahamæ sed magis obeſt tibi. Promittens enim lex Christum, dicit per Iacob. Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū, & per ipsum legislatores prophetas suscitabit dominus vobis de fratribus vestris, quē tūc meipsum audietis, iuxta oīa quę dixit vobis. De circūcisione quoq; spirituali: in diebus nouissimis circūcidet dominus cor tuum, & nō carnē tuam. [Si autē præuaricator legis sis]. .i. si nō credis in Christum quē lex promittit, & si circūcisionē spiritualiter non seruas [circūcisio tua præputiū facta est]. .i. talis es qualis & gētilis, qui legem non habet, quia qui debueras esse Iudæus credendo in Christū & legem spiritualiter implendo similis effectus es gentili, ideoq; in gentilitate reputaberis. Vnde dicit dominus per prophetam: Chermel in saltū reputabitur, circūcisio videlicet in gentilitatē, [Si igitur præputium legis iusticias custodiat, nonne præputiū illius in circūcisionem reputabitur?] Sēsus iste est: Si gētilis quilibet legem custodiat credendo in Christū in circūcisionem spiritualiter obseruando ceteraq; quę lex præcipit spirituali intelligentia custodiendo, nunquid gētilitas illius nō reputabitur in circūcisionem? vtiq; quia verus ille Iudæus erit, id est cōfiteus Christum. Vnde propheta dicit: Conuertetur Libanus in Chermel, id est gentilitas in circūcisionem veram: Libanus enim dealbatio dicitur, Chermel vero scientia veræ circūcisionis. Libanus ergo in Chermel cōuersus est: quando gentilitas dealbata in baptismate locū obtinuit Iudæorum, scientiā verę circūcisionis habēs [& iudicabit id quod ex natura est præputium legis cōsummans] id est perficiens [te qui per literam & circūcisionem præuaricator legis es,] Præuaricator legis est, qui Christum nō credit. Ex superioribus ista pendunt, & est sensus. Nūquid ille qui naturaliter gētilis est, & legem consummat siue perficit & obseruat, nō iudicabit te comparatione. s. melioris facti quia per literalē intelligentiā & circūcisionem carnalē, legē præuaricaris vtiq; dānabit te sicut diximus, quia ille spiritualē intelligentiā in lege seruando requirit, tu semper carnali intellectu delectaris superficialitē tantummodo lingendo [Nō est

nim qui i manifesto Iudæus est] subaudis placet deo. [ne-
q; circuncisio quæ in manifesto & in carne est] placet deo
[sed qui i abscondito].i. qui in corde [Iudæus e] placet deo
[Et circuncisio cordis in spiritu, nō litera] subaudis placet
deo [cuius] subaudis Iudæi [laus nō ex hominibus, sed ex
deo est] Carnalis circuncisio quæ manifesta atq; secundum
literam explanatio vel expoliatio carnis est, illa laudatur
ab omnibus Iudæis circuncisio vero cordis, quæ fit in spiri-
tu, est ablatio infidelitatis & susceptio fidei Christi, atq; ex
poliatio vitiorum. Et est sensus. Qui tantummodo genere
& nomine est Iudæus, & circuncisionem carnaliter obser-
uat, nō placet deo, neq; meretur laudari ab illo quāquam
ab hominibus laudetur: qui vero i occulto in corde est Iu-
dæus id est confitens Christum, & in corde est circuncisus
ab omni infidelitate, & ab omni mala volūate & cogita-
tione placet deo, & meretur laudari a deo audiēs ab illo:
Euge bone serue & fidelis intra in gaudium domini tui.

C A P V T . I I I .



Vid ergo ampli⁹ est Iudæo? subaudis quā
gentili propter circuncisionem [aut quæ vti-
litas circuncisionis? multum p omnē modū]
id est per multas causas, [Primum quidē]
In hoc subaudis, profuit illis, [quia credita
sunt illis eloquia dei. Erāt apud Ro. Iudæi
& gentiles in xpm credentes, sed plus habuerūt Iudæi an-
te domini aduentum quam gentiles, quia illis credita sunt
eloquia dei. Et est sensus. Quid boni percipit Iudæus pro-
pter circuncisionem plusquā gentilis, aut quæ maior vti-
litas est Iudæo circunciso quam gentili incircunciso? multū
per oēs causas pfuit illi, quia meruit legem accipere, mā-
na suscipere de celo, in terram intrare omnibus meliorem
regnū & sacerdotiū possidere. vnde dicit Apostolus: Quid
primum profuit eis, quia legem & prophetiam merue-
runt accipere? [Quid enim?] subaudis nocuit. [si quidem
illorum non crediderunt? Nunquid in credulitas illorum
fidē dei euacuauit? Absit.] Hoc tripliciter potest intelli-
gi. Quid inquit, nocuit Iosue, & Calep, aliisque qui ter-
ram repromissionis meruerunt accipere, si sexcenta milia
non crediderunt, sed perierunt propter suam incredulitatem?

Exod. 16
Num. 34
Exo. 28.

Num. 17.

tatem? Nunquid incredulitas et perditio illorum fidē dei.
id est repromissionē dei euacuauit, aut inanem fecit quod
dixit Abrahæ, terram istam tibi dabo & semini tuo. Nihil
eis nocuit, quia ipsi nō sunt frustrati promissione dei. Ali-
ter, Si quidam illorū non crediderunt, sed mortui sunt in
deserto, nunquid mors illorū pmissionē dei inanem fecit,
quam promisit Abrahæ dicēs de Christo in semine tuo, be-
nedicentur omnes gentes: Nōne quia remāserunt expiis
de quorū pgenie postmodū Christ⁹ nat⁹ est? Aliter Quā-
uis multitudo Iudæorū in aduentu C H R I S T I nō cre-
diderit, tamen non est euacuatum quod promissum fuerat
Dauid. De fructu ventris tui ponā sup sedem tuam quia
super credentes ex Iudæis sedem principatus accipit Chri-
stus. Sed neq; illud euacuatum est quod promisit per pro-
phetas. Si fuerit numerus filiorum, Israel quasi arena ma-
ris reliquæ saluæ sient: [Est autē de⁹ verax, omnis autem
homo mendax] Deus autē verax est, quia qd̄ promisit il-
lis dare terrā repromissionis opere cōpleuit. Similiter qd̄
promisit Abrahæ de xpo, quia in semine eius benedicendę
forent omnes gentes, & q; pmissit Dauid, de fructu lumbi
eius sessurum regem super sedem regni eius, & per alium
prophetā de salute reliquiarum totum compleuit. Omnis
autem homo contradicens promissionibus dei mendax est
vel omnis homo in quantū a seipso est, mendax est inquā-
tum verax, a deo [sicut scriptum est: vt iustificeris in ser-
monibus tuis: et cum vincas iudicaris.] Iustificeris. i. Iust⁹
pre diceris & verax i tuis pmissionibus, & vincas explē-
do illas, dum iudicaris a populis. Dauid postquā fact⁹ est
adulter & homicida, vxorem Vriæ accipiendo, & illum
gladio filiorum Amon interficiendo, dicebant multi: Va-
cua efficietur promissio omnipotentis dei; quæ facta est ad
Dauid quod ex semine illius esset Christus nascitur⁹, quia
nō cōuenit C H R I S T V M nasci de homicida et adulte-
ro sed falsum erit quod sibi pollicitū afferbat, Quod si
Christus de eius semine fuerit natus iniustū atq; indignū
erit vt de maleficio & peccatore homine originem ducat.
Qui contra confitetur peccatum suum, dicens humiliter:
Tibi soli peccaui, quia rex sum, & malū corā te feci, & de
precatur vt deus quod pmissit opere cōpleat, cōtradicens

Gene. 25

Gene. 20.

Psal. 13.

Esaia. 19

1. Reg. 11

Psal. 50.

tesq; mendaces ostendat. Aliter: Iustificeris indulgentiam peccati dādo ad te cōuerſis sicut p̄mittis, & vincas remittendo peccata dum iudicaris non posse dimittere. [Si autem iniquitas nostra iusticiam dei commendat quid dicemus?] Erāt quidē minus perfecti, qui dicebāt ideo velle deum vt nos peccemus: vt ipse solus comparatione nostri iustus appareret, dum peccatum nobis dimitteret: & quia misericors sit, patefaceret, ideo etiam velle eū vt nos mentiamur vt ipse solus verax inueniatur. Quod si ita esset, iniuste damnaremur ab illo, qui malo nostro cresceret magnusque fieret. Contra illos tales loquitur Apostolus, personam stulti hominis assumens, simulque sapiētis, & peruersam illorum sententiā destruit. Si, inquit, iniquitas nostra & mendacium dei iustitiam & sanctitatem atque veritatem commēdat, id est laudabilem facit, quid dicemus? **2. Cor. 12** Commendatio aliquando pro laude ponitur, vt in hoc loco. Et alibi idem Apostolus ait: Ego debeo a vobis cōmendari id est laudari. Subiungit ergo & dicit: [Nunquid iniquus est deus qui infert iram?] id est, vindictā. Et est sensus: Si nostra iniquitas & mendacium deum laudabilem facit, & si quanto amplius peccamus, tanto ei placet & eo amplius ipse solus iustus & verax apparet, nunquid iniquus est deus inferendo vindictā pro malis quæ ille vult vt faciamus? secundum quod stultissimi dicunt: Omnino si ille vult vt peccemus (sicut quidam stultorum dicunt) quod nephas est insuper cogitare, quando damnat hominem peccatorem, iniquus est qui iniuste iudicat: potius enim deberet illum honorare, cuius iniquitas illum laudabilem facit, sed quia hoc verum non est, subdit Apostolus [Secundum hominem dico] id est secundum intelligētiā carnalis hominis, qui nihil boni cogitare valet. Ad dicit adhuc: [Absit] Hoc iungendum est ad superiora, vbi dixit, Nunquid iniquus est deus qui infert vindictā? Absit: subaudis hoc quod aliquis fidelium cogitet, quia deus iniquus sit, & quia nostra iniquitas faciat illū laudabilem [Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mūdum?] id est si deus hoc vult vt nos iniusti simus, quare iudicabit homines qui quando peccant, eius voluntatē adimplēt & quorum iniquitas illum laudabilem facit? [si veritas dei in meo

mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc tanquā & ego peccator iudicor?] Et est sensus: Si deus in meo mendacio verax apparet, & dum ego metior solus verus esse prædicatur, quare damnat & iudicat me tanquā peccatorem? Hæc verba non dicuntur affirmando, sed potius denegando, nec debet hoc aliquis pro veritate accipere, quod deus quæ naturaliter & essentialiter iustus est, misericors & verax, nostro peccato, nostro mendacio crescat in laudem & iustitiam, quia non placet ei quandoq; cū peccamus & mentimur: [Et nō prædicamus sicut blasphémamur] subaudis ab infidelibus [& sicut aiunt quidā] infidelium [nos dicere, Faciamus mala vt veniant bona] infidelium dānatio iusta est. [Quidam simplicium minusq; perfecti audientes prædicationem Pauli & aliorum apostolorum qua dicebāt, vbi abundauit iniquitas, superabundauit gratia: quæ sentētiōsa in subsequētib; exponēda est, vbi de huerūt accipere salutem & vitam, vbi acceperunt damnationem, non recte intelligentes illud dicebant enim faciamus mala (sicut apostoli nostri prædicāt) quia quanto amplius maiora crimina commiserimus, tanto amplius maiora bona percipiemus, & maiorē gloriam: quia deus vult vt peccemus: vt per hoc habeat quod dimittat, ac per hoc iustus, & misericors appareat. Contra tales protulit Apostolus sententiā: Quidam dicunt quod nos ipse dicamus, sed non sumus tales quales dicimur & blasphemamur, neque docemus illa quæ nos dicunt docere: quorum damnatio est iusta: si illi in talibus permanserint, vt per mala sperent accipere bona, & insuper quia mendacium deus, vbi veniant bona: sed fecimus mala & venerunt nobis bona per gratiam dei, & nunc faciamus bona vt veniant meliora. [Quid igitur: præcellimus eos? Nequaquam] Reuertit iterum ad superiora, vbi dixit nō quidem amplius Iudæo quam Græco. Quid igitur? Præcellimus eos? id est nūquid excellentiores sumus nos Iudæi gentilibus? Nequaquam quia non est personarum acceptio apud deum, sed in omni genere qui timet deum acceptus est illi. [Causati enim Iudæi sumus Iudæos & Græcos] id est causam ostēdimus eis & diximus [omnes] Iudæos & gentiles, [sub peccato esse]

quia Iudei prauaricādo legē naturalē & scriptā; & gētī
 les naturalē trāsgrediendo, inuēti sunt pēiores [sicut scri
 ptū est. Quia nō est iust⁹ quisquā] subaudis a se, vel iōib⁹
 malis hoībus, Iudæis & gētīb⁹, nō est iust⁹ quisq̄. Tale est
 Ioan. 3. & illud: Testimoniū eius nemo accepit, cum multi electo
 rū acceperint reproborū vero nemo [nō est intelligens de
 um, non est qui requirat illū.] Ille intelligit & requirit deū
 qui voluntatē illius sciens, studet placere deo. [omnes] Iu
 dæi & gentiles [declinauerūt]. i. recefferunt a deo, volūta
 tem eius nō faciēdo [simul inutiles facti sunt]. i. nihil facti
 sunt creaturam adorantes pro creatore. [non est qui faciat
 bonum] aliquid & non peccet. [non est vsq; ad vñm]. i.
 prater Christum, vel vsq; ad Christum. Sic enim soliti su
 mus dicere. Ager ille ptingit vsq; ad mare. Quo dicto nō
 cōprehendimus mare, quia non intrat in mare, sed locum
 pertingentem vsq; ad mare. Non est ergo qui faciat bonū
 vsq; ad Christum, i. quousq; ad illum veniat credēdo, per
 quem datur fides & facultas operādi bonū. Nisi enim ad
 Christum veniat credēdo illum, aliter bonū opus imple
 re nō valet, vt est agēdum. [Sepulchrum patēs est guttur
 eorum] hoc de Iudæis proprie intelligit, quāuis & de phi
 losophis possit accipi, sepulchrū ad hoc patet, vt mortuorū
 corpora suscipiat. Tales sunt qui suis erroribus & suasiōi
 bus alios decipiunt, & alios ad malum deglutiunt interfi
 ciētes eos in anima sicut scribē & pharisæi & philosophi
 gentium, quorum ora & fauces ad hoc patebāt, vt simpli
 ciores quosq; sua praua doctrina interficerent. Aliter Se
 pulchrum quilibet patens existit, qui malum apertis iudī
 cījs cogitādo meditatur, ac deinde in presentia sine aliquo
 metu aut verecundia operat [linguis suis dolose agebāt]
 Dolose agebant Iudæi, quando volebant dominum callide
 Matt. 22. suis sermonibus decipere dicētes: Magister, scimus quia ve
 rax es &c. [venenum aspidum sub labijs eorum.] Aspīs
 mordendo infundit venenum, quod, pene omnibus vene
 nis acerbius est, ita Iudæi mordendo infundebant venenū
 quodammodo erroris & suasionis, dum loquendo & blā
 diendo interficiebant suos auditores in anima & non solū
 in alios, sed etiam aduersus C H R I S T V M crudelissima
 extitit eorū malitia, sub labijs autē dicit, id est, corde, vbi

concipiuntur semina malitiæ & blasphemiarū, ac postmo
 dum, proferūt ore, iuxta quod veritas dicit: De corde in
 Mat. 7. quies exeunt cogitationes malæ. &c. [Quorū os maledi
 ctione & amaritudine plenū est] os iudeorū plenū maledi
 ctionis, infidelitatis, peruersæq; doctrinæ erat. qñ dicebāt
 De Christo. Dēmoniū habet, & qñ maledicebant cæco, dī
 Ioa. 7. 10 cētes: Tu discipul⁹ illius sis, qui & fabri filius est & Sama
 ritanus & cætera talia, q b⁹ verbis puocabāt deū ad ama
 ritudinem, vel certe vt amaritudinē referamus ad dñi pas
 sionē, os Iudæorū repletū fuit amaritudine, quādo clama
 uerūt dicētes: Crucifige, crucifige eū, reus est mortis. [Velo
 ces pedibus] fuerunt [eorum] ad effundendum sanguinē
 quia semp fuerūt prompti ad effundēdū sanguinē pphē
 tarum & iustorum. Et nō solū occiderūt seruos: sicut Ista
 iam, Ezechielem, Ieremiam atq; Zachariā, sed etiā pphē
 tarum dominū. Ergo quia hoc fecerūt, venit sup eos [Cō
 tritio]. i. afflictio a Romanis, quā pertulerūt in corporib⁹
 [& infelicitas in vijs eorum]. i. miseria quam sustinerūt
 [in corpore & anima, pro vijs]. i. actiōib⁹ suis malis. [Et
 viam pacis nō cognouerunt]. i. mediatorem dei & homi
 num, qui pacem attulit mūdo: & dixit: Ego sum via. Non
 Ioan. 1. 4 cognouerunt ad hoc vt in eum crederent, ignorantēs eum
 ad hoc venisse, vt per suam passionem reconciliaret illos
 deo patri, vel pacis viam dicit. i. actionem iustam non ele
 gerunt, vt agerent cōdignam pœnitentiam, per quam pa
 cificamur deo patri, iuxta quod dñs dicit: Pœnitentiā agi
 Mat. 3. te, appropinquabit vobis regnū celorū. [Nō est timor dei
 ante oculos eorū] Timorem dei præ oculis mentis semper
 habet, qui deum & dominum suum presentem considerat
 esse, & vbiq; & dum presentiam illius retolit, peccare me
 tuit, ideoq; nequaquā illū offendit. Sed quia Iudæi istū ti
 morem ante oculos non habuerunt, ideo offenderūt. [Sci
 mus autem quoniā quacuncq; lex loquitur, his qui in lege
 sunt, loquimur] Lex generaliter appellat vetus testame
 tum, aliquādo tñ in tria diuiditur, vt in euāgelio, vbi dñs
 dicit: Necessē est impleri oīa que scripta sunt in lege Moy
 si, & pphētis, & psalmis de me: Aliquādo vero in duo, vt
 ibi: Lex & pphēta vsq; ad Ioannem. i. vsq; ad Christum, Mat. 2. 4.
 cui Ioannes testimoniū præbet, Nonnūquam psalmi lex Idem. 11.

Ioan. 10. vocantur, sicut dñs dixit, In lege vestra scriptū est: Ego dixi dñs es. Et alibi, Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerūt me gratis: ita & hic legē appellat Apostolus psalmos, in quibus predictū fuerat de Iudæis: dixit in sapiētijs, id est populus Iudeorū vidēs Christū presētē in carnē, nō est deus. Ergo Apostolus, vt ostēderet ea quę superius dixit de psalmo, pprie ad Iudęos pertinere, qui gloriabātur de nobilitate gñis & vitę meritis, quasi Christū ipsi nō occiderint, vel dānauerint, sed obseruatores essent legis mandatorū: ppter quę oīa se volebāt gētibus pręponere, dixit: Scimus autē qm̄ quęcūq; lex, i. psalmi isto in loco, loquitur, his qui i lege sunt, loquitur. i. Iudæis legem habētibus, Ideoq; nō debent gloriari Iudæi in sua iustitia, nec pręferre se gētibus, sed poti⁹ se reos itel ligētes, subdere se debēt deo: cui⁹ gratia sūt vocati, sicut & gentes, quia reuera pręuaricatores existūt scriptę & naturalis legis, ac si diceret Apostolus: O Iudæi nolite gloriari nolite vos extollere aduersus gētiles quia ista quę dixi de psalmo, ad vos specialiter pertinent, Vobis enim loquitur lex, quibus specialiter data est: [vt omne os obseruet & subditus fiat omnis mūdus deo] ac si diceret alijs verbis Idcirco dixit lex psalmorum, quia nō est iustus quisquam nō est qui faciat bonum, vt omne os Iudeorū & gētilium claudatur: ne quis possit gloriari se suis esse saluatū meritis nō gratia dei: quoniam omnes inuenti sunt peccatores, quod gratia dei sunt saluatī, non suis meritis. Subditus debet esse omnis mundus deo, reatū suum agnoscēdo, & medicinam salutis quærēdo. Lex itaq; Iudeorum est proprie, sed extenditur quoq; ad gētiles quasi ad alienos, quia ipsi dixerunt idola colentes, Non est deus, scilicet pręter illos quos colimus & veneramur, [Quia ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro coram illo.] Lex moysi bifariam diuiditur, quoniam in mysterijs & pręceptis cōtinet. Secundū mysteria & sacramenta cessauit adueniente Christo, quia finis siue completio legis est **C H R I S T V S**. Secundū pręceptum autem adhuc manet, quia seruādum est. Non adorabis deos alienos. Honora patrem tuum & matrem, & cętera pręceptorū dicta. Ergo ex operibus legis, i. ex circuncisione carnali & sabbati custodia, & victi-

Exo. 20.

mis legalibus non iustificabitur post domini aduētū omnis caro. i. omnis homo vel omnis carnaliter viuens, & carnaliter ea obseruās: quia omnia christo adueniēte velut vmbra cessauerunt. Lex enim & prophetę vsq; ad Ioannem aliter legis opus est. Honora patrem & matrem & alibi dicitur. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Si quis hęc pręcepta propter poenā quam minatur & vindictā, vel parentes honorauerit, vel non occiderit & non propter amorem dei & iusticiam hęc poti⁹ obseruauerit, hominibus quidē iustus videtur, dū nō cōmittit vnde occidi mereatur: tamē apud deū satis iustus nō est, dū bonum pręceptū eius ex necessitate, & nō ex amore probat impleare. Dum ergo nō iustificatur coram deo, licet videatur corā humano oculo, tamē in cōspectu diuinę maiestatis ei⁹, min⁹ iustus habetur. Hic autē queritur. Nūquid Moyses Ioseph, Daud, alijque quamplures ex lege nō fuerunt iustificati? Fuerunt quidē iusti, sed non ex operibus legis. Vnde Petr⁹ apostolus: Quid (inquit) tentatis deū imponere iugū legis super ceruices fratrum credentium, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuim⁹ sed per gratiā domini Iesu credimus saluari, quēadmodū & illi. Sicut ergo nos saluamur modo per gratiā dei i fide domini nostri Iesu Christi sic & illi saluabātur p eadē gratiā p eadē fidē, quia credebant in filiū dei, quē expectabant saluatorem, quem nos iā accipimus propiciatorē. Et quare nō iustificabātur ex operibus legis? Quā impossibile erat sanguine hircorum auferri peccata, & quisquis operatur iustitiā, & in ea cōfidit cōtra deum tumendo superbit. Lex enim non venit peccata tollere, sed ostēdere & punire [Per legem enim cognitio peccati.] Nunquid ante legem non cognoscebatur peccatum? Et si peccatum nō cognoscebatur, quare Ioseph (licet iniuste) missus est i carcerem? Nūquid non est accusatus de crimine? & fratres eius nunquid non cognoscebāt peccatum, quando dixerūt: Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum? Cognoscebatur ergo peccatum, sed quantum malum esset, & quam vindictam iuste expeteret, ignorabatur. Igitur per legem & maior cognitio peccati est quam ante legem, quia lex dicit, Non occides, Non adulterium facies, & cognitio pe-

Actu. 15.

Gen. 50.

Gen. 52.

Iu. 7. ne ipsius peccati per legē ostendit, quæ mōstrat quomodo p̄c̄m puniri debeat, dicendo: Si quis hoc vel hoc fecerit occidatur. Potest & ita intelligi: Quia erāt quēdā mala quæ nō cognoscebantur peccati esse, sicut cōcupiscētia erat, de qua idē Apostol⁹ ait. Nā cōcupiscētia nesciebam peccatū esse nisi lex diceret, Nō cōcupiscēs [Nunc autē] .i. i dñi aduētū, et i p̄nti tpe iusticia dei manifestata est sine lege] iusticia dei in p̄nti tpe sine lege manifestata est, nō ea solum modo qua ipse iustus est, aut qua iustificetur qui essentialiter ipsa iustitia est, sed qua induit impiū. qñ misericorditer de infideli fidelem: de adultero & fornicatore facit castum & cōtinentem, de iniusto & peccatore facit iustum & amatorē virtutū. Quę iusticia in Christo est reuelata, & data sine lege, id est sine obseruatione legali, quā nulli lex secundū mysteria & sacrificia traditur iam obseruanda, sed dicitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, hoc est iustus erit. Possumus etiā ipsam iusticiā dei patris .i. filiū intelligere, a quo & p̄ quē iustificamur, quia sine obseruatione legis p̄ opera dei manifestatus est fili⁹ dei esse [testificata a lege & prophetis.] Iusticia baptismatis qua iustificamur p̄ legē testificatur, dū dicitur: In nouissimis diebus circūcidet dñs cor tuū. i. auferet peccata tua, & iustificabit, te per baptismū. Testificatur & per prophetas dū dicitur: ipse iniquitates nostras portabit, & peccata nostra ipse tollet. Et alibi: Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris, ipse quoq; Christ⁹ iusticia nostra, testimoniū habet a lege & p̄phetis. [Iusticia autem dei] .i. iustificatio qua iustificamur a deo super omnes Iudæos & gētiles credentes venit [per fidem Iesu CHRISTI] qua credimus illū filiū dei esse patris, redditque causam quare dixerit [super omnes qui credunt] iusticiā dei venturam, cū protinus subdit [Non est enim distinctio] id est nulla differentia est inter Iudæos & gentiles, quēadmodū. Iudæi peccatores sunt inuenti ita & gentiles. Vnde sequitur. [Oēs em̄ peccauerunt & egent gloria dei] .i. indulgentia & venia peccatorū indigent omnes, tam Iudæi quam gentiles, pro qua glorificandus est deus. [Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quę est in CHRISTO Iesu.] Gratis dicit,

sine vllis præcedentibus meritis. Verbi gratia Qui ad baptismū venit: nihil vnq; boni fecit, baptizatur, statimq; iustificatur. Ecce gratis iustificatur p̄ gratiā, i. per donū Dei & hoc per redemptionē quę est in Christo Iesu, nō operibus legis. Redēptio nostra qua sumus redēpti, & p̄ quē iustificamur, passio Christi est, quę iūcta baptismō, iustificat hominē p̄ fidē & postmodū p̄ pœnitentiā. Ita enim illa duo mutuo sunt cōiuncta, vt vnū sine altero hoīem non possit iustificare. Nā neq; fides dominicæ passiois sine aqua baptismatis hoīem mundat, nisi forte in martyrio quod pro baptismate accipitur, neq; aqua baptismi sine fide dominicæ passionis purificare hominem valet. Iungātur ergo simul, sicq; prestabunt perfectā redemptionē, perfectamq; mūdationē. Itaq; neq; Iudæus, neq; gētilis suis iustificatur operib⁹ cū vterq; sit præuaricator suæ legis. Iudæus videlicet naturalis & scriptæ, gentilis autē naturalis: sed redemptione qua Christus nos redemit suo sanguine & fide, & aqua baptismatis, qua quisq; renat⁹, si statim obiērit, saluabitur in vita: si autem vixerit, debet ornare fidē operibus quia fides sine operib⁹ mortua est. Notandū vero q̄ dicitur Iac. 2. per redemptionē, quę est in Christo Iesu. Nam per redemptionem captiui redimuntur, qui ab hostibus captiuiantur. Quomodo ergo homo captiuari potuit, cum deus vbique sit? Sed captiuatus est animo a diabolo, quando diabolo se subdidit præuaricādo legem dei, & quādo vitii se et idolis cepit seruire. Hæc autē captiuitas soluta est, dum animus ad deū redijt, & se infirmum, illum vero medicum intellexit: perfectaq; redēptio in effusione sanguinis Christi patuit [quem proposuit deus pater propiciatorem p̄ fidē in sanguine ipsius.] Filium suum posuit deus pater, id est de creuit & præfinitiuit propiciatorem & recōciliatorem vt ipse nobis propitium faceret deum patrem & placabilem per fidem passionis suæ, vel in prōptu ante oculos omnium posuit, vt omnes saluaret in se credentes, quia dum in eum credimus, & eius sanguinem pro nobis fusum cōfitemur, sine quo iustificari non possum⁹, ex integro iustificamur. [ad ostentionem iustitiæ suæ] subaudis ab inferioribus. [in hoc tempore] .i. in nouissima ætate. Iusticia in hoc loco duplici modo potest intelligi, videlicet vel ipse Christ⁹

qui iustificat nos, vel iustitia qua iustificat deus pater credentes in filium suum. Offendit ergo manifeste deus pater iustitiam suam, id est filium suum. Vel quia nos iustificat in effusione sanguinis filii sui in hoc tempore, id est ab aduentu illius usque in finem seculi, quia nisi nos iustificare voluisset, ad mortem filium suum pro nobis non tradidisset, quia non fecerat vllum peccatum. Proposuit etiam illum venire & pati [propter remissionem peccatorum] .i. originalium, que ex parentibus trahimus antequam nascamur: vel omnium peccatorum, quae committimus ante baptismum vel etiam sequentium post baptismum [in sustentatione dei] .i. ad patientiam dei manifestandam, quia cum peccamus non statim punimur: sed eius patientia atque sufferentia ad poenitentiam expectamur. Quae sustentatio nisi a deo esset, in primo homine finis hominum per iudicium fuisset [ad ostensionem iustitiae suae in hoc tempore] subaudis nouissimo, id est ad hoc praefiniuit propiciatorem fieri nobis filium suum, ut suam iustitiam ostenderet per illum & misericordiam qua nos expectat ad poenitentiam [ut ipse sit iustus] iustus est, qui quae promittit, tribuit: ita & deus pater promisit nobis filium suum, & in eo iustificationem, quod utique adimpleuit, mittens illum in mundum per incarnationis mysterium: cuius passionis fide iustificamur, abluti aqua baptismatis. Vnde sequitur, [& iustificans eum qui ex fide est I E S U Christi] hoc est, quemlibet hominem fide Iesu Christi habentem, non tamen per opera legis iustificat illum, sed per fidem Iesu Christi, quoniam absque eius fide non valemus iustificari. [Vbi ergo est gloriatio tua? Exclusa est] Iudaeum alloquitur & confirmat, quia non valet quisquam per opera legis iustificari, ac si dicat. O Iudae, qui in tuis operibus gloriaris, vide iustificationem, sine fide dei esse non posse, Quare? quia exclusa & procul abiecta est lex iustificationis factorum, in qua gloriaberis [Per quam legem?] exclusa est. Interrogat iterum Iudaeum, ut consideret per quam legem exclusa est lex in qua gloriabatur. Interrogat etiam adhuc [Factorum,] id est nunquid per legem factorum exclusa est, ut alia lex pro ipsa data sit, quae similiter in operibus carnalibus consistat [Non, sed per legem fidei] id est non per legem factorum exclusa est, sed per legem fidei & no-

uum testamentum: Simulque notandum quoniam non iubet deus ut carnaliter circumcidamur, sed ut in fide recta baptizemur, ubi gratis cuncta dimittuntur peccata. Dum enim dixit, Poenitentiam agite appropinquabit enim regnum caelorum, non ait, Seruate legem carnaliter [Arbitramur] .i. ita dicamus, definimus, siue testificamur. [iustificari hominem per fidem Christi] in baptismo [sine operibus legis] .i. sine carnalibus obseruationibus. Arbitrari est proprie iudicare, vel testificari. Vnde arbitrari dicunt iudices & testes, Duo bus modis iustificatur homo per fidem Christi. Verbi gratia: si fuerit sine operibus bonis ante baptismum, in ipso baptismo iustificatur, aut etiam post baptismum sine operibus: quae iam non sunt obseruanda, iustus habetur, si tamen precepta diuina custodierit Iudaeis gloriatis & dicentibus. Deus verus & vnus. Iudaeorum tamen deus est, quibus dedit legem, & quibus dicit. Notus in Iudaea deus, ait Apostolus. [An Iudaeorum deus tantum? nonne & gentium?] deus est. .i. nunquid Iudaeos solos creauit, ut de illis tantummodo curam gerat? [immo & gentium], .i. multo magis gentium deus est, videlicet quia multi crediderunt deo, & placuerunt ex gentilibus, antequam Iudaei in Abraham fuissent electi, & in fortis dei assumpti, sicut Abel, Noe, Sem, Iob & amici eius alijque quam plures quos scriptura commemorat, vel quos etiam reticet. Siue in hoc multo magis deus gentium est, quoniam multo plures credunt in eum ex gentilibus, quam ex Iudaeis. Nam quod ipse sit deus gentium, Ieremias manifestat dicens. Quis non timebit te o rex gentium? [Quoniam quidem vnus deus est, qui iustificat circumcisionem ex fide] & non ex operibus vocatos, videlicet ex Iudaeis, qui circumcisi appellantur propter Abraham qui primus accepit eam, de cuius stirpe illi descenderunt [& praepitium per fidem] id est. credentes ex gentilibus, qui a Iudaeis praepitium vocabantur. Quod dicit ex fide, idem est & per fidem quia Apostolus saepe mutat praepositionem in vno sensu. [Legem ergo] praepitiorum subaudis, quae dicit. Diliges dominum deum tuum, & Audi Israel, deus vnus est. [destruimus?] per fidem & per nouum testamentum. [Absit.] Praeaeuet in hoc loco Apostolus aethimationem Iudaeorum, [sed legem], subaudis praepitiorum, [statum

Psal. 75.

Iere. 10.

Deut. 6.

mus. Id est, confirmamus, & laudamus, & a deo datam dicimus, vel etiam omnem legem generaliter statuimus nos sanctam esse, quia a deo data est: quæ obseruanda fuit suis temporibus sed iam cessauit in ministerijs: manet tamē in præceptis, vel statuimus eam per fidē: quia quicquid illa promissit de Christo, nos confirmamus verum & completum esse, & credimus in illum quē illa promissit, sicut est illud, Prophetā suscitauit vobis deus de fratribus vestris. Et iterū: Non deficiet princeps ex Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium in quem modo gentes credunt.

CAPVT IIII.

Vid ergo dicemus inuenisse Abrahamā patrem nostrum secundū carnē? Id est quid boni promeruit Abrahamā propter circuncisionē carnalem? Nihil, quia necdum erat circuncisus quando placuit deo & audire meruit. Exi de terra tua: & faciam te in gentē magnā, & quod magis fuit de Christo. In semine tuo benedicentur omnes. [Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum.] Quidam codices habent ex operibus legis, sed false scriptum est. Non enim lex adhuc data erat: nisi forte ita sit intelligendum, vt dicat, ex operibus legis postea data: et est sensus: Si Abraham ex operibus suis iustificat? sine fide, & sine gratia dei præueniente, habet quidem gloriam & laudem apud se in præfenti & apud homines: eo quod iust? fuerit ipse, apud deū vero non est laudabilis, neq; erit in futurum. Quare? Quia sine fide impossibile est placere deo. In se ergo & apud homines habuisset Abrahamā gloriam & laudem pro suis operibus, sicut ille si iustificatus fuisset sine fide suis operibus. Phariseus gloriabatur: qui cum publicano in templū ascenderat. Fuit opus Abrahamā circūcisio. Fuit utiq; ob signum magnæ fidei suæ, sed tamen antequam circūcideretur, ante a deo electus est, ideoq; non ex operibus iustificatus est, sed per fidem. Vnde scriptura non commemorat opera eius, sed fidem: Sequit, [quid scriptura dicit? credidit Abrahamā deo] obediēs præceptis illius, quia exiuit de terra sua & de promissione Isaac & CHRISTI, credidit quod ei dixit Deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes.

gentes. [&] quia credidit deo [reputatū est ei ad iustitiā] id est, ad remissionem peccatorum, quia per ipsam fidem qua credidit, iustus effectus est, & postmodum circūcisionem accepit in signū suę iustitiæ qua iustificatus fuerat per fidem. [Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitū.] Ex humana consuetudine sumit exemplum quādo operantibus secundum meritum datur mercedem, & nullā nobis agūt gratiam nō operantibus, si vero datur aliquod beneficiū, nō merces, sed gratia: ideoq; gratiamur ab illis. & est sensus. Si Abraham propter opera sua posset iustificari sine gratia dei se præueniente, & sine fide quę etiā gratis illi data est, non esset ei præmium iustificationis gratis illi datum, sed debitum esset, vel si alij Iudæi suis operibus fuissent iustificati, non essent vnde referrentur deo gratiæ, atq; ideo superflua. i. sine causa esset Christi passio. [Ei autē] subaudis gentili [qui non operatur] opera legis. [credenti autē in eum]. i. in deum: [qui iustificat impium.] non per opera, sed per fidem, & sine præcedentibus meritis, ex impio & peccatore facit pium & iustum. [reputatur fides eius ad iustitiā]. i. ad remissionem [secundum propositū gratiæ dei] hoc est decretum iustitię & misericordię dei, non secundum meritum qui decreuit gratis peccata dimittere. Hoc intelligendum est de gentibus qui ante fidem nulla habuere opera legis, & tamen sicut Iudæi conuersi iustificātur per fidem Christi sine operibus legis, ita & isti. Et bene dicit, secundum propositum siue decretum gratiæ dei, quia ante mundi constitutionem cū homo adhuc non esset decreuit deus pater cum filio suo saluare genus humanum, nullis præcedentibus meritis, vnde idem Apostolus alias dicit: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, volens ergo Apostolus ostendere iustitiam: id est iustificationem qua iustificantur homines, sine operibus legis & meritis suis, testimoniū psalmi proponit, in quo prædicabat quod in aduentu Christi & gentiles fide essent saluandi. Ait enim. [Sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis] subaudis describens, [cui] homini [deus acceptofert iustitiā siue iustificationem] sine operibus legis. Quod autē dicit acceptofert, aduerbialiter dicit accepto fert, i. libēter tribuit: vel

Eph. i.

iugendū ita cum subauditiōe, cui accepto a se, id est, electo & dilecto tribuit illi ad iustitiā. Dicimus & tertio modo, Inusitatus enim modus est locutiōis, cui deus accepto fert iustitiam, id est, cui deus acceptam dat iustitiam, vel acceptabilem habet sine operibus legis, [Beati quorū remissę sunt iniquitates,] id est omnia peccata in baptisinate, [& quorum recta sunt peccata] per pœnitentiam post baptismum. Res recta & cooperta nō videtur, & nos tunc tegimus peccata, quando malis bona opera iustitię superponimus, pœnitentiā videlicet de pręteritis agendo dignam, & alia non perpetrando. Hoc autem distat inter iniquitatem & peccatum, vt quidam dicūt authores, quod iniquitas sit ante legem, peccatū post legem, vel iniquitas sit cogitationum, peccatum sit operum. Quidam etiam dicunt iniquitatem esse quod contra legem committitur, peccatum quod contra naturam & conscientiam, sed indifferenter vnum pro altero sæpe ponitur, [Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum.] Misericors deus neque in baptisinate deleta imputabit, neque pœnitentia recta, si permāserit in fide, vel potest hoc intelligi de martyribus qui in suo sanguine baptizati, in ipso martyrio cuncta eis dimittūtur peccata: vel certe de his potest accipi qui post baptismum multa commiserunt peccata, sed veniente occasione dum pro CHRISTI nomine martyrium sustinuerunt, in ipso martyrio dimissa sunt illis, quoniā pœnitentiā corporalem susceperunt. [Beatitudo ergo hęc] de qua Psalmista dicit [In circuncisione tantum manet, an etiā in pręputio?] id est, an pertinet solūmodo ad Iudæos qui circuncisio appellatur, an etiam ad gentiles qui pręputiū dicitur. Illa beatitudo qua peccata sine operibus legis dimittuntur gratis in baptisinate, & per pœnitentiā atque martyrium, tam ad Iudæos ad fidem veniētes, quā ad gentiles pertinet. qua gratia Abraham licet non esset baptizatus per fidē tamen cum esset in pręputio iustificatus est. Vnde subdit Apostolus, [Dicimus autem quia reputata est fides Abrahę ad iustitiam] non circuncisio, id est, hoc affirmamus nos Apostoli, quia non propter circuncisionem carnalem, sed propter fidē quā habuit, qua credidit deo, meruit iustificari. [quomodo ergo] Abrahę [re-

Psal. 32.

putata est?] fides ad iusticiam [in circuncisione an in pręputio?] hoc est, an reputata est ei fides ad iustitiā, postquā est circuncisus: an cum esset in gentilitate incircuncisus, ipse sibi Apostolus respondet. [Non in circuncisione, sed in pręputio.] id est, non postquam circuncisionem accepit reputata est ei fides ad iustitiā, sed cū adhuc esset in pręputio, id est, in gentilitate, quia necdū erat circuncisus, ideoq; an rea est iustificatus per fidem, quam esset circuncisus. [Et si signum accepit circuncisionis signaculū iusticię fidei quę est in pręputio.] Ne dicerent Iudæi superflue circuncisum esse Abraham, si per illam nō est iustificatus, ostēdit illam circuncisionem signum esse iusticię, non augmentum, vt significaret iusticiā Christi, quę est ex fide. Signū est quādo quod in hoc quā videtur aliud intelligitur, sicut dominus manifestat dicēs: Generatio hęc signum quærīt, & signum non dabitur ei nisi signū Ionę prophete. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrę, Ecce quā signabat Ionas voratus, ita quoque circuncisio Abrahę fidē illius significabat quam habebat in corde, & qua meruit iustificari. Hęc circuncisio est expoliatio infidelitatis & vitiorum abolitio. Distat vero inter signū & signaculum, quod signum aliud est, & aliud significat, signaculum autē quod alicui rei adhuc imprimitur vt lateat quousque ab illo referatur a quo imprimitur, ita et illa circuncisio significabat iusticiam fidei quę erat in Abraham, & latebat in signaculo vera circuncisio: qua Christus, qui ex eius genere erat nasciturus per baptismi gratiam suos fideles erat a cunctis sordibus peccatorum circuncisurus, in die quoque iudicij ab omni mortalitatis fragilitate & corruptiōis fece est emundaturus. In hoc etiam quia octaua die fiebat: significabat dominicam resurrectionē, quę octaua die celebrata est. Nam & ipse CHRISTVS significabatur in cunctello Petrino, quo circuncisio patrabatur. Fuit præterea signum Iudæis circuncisio data, quo cognosceretur eorum genus vt permixtione non confunderetur, dum inter gentes multas habitarent, vel cum inter gētes multas captiui ducerētur, & ignoraretur quod de genere Abra-

hæ descenderet CHRISTVS, ac tandiu mansit in ty-
 po & figura quousq; veraciter cõpleretur adueniēte chri-
 sto, remoto signaculo sub quo latebat, id est eadem circun-
 cisiōe carnali penitus ablata. Erat etiam in signum eisdē
 Iudæis, vt quando in prælijs cum alijs sternebātur, & nu-
 di relinquebātur, ex circūcisionis signo notati, sepulturæ
 mandarētur. Signum ergo accepit circūcisionis, ob huius-
 modi causas, vt diximus que circūcisio signaculū fuit iu-
 stitiæ fidei quæ in præputio est, quia ante est iustificatus p-
 fidem quam circūcideretur. Iustitia etiā fidei dicitur quia
 primum fidem habuit & per eā iustitiam promeruit, quia
 iustificatus & mundatus est ab omnibus peccatis: Nam in
 gentilitate siue in præputio positus, fide est iustificatus. Et
 reddit causam quare hoc scilicet [vt sit pater omnium cre-
 ditōrum per præputium] .i. Per fidem quam habuit in præ-
 putio, pater est omnium credentium tam Iudæorum, quā
 gentium: Nam carne pater est Iudæorum nō credentium
 fide autem omnium credentium Iudæorum & gentium,
 quoniam fidem qua credidit Abraham deum omnipoten-
 tem esse et trinitatem habere in personis, & vnitatē in sub-
 stantia, ipsam quasi ex hereditate paterna retinent credē-
 tes. Et quare sunt omnes credentes filij abrahæ per fidem
 [v treputetur] eadē fides [& illis ad iustitiam] siue ad iu-
 stificationem, sicut reputata est Abrahæ dum esset adhuc
 in gentilitate. Sicut enim Abraham antequam circūcide-
 retur fidem habuit qua pater est credentium, & postea ge-
 nuit Isaac, ex quo pater est Iudæorum, sic potius pater est
 spiritualium quam carnalium, & ita factum est vt sit pa-
 ter gentium per fidem, [& sit pater circūcisionis] id est,
 Iudæorum credentium & non credentium per carnem.
 [non his tantum qui sunt ex circūcisione: sed & his q; se-
 ctantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri
 Abrahæ.] Ac si diceret alijs verbis: Non illis tantum Iu-
 dæis Abraham est pater, vel reputatur fides Abrahæ
 ad iustificationem, qui descenderunt de progenie illius
 postquam circūcisionem accepit, sed & his gentilibus
 qui imitantur exempla fidei, quæ est in præputio patris
 nostri Abrahæ, Nam illis est Abraham pater, & illis
 reputatur fides eius ad iustificationem; qui imitātur ex-

empla fidei illius quæ data est ei, cū adhuc esset in gentili-
 tate quæ præputium appellatur. [Nō enim per legē pro-
 missio Abrahæ aut semini eius.] id est Christo data est
 [vt heres esset mundi, sed per iustitiam fidei.] quam ha-
 buit antequam circūcideretur, & antequam illam promif-
 sionem acciperet. Ideo autem per legem non est facta vel
 data promissio Abrahæ, qua dictum est illi: Patrem multa
 rum gentium posui te, & in semine tuo benedicetur om-
 nes gentes, quia non erat adhuc lex quæ post quadringen-
 tos & triginta annos data est. Abraham ergo in Christo
 hæres est mundi, quia omnes credētes per fidem filij sunt
 Abrahæ, & ipse in Christo omnia possidet, cui dictum
 est a patre. Postula a me, & dabo tibi gentes hæredita-
 tem tuā. [Si em̄ qui ex lege sunt, hi sunt hæredes, exinani-
 ta est fides, etabolita,] id ē deleta [ē promissio] id est si, Iu-
 dæi qui ex circūcisione, & qui legem habēt, hæredes sunt
 tantummodo promissionis Abrahæ de Christo, & nō etiā
 gentiles, euacuata siue annihilata est fides qua ipse crede-
 bat deo, & abolita. i. deleta est pmissio de Christo. Et est
 sensus: Si solummodo vos Iudæi circūcisio hæredes pro-
 missionis dei estis, vt vos vultis, non impleuit deus pro-
 missionem suam quam dedit Abrahæ, vt pater esset multa-
 rum gētium. Et si ita est, iam videbitur deo frustra credi
 disse, Non est ergo data promissio Abrahæ per legem, sed
 per fidem. Quare? [Lex enim iram operatur,] id est vindi-
 ctam dei. Lex non dedit illam promissionē Abrahæ, sed
 vindictam operatur, dum dicit: Dentem pro dente, Et qui
 occiderit, occidatur. [Vbi non est lex, nec præuaricatio]
 subaudis tanta, vel non ita imputatur. Hoc dupliciter in-
 telligi potest: Vbi non est lex naturalis, non est tanta præ-
 uaricatio eiusdem legis. Verbi gratia: Quādiu infantibus
 non viget intelligentia aut intellectus naturalis legis di-
 scernendi inter bonum & malum, licet percuciat patrem,
 verberent matrem, maledicant parentibus, non est tanta
 præuaricatio, nec ita imputatur eis sicut postmodum, vbi
 venerint ad legitimos annos, & vbi cõperit vigere in il-
 lis naturalis intellectus. Aliter: Vbi non est lex Moyfi li-
 cet peccet aliquis, non est tanta præuaricatio, nec ita im-
 putatur ei qui nō habet ipsam legē si peccauerit, quia non

Gene. 12;

Psal. 2.

Deut. 19;
Exod. 11.

existit preuaricator ei⁹, sicut ille cui data est ad obseruandū
ideoque vbi precepta legis, vbi preuaricationis occasio & vbi
preuaricatio, vbi maior ira dei et vīdīcta in preuaricatore.
Potest & tertio intelligi: vbi nō est lex Euangelij, sicut in
paganis, nō est preuaricatio tanta, tamen non ideo immu-
nes a vīdīcta dei erant: quia per creaturā poterāt cogno-
scere creatorē [Ideo ex fide vt secundū gratiam firma sit
pmissio omni semini Abraham.] sēsus igitur iste est: Quia
nō est tāta preuaricatio in gentibus, vbi nō est lex Moy-
si, quāta in Iudæos, ideo ex fide, & per fidem iustificatur
oēs Iudæi, siue gētiles credētes, & per fidem sunt heredes,
nō per legem vt secundū gratiā quā gratis promissit: non
secundū meritum, neq; secundū legem firma sit pmissio,
quam pmissit deus omni semini Abraham, non solū ex Iu-
dæis, sed etiā ex gentibus. Quæ est ista pmissio? Benedicē-
tur, inquit, in te omnes gentes, patremq; multarū gentiū
posui te. Vnde sequitur: [Non enim ei qui ex lege est so-
lum, sed & ei qui ex fide est Abraham, qui est pater omniū
nostrum] Sensus iste est. Promissio quæ facta est ad Abra-
ham de Christo, quia in semine eius benedicentur omnes
gentes, non enim Iudæo firmata est solūmodo ista promissio,
qui ex lege circumcisionis descendit, sed etiam gentili
firmata est, qui ex fide filius est Abraham qui est pater om-
niū credentium [sicut scriptū est] in lege Moyfi [Quia
patrem multarum gentium posui te, ante deum cui cre-
didisti. [Hic percutitur Iudæorum superbia, qui se gloriā-
tur de proge Abraham descendisse. Non enim ait patrē
vniū gentis Israeliticæ constitui te, sed patrem omniū
gentium per fidem constitui te. Per carnē enim pater Iu-
dæorum est, per fidem autem omniū gentium. Et recte
addidit. Apostolus ex sua interpretatione, ante deum cui
credidisti id est coram deo cui credidisti in corde. Multi
enim sunt qui videntur credere in deum, sed non credunt
ante deum. Illi autem non credunt ante deum, qui confitē-
tur se credere deum verbis, sed aliud corde retinent. Illi
vero ante deum credunt, qui tota anima, toto corde, tota
virtute illum diligunt, vt Abraham, & qui potius in inte-
riori homine in conspectu dei fidem seruant: quam in ostē-
tatione hominum: sicut est carnis circumcisio: [qui vīufi-

Gene. 22.

Ibitem.

cat mortuos] per fidem & gratiam suam, id est gentiles &
omnes qui mortui sunt per infidelitatem in peccatis. Si e-
nim viuit iustus per fidem, ita moritur peccator per in-
credulitatem, vel certe dixit. viuitur sub presenti tempo-
re, pro futuro viuitur. Ipse enim suscitabit siue viuitica-
bit mortuos in die iudicij, sicut in euangelio dicit: Veniet Ioan. 1.
hora quādo omnes qui in monumētis sunt, audiet vocem
filij dei, & procedēt, qui bona fecerunt in resurrectionem
vitæ, [& vocat ea quæ nō sunt, tāquā ea quæ sunt.] De-
us omnipotens solus habet essentialiter esse, & qui adhæ-
rent ei per fidem & dilectionem, illi vtique habēt esse ab
illo, & illi sunt sicut ipse dixit, Ego sum deus Abraham, Exod. 3.
& deus Isaac, & deus Iacob. Econtra illi qui non adhe-
rent, comparatione eius quasi non sunt. Vnde Isaias pro-
pheta dixit: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram
eo, & quasi nihilum, & inanæ reputatę sunt ei, Igitur secū-
dum hunc sensum dicit Apostolus modo, Ergo sicut vo-
cauit Abraham qui erat quia deo adhærebat per fidem,
dicens: Exi de terra tua & de cognatione tua, sic vocat ea
quæ non sunt, id est sic vocat gentiles infideles ad fidem
vt habeant esse illi adhærendo: qui antea non erant, illi
non adhærendo. [qui contra spem in spem credidit, vt fie-
ret pater multarum gentium] per fidem. Contra spem
desperatę sobolis, credidit in spem sperandę sobolis, vel
certe contra spem naturæ in spem gratiæ & potentiæ dei
credidit. Contra spem enim naturæ erat, vt vetula pare-
ret quæ adolescens & iuuenula sterilis permanerat.
Nam natura est, vt iuuenis iunctus iuuenulę, generet, si
militer senex iunctus iuuenulę, naturale est vt generet,
sicut Abraham senex & Agar iuuenula, ex quibus natus
est Ismael. Contra spem vero naturæ est, vt senex cum ve-
tula mixtus generet. Sed Abraham non attendit ad con-
suetudinem naturalem, quod non posset ex se & Sara-
iam vetulis illis procreari, sed in spem potentiæ dei cre-
didit, quia omnipotentem nouerat eum qui promissit.
Considerandum est autem, quatuor existere causas (vt
beatus dicit Ambrosius), quæ reddunt fœminas steriles
videlicet aut quod semen virile non peruenit vsque ad
locum conceptionis, aut quia mulier non valet illud retin-
d iij

Exod. 3.

Esa. 4.

Gene. 12.

Gene. 13.

nere, aut quia non habet vigorem coquēdi illud, aut quia ambo senes simul conueniunt & senectute grauātur. [secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuum, sicut stel-
 le celi & harena maris.] Semen Abrahę in hoc loco intelli-
 gitur tam multitudo Iudeorum, quorum pater per carnē
 est & per fidem, quam etiam omnium gētiū multitudo
 quorum pater solummodo est per fidē. Et dictum est hoc
 hyperbolice, per tropum, scilicet fidem excedentem, Licet
 enim prę multitudine non possit numerari ab hominibus
 semen Abrahę, deo tamen numerabile est. Notandumque
 per stellas & harenam secundum quendam doctorem in-
 telligendum esse generaliter omne semen Abrahę, creden-
 tes videlicet ex gentibus & ex Iudæis omnemq; Israelē
 & secundum alium per stellas, electos solummodo intelli-
 gendos ex vtroque populo, per harenam vero omnes iu-
 deos infideles & incredulos, pōdere peccatorū grauatos.
 Et non incōuenienter per stellas que cœlo adherent: sua-
 que claritate mundum illuminant, designātur electi, qui
 semper cœlestia appetunt, dicētes cum apostolo, Nostra cō-
 uersatio in cœlis est. mundūque verbis & exemplis irra-
 diāt: per harenā vero quę ponderosa est & sterilis, repro-
 bi, qui pondere peccatorum grauati, steriles existūt a bo-
 no opere. [Et nō infirmatus est.] ille infirmatur in fide, q̄
 dubitat, nec credit promissionibus dei. Sed Abraham au-
 diēs a deo, Patrem multarū gentium posui te, & secundum
 hoc tempus veniam, eritque Sarę filius. Licet cōtra natu-
 rā vsūm videretur esse quod promittebatur, nō tamē est
 infirmatus fide, quia non dubitauit in promissione. Nihil
 enim fides cōsiderat naturę, quia in his que p̄mittit deus
 facile seruit natura suo autori. [nec cōsiderauit corp⁹ suū
 mortuum] ad procreandos filios, [Cum iam fere centū
 esset annorum] quia cētenarius erat. [& mortuam vul-
 uam Sarę] non considerauit. Emortuos dicit Abraham et
 Saram in propagandis filiis propter annorum multitudi-
 nem iam desperatos, Abraham nanque centenarius erat,
 & Sara nonagenaria, quando promisit deus, inquiens per
 angelum. secundum hoc tempus veniam & erit Sarę fi-
 lius. Emortua etiā erat vulua sarę; quia iam pręcesserat tē-
 pus pariēdi, & iam desierāt fieri Sarę muliebria, id est iā

desierat menstruum pati, vbi maxime consistit vigor cō-
 ceptionis, quod vbi cessauerit in foeminis, trāsit tēpus ge-
 nerādi filios. Sed Abrahā nō attendit ad naturā vsūm: sed
 ad dei potentiā, credulus eius p̄missionibus. vnde sequi-
 tur. [In repromissione etiam dei non hęsitauit diffidētia,
 sed cōfortatus est fide, dans gloriam deo.] In repromissio-
 ne dei (de qua supra diximus) siue de Isaac, seu de Christo
 nō hęsitauit diffidētia, siue nō dubitauit incredulitate, sed
 cōfortatus est fide de p̄missionibus, dans gloriam deo, p̄-
 missionibus illius gratias referēdo quasi de acceptis bene-
 ficitiis, intelligēs solius dei esse munus & gratiā, vbi huma-
 nā fecūditatis naturā vsus cessauerat. [plenissime] siue
 certissime [sciens quia quecunque promisit deus, potēs est
 facere: ideo] subaudis quia credidit dei de promissionib⁹,
 [reputatum est illi ad iusticiam. Nō est autem scriptū tan-
 tum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iusticiā: sed
 et propter nos, quibus reputabitur credētibus in eum qui
 suscitauit Iesum Christum a mortuis.] Non est (inquit)
 tantum propter hoc scripta fides Abrahę vt ipse legeret,
 qui olim fuerat defunctus, quando Moyēs ista scribebat
 sed propter nos & profectum nostrum, vt imitemur
 fidem illius, quibus reputatur fides eius ad iusticiam cre-
 dentibus in eum, id est in deum patrem qui suscitauit Ie-
 sum Christum a mortuis id est a sepulchro, qui proprius
 locus est mortuorum, vel certe ab inferno. Si ita perfecte
 crediderimus Christum a mortuis resurrexisse, quomodo
 ille credidit corpus Sarę mortuum, posse ad cōcipiēdum
 viuificari, & crediderimus deū patrem, qui Christum su-
 scitauit a mortuis, reputabi⁹ a nobis fides nostra ad iusti-
 ficationem, quia repromissionē accipiemus omnīū pecca-
 torum. Deus pater suscitauit filium suū a mortuis, & ipse
 etiam filius suscitauit semetipsum. & vt etiam altius di-
 camus, tota trinitas suscitauit illum hominem assumptum
 a verbo dei, [qui traditus est propter delicta nostra, &
 resurrexit propter iustificationem nostram.] Multis mo-
 dis traditus legitur dominus Iesus Christus. Nam tradi-
 dit illum deus pater; sicut dicit Apostolus, Qui proprio,
 inquiens, filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tra-
 didit illū. Tradidit ipse fili⁹ seipsum, sicut egregius prędi-

Gala. 2.
Ioan. 13.

1. Cor. 3.

ator dicit in presenti loco, & alias ubi loquitur: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Tradiderunt illi demones, qui persuaserunt Iudæ ut traderet illi. Unde dicit euangelista quia intrauit satanas in cor Iudæ ut traderet illum. & Apostolus manifestat, dicens de dæmonibus: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Tradidit illi Iudas propter triginta argenteos. Tradiderunt eum Iudæi Pilato. Pilatus quoque illum tradidit militibus, qui crucifixerunt eum. Sed inter hæc omnia digna consideratione perpèdendū est, quia quod deus pater & filius fecerunt causa dilectionis & misericordiæ, hoc Iudas causa cupiditatis, demones vero & Iudæi atque Pilatus causa inuidiæ. Traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram, ut credentes eum passum propter salutem nostram, & resurrexisse in veritate a mortuis, per hanc fidem mereamur iustificari. In traditione Christi ineffabilis misericordia extitit, in resurrectione quoque incomprehensibilis potentia deitatis demonstrata est, &c.

CAPVT V.

Luc. 2.

Iustificati igitur ex fide. pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. Cum Iudæi & gentes inter se disceptarent, & illi de antiqua legis operibus, hi vero de noua Christi vocatiōe præsupritiue gloriarēt, prætractata & elucidata causa, quia nemo eorum ex merito suo esset iustificatus, sed omnes per gratiam quæ fidem infundit, & veritatē ostēdit, & quia nec genus nec circumcisio faciat filios Abraham, sed fides recta quæ claruit Abraham, a deo illuminatus & præuentus statim subiunxit Apostolus. Iustificati igitur ex fide, & non ex operibus legis neque per aliquod meritum nostrum quod præcesserat fidem, pacem habeamus ad deum patrem, per mediatorem dominum nostrum Iesum Christum, cuius passione reconciliati sumus deo patri, sicut angeli in eius natiuitate cantauerunt. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tunc enim pacem habemus apud deum, si inter nos pacem & concordiam fraternam tenemus: Ac si diceret, iam quia reconciliati sumus per sanguinem filij dei, & pacem habemus apud deum patrem, si mus & nos inter nos pacem habentes, non præsumētes in

aliquo de nobis, cum omnia ex fide dei habeamus: [per quæ habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus?] Per Christum (inquit) nos pacificauit deo patri, per illum utique accessum & introitum habemus, per fidem illius in gratia ista in qua stamus, credendo in patrem & filium & spiritum sanctum. Gratiam appellat in hoc loco fidem, per quam plenitudinem iustificationis percepimus gratis a deo tempore baptismatis, & insuper quicquid donorum habemus spiritualium, nomine gratiæ isto in loco comprehendit. In qua vel ad quam gratiam, introitum vel accessum habemus per ipsum qui ante eramus longe, quia ipse est ostium sicut dixit, Ego sum ostium, & Ioan. 10. nemo venit ad patrem nisi per me. In qua gratia i. fide iustificationis & indulgentia peccatorum stare debemus, in bonis scilicet operibus viriliter laborando, qui antea iacebamus in luto & fetore vitiorum [gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.] In presenti seculo filij dei sumus in spe, in altera autem vita erimus in re, si in bonis operibus articulus mortis nos inuenerit, unde dicit Ioannes, Charissimi, filij dei sui Ioan. 3. mus in spe, & nondum apparuit quod erimus in re. [Nō solū autem] subaudis gloriamur in spe gloriæ filiorum dei: [sed & gloriamur in tribulationibus] id est angustijs & aduersitatibus persecutionum pro Christo: [scientes quod tribulatio] & afflictio [patientiam operatur] in electis qui patienter aduersa huius seculi perferunt. Patientia a patientido, id est a feriendo dicitur, & est patientia, quando corpus & animus timore & afflictione tormentorum feritur, sed vindicta non petitur. Per hanc sancti martyres vicerunt persecutionem & sauitiam tyrannorum: non reddentes vicem, sed patientiam siue tolerantiam seruantes. [patientia autem probationem] meritorum & fidei, sicut probati sunt sancti martyres, & sicut probatus est Iob, non deficiens in tribulatione. Et etiam probatio, honestas morum & laudabilitas actionum, unde probus dicitur laude dignus, [probatio vero operatur spem.] vitæ æternæ. Spes est expectatio futurorum bonorum. Qui ergo inter tribulationes & aduersa per patientiam probabiles existunt in fide, illi securi de præmijs, futuram beatitudinem expectant. [Spes autem non confundit] spes siue expectatio futurorum bonorum omnem confusionem & verecundiam huius se-

Vide lib.
Iob.

culi expellit. Spes ergo nō confundit. i. qui pbatus est in fide bonifq; opibus, & spem habet eternorū prēmiorū, nō erubescit qcquid aduersi in hoc seculo sustinuerit, securus de prēmio. Et quare hoc? [quia charitas dei] qua nos diligit deus, vel qua diligimus deū. [diffusa est in cordib⁹ nostris] tēpore baptismatis. & tempore manus impositionis [per spiritum sanctū qui datus est nobis] nō per meritum nostrū. verbum effusionis siue diffusionis largitatem munerum significat, sicut in Iohel habetur: Effundā de spū meo super omnē carnem. Siue ergo charitas qua diligim⁹ deum in nobis sit, pro cuius amore patiēter omnia aduersa sustinemus: siue qua diligimus proximum, vel qcquid boni in nobis habetur, non per meritum nostrum, sed per gratiā dei spū sancto cooperāte, nobis tribuitur: ideoque preceptis & volūtati illius obtēperare debemus, habentes inter nos pacem quā ipse cōmendauit discipulis dicēs: Pacem relinquo vobis. Ipsa etiā spes per spū sanctū nobis datur, qui facit nos credere quod promittit. Nec em̄ confundit nos spes, qm̄ amplius dabit quam speram⁹ nos, gaudia videlicet patriæ cælestis [vt quid em̄ Christ⁹, cū adhuc in firmi essemus secundū tēpus, pro impijs mortuus est?] vt quid enim Christus, cū adhuc infirmi essemus, id est peccatores secundū tēpus pro impijs, i. irreligiosis mortu⁹ est, nisi vt abundantiam & plenitudinē suæ charitatis nobis cōmenderet, sicut sequentia nobis manifestant. Infirmus est omnis peccator & omnis infidelis: fortis vero iustus & fidelis atq; cognoscēs deum. Pietas est cult⁹ & religio dei, a qua dicitur pius, i. religiosus. Ecōtra impietas, est irreligiositas, a qua venit impius id est irreligiosus. Tāta fuit charitas Christi, vt non solum pro illis qui comparatione reprobōrū religiosi erant, sed etiā pro impijs morere⁹ quos postea per fidem suam iustos fecit. Istam charitatem nobis commendauit, vt illam imitemur sicut discipulis dixit, quando lauit pedes eorū. Exemplum (inquiens) dedi vobis vt qualia vobis facio, talia faciatis: id est sicut ego vobis laui pedes, ita & vos alterutrum: & sicut ego pro vobis animam meam non dubito ponere, ita & vos nō dubitetis, neque pro me, neque pro fratribus, si necessitas fuerit causa amoris mei animas ponere. Quod vero dicit Apo-

stolus Christum secundum tempus esse mortuū, tripliciter accipi potest. Beatus siquidem Ambrosius hoc modo dicit: Mortuus est secundum tempus, quia paruo & breui tempore potuit teneri a morte: tertia enim die resurrexit. Aliter, secundum tempus mortuus est, id est tunc quando totus mundus sub peccato tenebatur. De quo tēpore dicit Apostolus Alibi. Postquam venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, natum ex muliere factū sub lege. Et deus pater ad filium per prophetam. Tēpore (inquit) accepto exaudiui te. Potest etiā tertio modo intelligi, quia mortuus est secundū tēpus, i. corporaliter, in corpore, non in anima: quia peccatum nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Tēpus enim dicitur esse, vbi aliqua varietas est, verbi gratia. Vbi sol oritur sol & occidit, vbi luna augmētum vel decrementū capit: tēpus dicitur esse: vbi etiā ver transit in estatem, estas quoq; in autumnū mutatur, autūnus nihilominus in hyemem. Mortuus est Christus secundū tempus, i. secundū carnem, quæ mutabilis est & varietati subiacet mortuus est temporaliter. Nam vbi eternitas est, tempus esse non potest. [Vix enim pro iusto quis moritur, nā pro bono forsitan quis audeat mori?] subaudiis aut nullus, aut rarus: quis em̄, pro nullo, aut p̄ raro sēpissime ponitur, pro nullo accipitur, vt in Psal. Deus q̄s si milis tibi erit, i. nullus, pro raro, vt hic, & alibi vbi dicit. Quis sapiēs & intelliget ista, raro inuenitur. Et est sensus vix potest aliquis inueniri, qui nō solū pro impijs, sed nec pro iustis & bonis audeat mori. Et cū raro inueniatur q̄ pro iusto & bono audeat mori, Christus pro impijs mortuus est. Inter iustum & bonū hoc distat, quia iustus sit studio & exercitatione virtutū, sic sancti martyres: bon⁹ vero in innocētia, sicut sunt paruuli qui inūdantur in baptifmate. Potest etiā & pro vno accipi, iustus & bonus, [Cōmendat autem deus suā charitatem in nobis qm̄ cū adhuc peccatores essemus], i. ante q̄ essemus iustificati per fidem. [secundū tēpus Christus pro nobis mortuus est.] Ad qd cōmendat deus suam charitatem in nobis? vt illam imitemur eo modo quo superius dixim⁹. [Multo magis igitur iustificati nunc per sanguinem ipsius, saluērimus ab ira per ipsum.] Si cum peccatores essemus, Christus pro nos-

Isaie. 49.

Psal. 71.
Psal. 106.

bis dignatus est mori, multo magis iam remissionem peccatorum habentes in sanguine passionis eius, & iustificati per fidem salui erimus per Christum ab ira, id est vindicta dei iudicij quae ventura est reprobis. Licet autem legamus plerisque in locis oportentem deum iram habere, non debemus putare quod in illum cadat vlla perturbatio, quia ipse semper idem manet iuxta quod Psal. dicit. Tu semper idem ipse es, sed ira illius appellatur vindicta et ultio ipsius, quia ille sine aliqua mutabilitate exercet: secundum quod et sapientissimus orator dicit. Tu autem domine sabaoth cum tranquillitate iudicas. In hoc loco ponit sibi beatus Augustinus quaestionem, dicens. Si (inquit) in sanguine passionis filij dei accepimus remissionem peccatorum, non necesse est ut baptizemur, & si in baptismate accepimus remissionem, & mundamur ab omnibus sordibus vitiorum, quid necesse fuit Christum pati? Quam quaestionem ita dissoluit, ista duo, passio videlicet Christi, & baptismus ita sunt coniuncta, ut neque baptismus possit lauare a peccatis: & perfectum hominem reddere sine fide passionis Christi, quia sine fide impossibile est placere deo, neque fides passionis Christi possit remissionem peccatorum dare sine gratia baptismatis, nisi in sanguine martyrij sui fuerit baptizatus, quia dominus dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. [Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius?] Si, inquit, cum inimici essemus, id est peccatores, reconciliati sumus deo patri per mortem filij eius, multo magis quam meruimus reconciliati & in amicitiam conuersi, salui erimus in vita ipsius, id est in vita ipsius Christi, qui est vita, & in quo vitam aeternam habituri sumus. Illi reconciliatur qui inimici sunt ad inuicem. Quomodo ergo extitit nobis omnipotens deus iratus & inimicus, cum de illo dicatur, quod nihil odit eorum quae fecit. Sciendum quod non naturam nostram, quam ipse fecit sanctam & bonam, odio habebat, sed vitia & peccata quae ipsi nobis attraximus. Quapropter quadam iusticia dei traditi sumus diabolo, quoadiu sub peccato fuimus. Sicut legitur, postquam meruit homo audire. Terra es, & in terram ibis, hoc est totus terrenus effectus es, & idcirco morieris. Dicitur est & diabolo in serpente, Terram comedes, id est, peccatores deuorabis.

Ablatis autem vitijs, & peccatis, per passionem filij eius reconciliati sumus in id quod ante fuimus. Vnde dicit Apostolus: Si (inquiens) cum inimici dei essemus a sanctis, non natura, per mortem Christi saluati sumus, quanto magis in eius glorificabimur vita, si eam imitati fuerimus. [Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc accepimus reconciliationem] Non solum, inquit, salui erimus, et dabitur nobis vita aeterna, sed et gloriamur in deo patre siue in cognitione dei, quam habemus per dominum nostrum Iesum Christum, cuius passione nunc reconciliati sumus. Nunc (inquit) reconciliati sumus deo patri, id est, in tempore aduentus Christi, sicut enim verbo patris sumus creati, iuxta quod Ioannes dicit. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, ita quoque & ab illo sumus redempti, & deo patri reconciliati. [Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt] Sensus dictionis isto in loco est huiusmodi: Sicut per Adam peccatum & mors intrauit, ita per Christum iustificatio & vita aeterna venit. Propterea inquit Apostolus. Reconciliati sumus deo, quia sicut per unum hominem Adam in hunc mundum, id est in vniuersitate generis humani (propter Christum qui de supernis est) peccatum intrauit, & per peccatum mors venit, ita & in omnes homines mors corporis et animae pertransiit, sicut in illum primum, in quo omnes peccauerunt ita per dominum nostrum Iesum Christum iustificatio intrauit, & per iustificationem vita futura. Sensus talis est. Sicut per Adam peccatum intrauit in genus humanum & mors, & per omnes transiit, sic per Christum venit iustificatio & vita. In ipso quoque omnes peccauerunt, qui in lumbis eius erant, sicut leui in lumbis erat patris, quoniam decimatus est. Et congrue dicit primum intrasse peccatum, ac deinde per peccatum subintrasse mortem, quia statim ut peccauit, mortalis factus est, sicut ei deus ante praedixerat: in quacumque die, inquiens comederis ex eo, morte morieris. Peccauit concupiscendo atque comedendo, & mortalis factus est in peccato. [Vtique ad legem enim peccatum erat in mundo.] Non dicit usque ad tempus, quo data est lex, sed usque ad terminum finiendae legis. Sic enim solliciti sumus dicere. Regnauerunt usque ad Attalum regem, usque ad mortem Attali re-

Psal. 101.

Sap. 12.

Ioannis. 3.

Sap. 11.

Ioan. 11.

Heb. 9.

gis. vsq; ad tempus. i. vsq; ad finē legis & initium gratiæ: peccatum originale & actuale fuit in mūdo. Per gratiam autem Iesu xpi non solū originalia, sed etiā actualia deleta sunt. [Peccatum nō imputabatur cum lex nō esset.] Hoc tripliciter intelligi potest. Quamdiu lex naturalis non est in homine sicut in paruulis, q̄quid agat paruulus, nō imputatur esse peccatum: quia nescit quid sit bonum aut malum. Aliter Antequam lex daretur, non agnoscebat peccatum tam graue malum esse, sicut per legē ostēsum est, vel aliter. Cū lex deesset, nō imputabatur. i. ignorabatur quæ p̄na dignum esset peccatū, quousq; ipsa lex dicit. Qui hoc vel illud fecerit, morte moriā [Sed regnauit mors ab Adā vsq; ad Moysen, etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinem p̄uaricationis Adę] .i. mors idē est quod peccatum, ideo dicit regnasse mortem, quia vniuersum tenuit orbem tam mors peccati, q̄ mors corporis. Quod dicit vsq; ad Moysen ita est intelligēdum vt iam diximus. i. vsq; ad finē legis, & initium gratiæ. Per Moysen em̄ intelligit lex, sicut dicitur in euāgelio ad diuitem: Habent Moysen. i. legem. Et alibi: Incipiens a Moyse, hoc est a lege. Regnauit, (inquit) mors animę in toto mūdo, ex quo primus hō peccauit vsq; ad finem legis Moysi, & exordium euāgelij, nō solum in alios, sed etiam in illos, qui non sponte neq; scienter peccauerunt, sicut paruuli erant, qui originalib; peccatis tenebātur obnoxij. Illi in similitudinē p̄uaricationis. Adę peccant, qui scienter & voluntariæ peccant, sicut ille cui dixit de⁹. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientię boni & mali ne comedas. Ille vero in similitudinē Adę nō peccat, qui neq; legem naturalem habet, neq; cum studio peccat. [Qui est forma futuri.] Hoc tripliciter potest intelligi Adam qui peccatum attulit mundo, exemplar siue forma est futuri Adę, id est Christi, quia sicut ex virgine terra ille fact⁹ est, ita Christus ex virgine Maria natus est. Vel a contraria parte, aliter accipitur caput peccati, aliter caput iustitię: quia sicut Adā peccatum attulit & mortem, ita CHRIS T V S iustificationem & vitam. Aliter: Si sic dixerimus, qui est forma futuris, vt quidam codices habent, erit sensus: Exemplar est futuris. i. posteris suis in peccato, quia sicut ille peccator & mortalis exti-

tit, ita omnes posterius eius, peccatores & mortales nati sūt, & nascuntur quotidie, trāducto originali peccatō in posteros vt B. Aug. dicit per cōcupiscētiā coitus, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi, liberantur a peccatis & morte eterna, sicut enim nullus hō extra Adā, i. extra progeniē illius, ita nullus extra peccatū illius p̄ter xpm̄ [sed nō sicut delictū] adā [ita & donū] iustificationis, hoc est, maius fuit donū Christi, quo nobis remissio peccatorū venit, q̄ peccatū adę, p̄ quod venit mors. Et plus p̄ualuit iustitiā Christi in iustificādo, q̄ peccatum adā in occidendo, quoniā in his qui per Christum redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adā: forma autem vitę, valebit in aeternum per Christum [Si enim vnius hominis] adę [delictū multi] .i. electi [mortui sunt] tēporaliter [multo magis gratia dei] qua nobis dimittūtur peccata [& donū] spiritus sancti [in gratia vni⁹ hominis Iesu Christi in plures abūdauit.] Multi & plures, ad electos referūtur, nec est comparatio, quod dicit plures, quia plures sunt reprobī qui damnabunt, quā sint iusti qui saluabūtur, sed absolute positum est. Iūgatur & hoc modo. Si propter vnius hominis delictū Adę, non solum reprobī & nimium peccatores, sed etiam electi mortui sunt temporaliter corpore, non anima, multo magis abundauit & creuit gratia dei, & donum per gratiam Iesu Christi i plures. i. in electos, in hoc em̄ plus, siue multo magis abūdauit gratia. i. remissio peccatorum in electos, quā peccatum, quia nō solū illud peccatum originale, propter quod in mortē animę, & corporis ruim⁹, sed etiā oīa actualia abstulit in electis, & insuper donauit vitā sine fine māsura [Et nō sicut p̄ vnū peccatū] subaudis originale venit mors [ita & donū] subaudis gratię venit, quod est dicere. aliter atq; ad aliud venit peccatū adę, & aliter atq; ad aliud venit donum xpi. Peccatū enim adę venit per inobediētiā vt mortē afferret: donū autē gratię xpi venit per obedientiam: qua obediēs fuit deo patri vt nō solum originale, sed etiā omnia actualia auferret. Quod delictū fuerit p̄ vnum peccatū, ita erit intelligēdū, Et nō sicut per vnū peccatū. i. per Adā, venit mors: ita & donū gratię venit p̄ xpm̄ [Nā iudiciū quidē ex vno in condēnationem, gratia autē ex multis delictis in iustificationem] iudiciū, siue damna-

tio, ex vno homine Adam, vel vno peccato originali venit
 condemnatio omnium hominum, gratia autē christi, qua
 nobis gratis dimittuntur peccata, in iustificationē fidelū
 venit ex multis delictis quæ post originale peccatū addi-
 ta sunt. Et est sensus: Damnatio venit ex vno homine, vel
 vno peccato originali, in condemnationē generis humani
 gratia autē christi venit in iustificationē electorū ex mul-
 tis delictis, i. ad hoc venit, vt nō solū ab illo vno originali,
 sed etiā ab omnib⁹ actualibus nos iustificaret, ideoq; aliter
 venit p̄ctm̄, aliter gratia. Cōsiderādū, quia cū dicit iudiciū
 venire ex vno homine in condemnationē, loquitur cōtra
 Pelagianos, qui negāt originale peccatum trahi ab infan-
 tibus quando nascuntur, dicentes: quia non per originē il-
 lud peccatū trahitur, sed per imitationem, ideoq; aliter
 falsum est. Si enim ita esset, vt illi delirāt, nequaquā domin⁹
 expresse in euāgelio diceret: Si quis non renatus fuerit ex
 aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū celorum. In
 veteri quoq; testamēto nequaquā diceret: Masculus cuius ca-
 ro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactū
 meum irritū fecit, non per se, sed in patre suo Adam in pa-
 radiso. [Si enim vnus hominis delicto mors regnauit per
 vnum, multo magis abundātia gratiæ donationis & iusti-
 tiæ accipientes in vitam regnabūt per vnū Iesum Xpm̄.]
 Et est sensus: Si pro delicto vnus hominis adæ, quod per
 vnum hominem Adam venit mors corporis & animæ re-
 gnauit temporaliter, & ad tempus in electis: multo magis
 regnabunt illi in vita æterna, accipiētes per Iesum Christū
 abundantiam, i. plenitudinem gratiæ, qua dimittuntur pec-
 cata: & plenitudinem donatiōis, i. dona spiritus sancti que
 electis donantur, quando illis datur per spiritum sermo sa-
 pientiæ, & cetera dona singulis diuidūtur, accipiētes etiā
 plenitudinē iustitiæ, i. oēs virtutes, vt post baptismi gra-
 tiam iuste sancteq; viuamus. Si enim moriuntur electi tē-
 poraliter propter originale peccatū, tamen p̄ gratiā Chri-
 sti accipiūt vitam sempiternam, vbi regnabūt cum ipso.
 [igitur sicut per vnus delictū in omnes homines in cōdē-
 nationem mortis, sic per vnus iustitiā in omnes homines
 in iustificationem vitæ], i. sicut per vnus hominis delictū
 in omnes homines generaliter in condemnationem venit

Cōtra Pe-
lagianos.

Ioānis. 3.

Gene. 17.

mors & peccatū, sic & per vnus hominis iustitiam, i. xpi
 in omnes homines electos & p̄destinatos ad vitā æternam
 venit gratia i iustificationē vitæ. [Sicut enim p̄ inobediē-
 tiam vnus hominis] Adq; [peccatores cōstituti sūt multi]
 .i. omne genus humanū, qd̄ in lūbis Adq; erat [ita per vni⁹
 hominis obediētā], i. christi, qua fuit obediens patri vsq;
 ad mortē [iusti cōstituentur multi] nō tamē omnes [Lex
 autē subintrauit, vt abundaret delictū. [Iudq; ignorabāt ad
 quid acceperant legē, & putabāt se per circumcisionē, &
 per carnales obseruationes saluari posse sine gratia dñi
 nostri Iesu christi. Vnde Apost. volens eis ostendere: quia
 lex non est data vt peccata auferret, sed demonstraret, ait,
 Lex autem subintrauit, id est subito intrauit, vt abūderet
 delictum Quomodo abundat delictum per legem? Dupli-
 citer, vel quia dum præcepit dicēs. Ne adulterium facias,
 Non concupiscas rem proximi tui, exardescit animus ad li-
 bidinem & ad concupiscentiam, qui ante nesciebat quod
 concupiscentia huiusmodi peccatum esset, aut tale, vel dū
 transgressor sit legis & crescit delictum in vindictā, quia
 maiorī p̄cena & vindicta dignus est, qui scienter cōtra le-
 gis præcepta peccat, quam qui nō habens legem ignoran-
 ter delinquit, [Vbi autē abundauit peccatum, superabun-
 dauit & gratia.] Originali peccato quod ad omnes perue-
 nit addita sunt actualia, & abūdauit siue excreuit delictū
 sed vbi delictum abundauit & creuit per actualia pecca-
 ta & cōtemptum legis, superabūdauit gratia christi, quæ
 non solum peccatum originale, sed etiam actuale abfuit,
 largiens insuper pia benignitate vitam sine fine māsuram
 [vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia re-
 gnet per iustitiā in vitam æternam, per Iesum Christum
 dominum nostrum] acsi diceret: Sicut regnauit ac tenuit
 principatum originale peccatū, & insuper actuale electis
 est vt in mortem eos traheret ad tēpus, ita & gratia qua
 dimittuntur peccata, regnet in electis per iustitiam eorū
 in vitam æternam illos intromittendo per adiutorū Ie-
 su christi. In hoc enim maior est gratia christi quæ nobis
 data est q̄ peccatū Adq; & magis nobis profuit, quā illud
 nocuit, quia peccatum adæ facit nos ad tēpus mori gratia
 aut xpi dimittit nobis nō solum originale, sed etiā actuale

Exo. 20.

BIBLIOTHECA
 CATHOLICAE
 S. MARCI
 VENETIARUM

peccatum faciens nos insuper viuere in vitā aternā, &c.

CAPVT VI.

sup. 3.

Quid ergo dicem⁹? Permanebim⁹ in peccato, vt gratia abundet? Absit.] Hæc ad superiora pertinet, vbi dicit Apostolus: Et non sicut aiunt nos quidam dice-
re, Faciamus mala, vt veniant bona, & illud: Vbi abunda-
uit peccatum, superabundauit & gratia. Quidam enim gē-
tilium, vbi audierant prædicationem Pauli: et aliorū apo-
stolorum, vbi debuerant accipere vitā: tibi acceperūt mor-
tem non intelligentes sensus præuaricationis eorū. Vnde dicebant Apost. prædicare, quod quāto hō amplius pecca-
ret, tanto magis deo placeret, & vbi maior esset culpa: ibi maior esset gratia dei: vt dū omnes essent nimīū peccato-
res, ipse solus appareret iustus, & quo maiora pctā & plu-
ra dimitteret eo plus misericors esse laudaretur. Quapro-
pter dicebāt, Faciamus mala vt veniāt bona: quia quo am-
plius peccamus: eo maiorem gratiam apud deum habem⁹
Nos autē aliter debemus dicere: Fecimus mala: & venerūt
bona sine nostris meritis p̄ gratiā xp̄i. Faciam⁹ modo bo-
na: vt veniāt nobis bona: attendentes quod dicit Apo. ex
persona fidelium loquens, qui se a peccatis seruant: Nun-
quid permanebimus in peccato? Hoc est, nunquid semper
peccabimus: vt gratia dei in hoc abundet vt plus habeat
quod vobis dimittat: et crescat nobis dimittendo: sicut qui
dam carnalium dicunt: absit. Non fiat illud, vt semper in
peccatis permaneamus. Hoc autē digna cōsideratione per-
pendendum est: quia idcirco ista contra dicit Apostol⁹,
ne aliquis infidelium dicere possit: quod asseret ipse pec-
candum esse: vt gratia dei abundaret [Qui enim mortui
sumus peccato] tempore baptismatis, [quomodo adhuc vi-
uemus in illo?] id est si omnia peccata nobis dimissa sunt
in baptismo, quare obedimus vitijs & suggestionibus
carnis. Ille mortuus est peccato: qui non habet peccatum
cui deleta sunt omnia peccata in baptismo: contra ille vi-
uit peccato: qui obedit delectationibus peccati: & sugges-
tionibus prauæ voluntatis. Docet autem Apostolus vt
postquam in baptismate accepimus remissionem pecca-
torum: abstinemus a carnalibus peccatis, & in quantum
humana fragilitas valet: nosmetipsos restringamus per

dei gratiā a delectationibus carnis & prauis cogitationi-
bus [An ignoratis fratres, quia quicūque baptizati sum⁹
in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?] Beatus
Apostolus mystice & subtilissime isto in loco loquitur, &
vult ostendere quomodo mysterium mortis, sepulture, &
resurrectionis Christi ad baptismum nostrū pertineat, &
dicit: Nūquid ignoratis o Romani mysteriū mortis Chri-
sti sepulture ac resurrectionis, quomodo cōueniat myste-
rio baptismatis? Certe, vt puto, ignoratis: & si ignoratis,
ego vobis pandam. Sed quæstio oritur in hoc loco, cū præ-
cipiat dominus apostolis in euāgelio in nomine sanctę tri-
nitatis baptizare credentes, cur apostolus in hoc loco solū
modo personam Christi assumit dicens: Quicunque bapti-
zati sumus in Christo Iesu, i morte ipsius baptizati sumus
quæ hoc modo soluitur, quia Apostolus in hoc loco nō tām
rationem & institutionem describere baptismi dispo-
suit, quantum mysterium mortis Christi & vbi de morte
erat aliquid locuturus, indignum duxit personam patris
& spiritus sancti ponere, quæ carnem non suscepit, neque
mortem, sed personam tātūmodo filij quæ carnē assu-
psit, & pro nobis mortua est. Nō enim cōueniebat vt di-
ceret, Quicunque baptizati sumus in nomine patris, & fi-
lij, & spiritus sancti, in morte ipsius baptizati sumus. Iterū
quærendū est, quomodo baptizati sumus i morte Christi,
CHRISTO mortuo in cruce pro peccatis nostris, q̄ est
caput omnium electorum, omnes electi qui sunt membra
eius cōmortui sunt peccato capiti suo CHRISTO, ver-
bi gratia: Sicut ablato & absciso capite cuiuslibet animan-
tis, cōmoriuntur omnia mēbra, ita mortuo CHRISTO
cōmortui sunt in illo omnes electi, & baptizati in eius
passione. Passio etem illius baptismus noster fuit. Ille qui-
dē mortuus est corpore, & nos peccato, quia ipse pro pec-
catoribus mortuus est, & nostrum peccatum in sua morte
occidit. Aliter: In morte ipsius baptizati sumus. i. in fide
passionis & mortis eius quia per fidem passiois CHRISTI
& baptismi gratiam abluimur a peccatis. Ista enim
duo ita cōiuncta sunt, vt neque passio Christi sine bap-
tismo neq̄ baptismus sine fide passionis Christi, nos possit
saluare. Dicamus & aliter, In morte ipsius baptizati su-
e iij

mus id est ad exemplum & figuram mortis eius ut illi cō-
moreremur peccato, sicut mortuus est ipse corpore, vel ad
exemplum mortis eius, eo modo quo in sequentibus dicē-
dum est. Inter hæc considerandū est quatuor esse genera
baptismatū. Vnum tantū in aquis, sicut fuit baptisina Io-
annis quod remissionem peccatorū nō dedit: aliud in igne
vel spiritu, quo baptizati sunt apostoli in die pentecostes:
Actu. 2.
Luc. 24.
& de quo dñs dixit. Vos autem baptizabimini spiritu san-
cto, quia eo die in igne apparuit super apostolos: tertium est
in aqua & spiritu, in quo sancti apostoli baptizabāt dño
precipiente: quod genus baptismatis sancta ecclesia modo
retinet: quartū est i sanguinis effusione, quo baptizatus est
ipse dominus omnesq; sancti martyres: de quo etiam do-
min⁹ ait filiis zebedæi: Potestis baptizari baptismate quo
ego baptizari habeo: id est potestis effusionem sanguinis
vestri sustinere: quorū vnus scilicet Iacobus eo baptismate
Ma. 10.
baptizatus est decollat⁹ ab Herode. Sed & hoc quoque
notandum est, quia in baptismate tria sunt corporalia at-
que visibilia, & tria incorporalia atque inuisibilia. Tria
sunt visibilia, sacerdos videlicet, corpus baptizandum &
Actu. 12.
aqua. Tria inuisibilia, fides, & anima quæ abluī a pecca-
tis & spiritu, quo cooperāte remissio peccatorum datur,
Fortassis etiam quæret aliquis, quare in aqua solummodo
& non aliquando in vino baptismus consecretur? Cui re-
spōdet beatus Ambrosius, idcirco vniformiter hoc fieri in
aqua, ut intelligatur, quia sicut aqua sordes corporis aut
vestimenti abluī, ita illud baptismus maculas animæ for-
desque vitiorum emundando abstergit. [cōsepulsi enim
sumus cum illo p baptismum in mortem] subaudis pecca-
ti & vitiorum. Quomodo possumus viuentes in carne cō-
sepeliri Christo? Si morimur peccato, sicut ille mortu⁹ est
in cruce, & baptizamur in nomine sanctæ trinitatis, con-
sepelimur ei, si autem viuimus peccato, nequaquam possu-
mus consepeliri ei, Consideremus ergo quomodo moria-
mur peccato, & cōsepeliamur & cōresuscitemur Christo,
& quomodo concordet mysterium mortis, sepulturæ, &
resurrectionis eius baptismati nostro. Christus postquam
mortuus est in cruce, de cruce positus est i sepulchro de se-
pulchro tertia die victor surrexit, Similiter et nos veniē-

tes ad fontē baptismatis, dū abrenūciamus diabolo, & om-
nibus pōpis eius, & omnibus operibus eius morimur pec-
cato, sicut CHRISTVS mortuus est in cruce, Christus
de cruce positus est in sepulchro, & nos post confessionem
sanctæ trinitatis consepelimur ei in conato, i. simul nato
terræ elemento, hoc est in aqua. Surrexit ipse tertia die
viuus, & nos post ternam merfionem resurgemus de mor-
te peccatorū ad vitam, ut deo viuamus in sanctitate & bo-
nitate ceterisq; virtutibus. Ascendit ad celos & nos post
illum ascendemus, si in nouitate vitæ ambulauerimus: &
quasi diceret aliquis Apostolo. Ad quid sumus consepul-
ti CHRISTO? [subiūxit:] Vt quomodo surrexit Christ⁹
a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ am-
bulemus] a mortuis surrexit CHRISTVS. i. a sepul-
chro quod proprie locus est mortuorum siue ab inferno.
Per gloriā autem dei patris dixit surrexisse Christum
i. per diuinitatis virtutem, ut glorificaretur eius pater in
eius suscitatione, sicut ipse loquens ad patrem dixit: Pa-
ter, clarifica nomē tuum, id est suscita filium tuum, ut mea
suscitatione glorificeris. Potest etiam intelligi, quod ipse
filius potentia deitatis suscita uerit semetipsum, qui est glo-
ria patris, sicut ei dicit in psalmo, Exurge gloria mea, ex-
urge psalterium, id est chorus omnium virtutum. Cui fili-
us. Exurgam diluculo, Ipse quoq; filius dicit de sua suscita-
tione loquēs ad Iudæos, Soluite templū hoc, & post tridu-
um suscitabo illud, ita enim intelligēdum est, ut sicut tota
trinitas creauit illū hominē, tota ita trinitas suscitauit illū,
quia opa totius trinitatis inseparabilia sūt. Præcipit ergo
apostolus, ut sicut xps surgens a mortuis iā nō moriē ita
& nos in nouitate vitæ ambulemus, hoc est sicut noui esse
cti sumus in baptismo, ita semper noui & immaculati, vi-
uamus ambulantes de virtute in virtutem. Nouitas enim
vitæ est, post baptismum criminalia peccata non commit-
tere, & a leuibus inquantū possibile est temperare, qua no-
uitate innouantur quotidie electi, dum proficiūt in virtu-
tibus & laudatur omnipotēs deus in illorū operibus, sicut
deus dicit. Videātur opera vestra bona, & glorificēt patrē
Mar. 3.
vestrū qui in celis est, [Si enim cōplantati facti sum⁹ simi-
licudini mortis eius] i. xpi [simul & resurrectionis eim⁹]
c. iiii

Ephē. 4.

Ioan. 12.

Psal. 56.

subaudis complantati. i. cōiuncti & conformes. Quidā co-
dices habent resurrectionis gentium videlicet casum: sed
melius est, vt doctores dicunt, dicere per datiuum resurre-
ctioni, quia verbum cōplantati ei superioribus iūgitur. ar-
bor cōplātatur arbori cum inseritur, & Christus arbor est
per similitudinem, de qua dicit Salomon in persona sapiē-
tis quæ est Christus, lignum vitæ est his qui apprehende-
runt eam. Ipse est etiā arbor vitæ quæ est plantata in me-
dio paradisi, hoc est in medio ecclesiæ Idcirco autem arbori
comparatur, quia sicut arbor pascit & vmbra præstat,
ita Christus pascit angelos spiritali cibo sua videlicet cō-
tēplatione, homines vero cognitione sua, protegēsvtroq;
ab omni aduersitate, Generaliter aut pascit & reficit totum
mūdo cibo corporali. Mors etiā eius arbor potest intelligi
quia sicut arbor ad hoc plantatur vt fructum afferat plāta-
tori, ita, mors Christi ad hoc celebrata est in cruce, vt fru-
ctū salutis & redēptionis afferret mūdo. Queritur quare
dixerit apostolus, cōplātati sumus similitudini mortis ei⁹
.i. Christi, & nō simpliciter complātati sumus mortis eius:
Mors em̄ Christi in hoc loco dupliciter potest intelligi, tā
spiritalis videlicet quā corporalis. Similitudini mortis ei⁹
corporalis cōplantamur, quādo sicut ille mortuus est cor-
pore p pētōribus nos morimur pētō. In hoc em̄ est simili-
tudo, quia ille mortuus est corpore, nos vitij, aliter. Simili-
tudini mortis eius spiritalis cōplātamur, quādo morimur
criminalib⁹ pētis: ille em̄ in veritate mortuus est pētō, qui
nunquam peccauit. Cui veritati nō possum⁹ cōplātari &
cōiūgi, quia quādiu sumus in hoc mortali corpore, ex toto
carere pētis leuiorib⁹ nō possumus, sicut dicit Ioānes, Si di-
xerim⁹, inquit, quia pētō nō habemus nos ipsos seducim⁹
& veritas in nobis nō est. Tūc em̄ similitudinē mortis ei⁹
assumimus spiritalis, quādo eius auxilio freti criminalia
peccata nō committimus: & sic cōplantamur in pnti secu-
lo similitudini mortis eius: tā corporalis quā spūalis, vt si-
cut ille mortu⁹ est corpore: & mortu⁹ est oībus pētis quia
nūq̄ peccauit, moriamur & nos omnib⁹ pētis criminalib⁹
erimus vtq; cōplantati & coniuncti resurrectioni eius in
gloria, & cū apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbi-
mus eum sicuti est [hoc scientes quia vetus homo noster

Pro. 3.

Ioan. 5.

Ioan. 3.

simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt vi-
tra non seruiamus peccato.] Veterem hominem, vt dicit
beatus Augustinus, voluerūt quidam intelligere corpus
nouum vero animam, sed non conuenit illud, quia corpus
exterior homo a plerisq; appellatur, interior vero anima
Hoc vero in loco veterem hominē vocat vitā & conuer-
sationem veteris hominis Adē, quæ crucifixā. i. mortua oc-
cisa est semel in baptisate. Quicūq; enim originali adhuc
& actualibus peccatis tenetur obnoxius quæ Adam per-
petrauit, vel etiam pluribus, vetus homo est & sequax A-
dē, quia vitam & conuersationem eius imitatur. Ad quid
ergo mortua est & deleta illa conuersatio, quæ vetus ho-
mo dicitur? Vt destruat corpus peccati. Corpus nostrū
corpus peccati est, quia nos trahit ad peccatum per sug-
sationem carnis, & concupiscentiam prauam. Quod cor-
pus non ita præcipit apostolus destrui vt annihiletur, sed
vt quiescat ab opere peccati. Tūc enim quasi destruitur dū
refrenatur, & retrahitur a peccato & mala volūate, quæ
desiderat adimplere, nec permittitur seruire peccato. Ali-
ter: Peccatum enim hic possumus intelligere diabolū, qui
est autor peccati, corpus vero eius vniuersitatē vitiorū. Si-
cut Christus caput est omnū electorum, & omnū virtutū
omnesq; electi, & omnes virtutes sūt corp⁹ eius, ita diabo-
lus caput est omnium reprobōrū omniumq; vitiorū, om-
nesq; reprobi & omnia vitia corpus illius sunt, & ad hoc
deleta est vita & conuersatio veteris hominis Adē semel
in baptisate: vt destruat vniuersitas vitiorū quæ est corp⁹
diaboli: vt vltra non seruiamus diabolo, aliter secūdū Ori-
genē corpus peccati potest appellari vniuersitas vitiorū
quæ faciunt vnū corpus quodāmodo peccati: singula autē
vitia membra sunt vniuersitatis: quā præcipit apostolus
destrui per abolitionem. i. per deletionem cessationis. Be-
ne autem dicit apostolus: semel mortuum esse veterem ho-
minem vt admoneat nos cauere criminalia peccata, quia
sicut C H R I S T V S semel mortuus est, & iam nō mori-
ta et nos si semel mortui sumus peccato in baptisate, nō
possumus iterum baptizari. [Qui enim mortuus est] sub-
audis peccato in baptisate [iustificatus est a peccato] id est
alienus effectus est ab omnib⁹ peccatis quapropter debet

se custodire, ne iterum polluat se criminalibus peccatis. Quia non poterit iterum iustificari per baptismum [Si autem mortui sumus cum CHRISTO] tempore baptismatis peccato, eo modo quo superior sermo texuit. [credimus quia si mul etiam viuemus cum Christo] in caelo post generalem resurrectionem [sciētes quod christus resurgens a mortuis] .i. a sepulchro, quod proprie locus est mortuorum, vel ab inferno. [iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.] Hoc laborat Apost. in hoc loco, vt ostendat credentibus: quia si semel remissionem peccatorum acceperint, non posse eos iterum baptizari, sicut CHRISTVS non potuit mori nisi semel. Et sicut Christus surgens a mortuis, iam non morietur, ita & nos semper debemus viuere virtutibus, quia anima quae peccauerit, criminali peccato, morietur. Quod autem dicit, mors illi vltra non dominabitur: mortem intelligere possumus non dupliciter, siue mortem corporalem atque temporalem quae ad tempora dominata est ei ipso permittente, siue diabolus quae etiam quodammodo dimissus est dominari per ministros suos ipso permittente. Intrauit autem diabolus in cor Iudae vt traderet Christum. Ipse etiam suavit Iudaeis & Pilato: vt eum crucifigeret. Quod diabolus mors appellatur qui mortem attulit mundo, ostendit Ioannes inquitens: Et nomen illi mors: [Quod enim mortuus] subaudi Christus [peccato mortuus est semel] iste versiculus ita distinguendus est vt primum dicatur quod enim mortuus est, ac deinde subsequatur, peccato mortuus est semel. .i. semper mortuus fuit peccato, quia nunquam peccauit. Aliter. Quod Christus mortuus est corporaliter, semel mortuus est peccato nostro, non amplius, ita & nos semel morimur in baptisate. possumus tamen post baptismum, si peccauerimus, mori peccato, & per dignam poenitentiam resurgere: [quod autem viuuit, viuuit deo.] Christus dum mortuus esset in cruce, & sepultus in monumento, videbatur nobis viuere, sed quid fecit? Intrauit in domum fortis id est descendit in infernum, abstulit diabolo illos quos tenebat electos, & potestatem etiam quam habebat in hoc mundo illi abstulit sicque quadragesimo die resurrectionis suae ascendens in celum, viuuit aeternaliter deo, id est in gloria paterna maiestatis. [Ita & vos existimate vos mortuos quod

Luc. 22.

Apo. 6.

esse peccato] tempore baptismatis [viuentes autem deo] Melius habetur in graeco: vt in Origene legitur: Cogitate vos mortuos peccato: viuentes autem deo, & est sensus. Sicut ille qui crucifixus est: nihil aliud cogitat: nisi tantummodo misericordiam dei exoret: quatenus eius spiritum dignetur suscipere, sicut & dominus dixit ad patrem. In manus tuas commendo spiritum meum: ita & vos si quando venit mala concupiscentia: & delectatio praua inflammat vos ad libidinem: & ad caetera mala patranda, cogitate & ad memoriam reducite: quia in baptisate mortui estis omnibus peccatis: vbi receperitis remissionem peccatorum & talia cogitantes viuite deo, id est, sapientiae, prudentiae, castitati, caeterisque virtutibus. Quicumque enim viuuit deo: omnibus virtutibus viuuit quia in deo sunt. [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscentiis eius] ita quia mortui estis peccato in baptisate: & viuistis deo: caute ne regnet peccatum in vestro mortali corpore. .i. quod diu in praesenti seculo estis. Non dicit Apost. non sit peccatum in vestro mortali corpore, sed non regnet. Quando u sumus in hoc mortali corpore, ad integrum carere peccatis non possumus. De quibus ergo peccatis dicit? De homicidio, de adulterio, et de caeteris criminalibus vitiis, quae a regno dei nos separant, non de leuioribus, sicut est peccatum cogitationis & concupiscentiae. Et quomodo non regnat peccatum in nostro mortali corpore si statim vt pulsauerit nos consentimus, & obediimus delectationi eius, quia subiaccimus ei? [Sed neque exhibeatis] id est, praeparetis. [membra vestra arma iniquitatis peccato] iniquitas est quicquid contra legem agitur, ideoque per iniquitatem debemus intelligere omnia vitia. Membra corporis nostri ad hoc facta sunt, & sensus nostri corporis ad hoc nobis dati sunt, vt nobis necessaria procurent & deo militent. Si autem inclinamus aures ad audiendam detractionem de proximo, & ad delectanda verba otiosa, & ad carmina meretricum, si aperimus oculos ad concupiscendam mulierem si malum odorem, id est malam famam ex nobis diffundimus: si delectamur in odoribus meretricum, si os aperimus ad loquendam blasphemiam in deum vel proximum: si extendimus manus ad rapinam si dirigimus gressus pedum ad effundendum sanguinem

Luc. 23.

nem, tunc membra nostra exhibemus ad hoc vt sint arma militantia peccato & diabolo, qui est autor mortis omnium q̄ vitiatorū, hoc est, præparamus illa vt militet peccato & diabolo, [sed exhibete] id est præparate [vos deo tãquam ex mortuis viuentes, & mēbra vestra] exhibete [arma iustitiæ deo] id est vt sint deo arma omnium virtutum militando ei. Si omnia quæ superius diximus de membris nostris in dei seruitio occupauerimus, vt inclinem⁹ aures ad audienda verba dei, aperiam⁹ oculos ad scrutanda eloquia diuina, & ad pauperem respiciendum: aperiamus os ad enarranda magnalia dei, extēdamus manus ad elemosynā, dirigamus pedes ad pacem, bonum odorem de his omnibus reddentes, tunc membra nostra arma omnium virtutum erunt, & militabunt deo. Quod autem dicit tãquam ex mortuis viuentes, sensus est: Sicut illi qui domino resurgente surrexerunt, de quibus dicit Euangelista, Multa corpora sanctorum surrexerunt, viuunt quidē, sed neq̄ concupiscent, neq̄ peccare appetunt, ita & vos cogitate mortuos quidem esse peccato & viuente deo, declinātes a peccatis criminalibus. [Peccatum enim vobis non dominabitur] subaudis si hæc feceritis, sed vtinā vobis peccatū non dominetur, vbi dominatur peccatum, ibi perficitur. Dominatur enim homini quando obedit desiderijs eius, [Nō enim estis sub lege, sed sub gratia.] Nō estis, inquit, sub lege Moyſi quæ punit & damnat peccatores, sed sub gratia CHRISTI, id est sub remissione peccatorum, et quia remissionem peccatorum iam preceptam habetis non debetis peccare. [Quid ergo? Peccabimus quia nō sumus sub lege] Moyſi, quæ peccatores punit [sed sub gratia] quæ peccatum dimittit. Poterat aliquis dicere, iam quia sub lege nō sumus quæ pœnā infert peccantibus, satis possum⁹ peccare, quia quicquid deliquerim⁹ dimittetur nobis larga pietate per gratiam Christi: ad hæc apostolus, non affirmando dicit, sed denegando: Nunquid ergo semper peccabimus, eo quod lex deest cuius pœna cōstringamur? [absit] vt semp peccemus quia gratia ita vult nos viuere, vt criminalia peccata non admittamus, [an nescitis] id est, nunquid ignoratis, [quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis] siue sitis serui, [peccati

Mat. 27.

cati ad mortē] æternam [siue obeditionis] Christi [ad iustitiam] Si seruimus virtutibus & deo, serui simus virtutum & dei, si vero seruimus vitijs & diabolo, serui sum⁹ vitiatorum & diaboli, [Gratias autē deo quod fuistis serui peccati.] Fuistis quidem: sed iam nō estis. Referens Apostolus gratias deo de fide, bonisq̄ operibus illorum laudat illos, sicut & illis de quibus dicebat. Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. [obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis.] Obedistis, inquit, deo in ea forma doctrinæ, id est in doctrina christianitatis, in doctrina Ecclesiastica, in qua docti siue vocati & assignati estis deo [Liberati autem a peccato,] id est ab omnibus vitijs & ab omnibus peccatis in baptismo [serui facti estis iustitiæ] .i. omnium virtutum. Sicut nomine peccati intelliguntur oīa vitia, ita nomine iustitiæ omnes virtutes, [Humanū dico propter infirmitatem carnis vestræ.] Quid est q̄ dicit Apostolus, Humanum dico? hoc est leue, & ad complendum facile, ac si diceret alijs verbis Quia carnales adhuc estis, nec potestis propter fragilitatē carnis maiora præcepta ferre & implere, idcirco leuia præcepta vobis committam. Quid enim tam facile, vt origenes dicit, quid tam leue quam vt sit homo tam promptus ad iustitiam & voluntatem dei complendam, sicuti & ad mala opera solet esse promptus vbique? Multo magis si quidem leuius potest virtutibus deseruire, quā vitijs: & dei voluntatem adimplere, q̄ diaboli. Videmus quomodo & dicamus pauca ex plurib⁹. Est quilibet latro, & qui libet alius iusticia propria viuens, nō de rapina. Dū latro cruciatur gelu & frigore: & superfluis meditationibus per dies et noctes torquetur, voluens animo & expectans in agro quomodo furtū perficiat, iustus securus epulatur in die de laboribus suis, & quiete noctis cum securitate delectatur, & dormiente isto somno gratissimo, plerūq̄ illē q̄ gelu frigoris & inedia famis torquet, occiditur ab his quibus vim inferre moliebatur. Similiter qui adulterium perpetrat, timet superuenire maritū & interfici ab illo, timet etiā vicinos propter famam volantem. Ecōtra castus & amator proprii cōnubij cum securitate firma seruat castitatem suam; vel etiam secure cum optata quiete amplecti-

Eph. 4.

tur propriū connubium quapropter subiungit Apostolus [Sicut enim exhibuistis] inquit. i. pręparastis [mębra vestra seruire immunditię]. i. libidini, fornicationi, impudicitię & iniquitati ad iniquitatē] subaudis perpetrādā [ita nūc exhibete mębra vestra seruire iustitię] omnibusq; virtutibus [in sanctificationē] videlicet vt sancti esse possitis. scđum quod deus pręcipit. Sācti estote quia & ego sanctus sum. Per iniquitatem debemus intelligere oīa peccata, quia quicquid contra legem dei agitur iniquitas nūcupatur. Per iustitiā vero omnes virtutes. & est sensus: sicut vos pręparastis anteq̄ ad fidē vocati essetis, vt seruiretis omnibus immūditijs omnibusq; vitijs, ita nunc in fidē iam cōsistentes pręparate mębra vestra, & omnes sensus corporis vestri, quomodo seruiatis oībus virtutibus [Cū enim serui essetis pcti liberi fuistis iustitię]. i. alieni fuistis a iustitiā, sicut qui seruit peccato & diabolo, eius seruus est cui? volūtate adimplet, sic q; seruit iustitię seruus est iustitię et dei. Qui em̄ seruit furto et adulterio, seruus est furti & adulterij. Sed & hoc sciēdū: quia sicut seruū esse iustitię laudabile est liberū vero esse a iustitiā, nō est laudabile, ita seruū esse peccati, detestādū est, liberū autē a peccato, laudandum. [Quę ergo fructū habuistis tūc in illis?] subaudis immūditijs peccatorū [in quibus nūc erubescitis? Nā finis illorum mors est.] Romani anteq̄ ad fidē domini venirēt, omnibus vitijs omnibusq; turpitudinibus seruibāt, quod etiā turpe est dicere, quę ab apostolo ī hac epistola iā sunt superius cōmemorata. Veniētes autem ad fidem erubescbāt ac verecundabantur, nō solum facti, sed etiam in recordatione eorū, vnde volens eos confirmare, ne ad illa reuertentur aiebat: Dicite mihi quem fructū. i. quid boni cōsecuti estis, vel quā remunerationem bonam habuistis in illis immūditijs, quas perpetrastis anteq̄ ad fidē veniretis, in quarū recordatione & memoria nunc erubescitis & verecundamini? Nā finis. i. consummatio illorū peccatorum mors æterna est. Quando homo in peccatis criminalibus moritur, & terminū vitę facit, finis peccatorū mors est illi: quia mortē æternā inde accipit de talibus dicit propheta. Comptuerunt iumenta in stercore suo, iumenta appellantur homines qui irrationabiliter viuunt: sine honestate morū

Leuit. 16.

Iohel. 1.

& cōuersationis, iumenta quippe putrescere, est in stercore, in fectore luxurię, & turpitudinibus vitiorum vitā finire. [Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum sanctificationem, finem vero vitam æternam.] Nunc, inquit, liberati a peccato per passionem C H R I S T I, per aquam baptismatis, serui autē facti deo, qui antea eratis serui diaboli, habetis fructum operū vestrorum in sanctificationem, quia opus vestrum sanctū, sanctificationem vobis procurat, finem vero vitam æternam, id est propter consummationem operum vestrorum habebitis vitam æternam: quę vobis dabitur pro perseuerantia vestra. [Stipēdia enim peccati.] id est remuneratio peccatorū [mors] æterna est. Non tamen de omnibus peccatis intelligēdum est, sed de criminalibus peccatis, de quibus dicit Ioannes. Est peccatum ad mortem, non pro hoc dico, vt quis roget. Stipendium dicitur a stipite pendēda, id est, a substantia ponderanda. Antiquus enim potius pōderabatur pecunia quā numerabatur. Vnde militibus pō vita regis & libertate patrię militantibus stipendiū, hoc est substantia & remuneratio ex publico arario cōferebatur: & sicut illis remunerationis causa stipendiū dabatur, ita militantibus diabolo dabitur mors, siue æterna dānatio pro remuneratione. [Gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu.] Quid est quod loquens de remuneratione peccatorū stipēdium nominauit ipsam remunerationem, & de remuneratione electorum dixit gratiam dei? Ideo: quia illi qui militant, propriam mercedem accipiunt, quicquid autem electi habēt, totum a gratia dei accipiunt, siue fidē, siue charitatem, seu aliquod bonum opus habeant, & insuper pro gratia ista fidei & bonorum operum gratis accipient a deo vitam æternam per adiutorium Iesu Christi, sine quo nihil boni habere possumus.

1. Ioan. 3.

CAPVT VII.



Nignoratis fratres] id est nunquid ignoratis quę ego dicturus sum. [scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore viuunt] comparatio est in hoc loco, & in sequētib; a lege humana tēdēs ad diuinam legē, siue a lege

Moyſi ad legem Euāgelij. Gentibus Iudæiſq; loquebatur Apo. habitantibus Romæ ex quibus Iudæi legem diuinā ſciebant, Romani quoq; ab Athenienſibus leges ſibi mutauerunt: quorum rex Phoroneus leges humanas cōpoſuerat, ideo dixit, Legem ſcientibus. De lege loquor, quæ hanc habet conſuetudinem, vt vnicuiq; homini dominetur quāto tempore ipſe homo viuūt. Verbi gratia, Romanus quāto tempore viuūt, ſub domino Romanę legi conſiſtit. Galus & Hiſpanus ſimiliter Iudæus & Chriſtian⁹, monach⁹ & canonicus, quanto tempore viuunt, ſub domino legis ſuæ viuunt, [Nā quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi] .i. poteſtati viri [ſi autem mortuus fuerit vir eius ſoluta eſt a lege viri.] ſecūdam legem Moyſi & euāgelij, necnon ſecūdam leges humanas iſta eſt conſuetudo, vt viuēte viro, ſub eius poteſtate ſit mulier: mortuo vero illo, ſoluiſſe a poteſtate illius, & poteſtati cui vult nubere. Vel aliter, ſi acceperit Gallicus homo vxorem Romanam genere, quādiu vixerit vir eius, ſub ea lege viuet qua vir eius, & per eā reſpōdebit interrogata in publico, mortuo autem viro, reuertet ad propriam legem, & deinceps nō viuet ſub lege viri. Præterea digna conſideratione perpendendum eſt, duos viros in hoc loco ſpiritualiter ab Apoſtolo introduci, & vnam mulierem. Vnus autē vir lex intelligitur Moyſi, quæ ſicut vir ſuper vxorem, ita illa tenebat dominiū ſuper Iſraeliticam plebem, alter vero vir, accipitur peccatum, quod plerūq; dominatur animę. Mulieris autem nomine, vel ſpecialiter vnamquamque animam, vel generaliter totam plebem Iſraeliticam vult intelligi, quod in ſequentibus diſtincte ſingulis in locis manifeſtabitur. Nam cum dicit Apoſtolus. Quæ ſub viro eſt mulier, per virum vult intelligi legem Moyſi, per mulierem autem ſpecialiter quamlibet animam: vel generaliter plebem Iſraeliticam, vt diximus, quæ ſub lege Moyſi conſiſtebat. Quod vero ſubiungit, viuente viro alligata eſt legi, per virum hic vult intelligi paſſiōes carnis, id eſt, vitia, quæ quādiu viuunt in homine, alligatus eſt legi Moyſi, quæ dicit: Si quis hoc vel illud fecerit: morte moriatur, & eſt ſenſus. Anima vel plebs quæ ſub viro eſt, id eſt, ſub lege Moyſi conſiſtit, viuente viro, id eſt, regnantibus in illa ſub

ſacret legis Moyſi vindictę, quæ data eſt impiis & peccatoribus. Si autē mortuus fuerit vir eius, .i. ſi mortua fuerint peccata in anima & vitia carnis, ſoluta eſt a lege viri .i. nō eſt iam ſubiecta legi Moſaica, quia nihil habet quod ei debeat. Lex enim nō eſt poſita iuſtis, ſed peccatoribus & impijs. Viuit & regnat peccatū in animo quando ſtatim vt pulſat hominem, perficitur: moritur vero, quādo mens nō obedit eius ſuggeſtiōi & delectationi [Igitur viuēte viro vocabitur vxor adultera, ſi fuerit cū alio viro] Hoc ſimpliciter intelligendum eſt, & eo modo quo & illud in Euāg. Mat. 5. Omnis qui dimiſerit vxorem, & alteram duxerit, mœchatur: excepta cauſa fornicatiōis, & qui dimiſſam a viro duxerit mœchatur: & qui dimittit ſi alteram accipit, & qui diſſe copulauerit ſe, vterq; adulteriū perpetrat. Poteſt tamen nō cōuenienter referri ad plebem Iſraeliticā, ſicut & ſuperiora. Quādiu lex vixit .i. quādiu obſeruari debuit a Iudæis, ſi quis Iudæorum reliquit illā, & cultum dei veri, & ſe copulauit errori gentiliū adorādo idola, adulter fuit vnde etiam ipſa plebs meretrix appellatur, dicente Ezechiel: Propterea meretrix audi verbū domini. [Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt a lege viri, vt nō ſit adultera, ſi fuerit cum altero viro.] Ad literam ſatis patēt: Si autē mortuus fuerit vir eius, .i. ſi mortua fuerint peccata & vitia carnis: quæ ſolent plerūq; dominari animę liberata eſt a lege viri, .i. Moyſi quæ tam diu dominatur homini, quādiu peccabat, & non erit adultera ſi fuerit cū alio viro .i. cum Chriſto, & ſub euāgelio. Anima enim quæ liberata eſt a peccatis, Chriſto debet adherere [Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti.] Dehinc dicere, Mortua eſt lex vobis: ſed ne ſcandalizaretur iudeos, quibus iſta ſcribebat, maluit dicere mortificati eſtis legi, quia nō habet quod puniat in vobis ſi enim dixiſſet, Mortua eſt lex, cōtristarentur & ſcandalizarentur eo quod diceret illam abolitam & mortuam. Illi enim mortificati ſunt legi in quibus nihil habet quod puniat. Cū dicit, Per corpus Chriſti mortificati eſtis legi, de quo corpore loquitur? Nā corpus Chriſti eſt: quod aſſumpſit in vtero virginis, corpus Chriſti eſt tota eccleſia fidelium, corpus Chriſti eſt quod cōſecratur in eccleſia quotidie. Apparet ergo de

illo corpore dixisse Apostolum, quod assumpsit in vtero virginali. Per corpus suum ergo Christus nos liberauit a lege. i. per passionem corporis sui dedit nobis remissionem peccatorum vt iam non simus subiecti legi, si peccare desistimus. [vt sitis vos alterius] id est Christi: [qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo:] Ideo (inquit) redempti estis passione Christi: ideo accepistis remissionem peccatorum: vt iam non sitis subiecti legi: sed Christo, vt fructificetis deo. Ille fructificat deo: qui animas ei multiplicat, & qui acquirit eas verbo & exemplo & quibuscunque modis. [Cum enim essemus in carne, passionem peccatorum quæ per legem erant: perabantur in membris nostris vt fructificarent morti.] Cum enim essemus (inquit) in carne id est in spe rerum carnalium positi: & in concupiscentijs carnalibus: passionem peccatorum: adulterium videlicet, rapina: homicidium: quæ per legem erant cognita hominibus: & quæ per legem cognoscebantur esse peccata: operabantur in membris nostris vitia & peccata: vt fructificarent morti: hoc est vt mortem æternam nobis acquirerent. Sicut enim qui seruit virtutibus: fructificat vitæ æternæ: quia vitam æternam acquirit, ita qui seruit vitijs, mortem æternam sibi acquirit: Stipendium enim & remuneratio peccati mors æterna est. [Nunc autem soluti sumus] per passionem CHRISTI: & per baptismum [a lege mortis.] id est a lege Moyfi, quæ mortem inferebat peccatoribus [in qua detinebamur] subaudi, antequam per CHRISTVM solueremur. [ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literæ.] In vetustate literæ seruit qui circuncisionem & sabbatum carnaliter seruat, & qui per carnalem obseruantiam legis putat se saluari posse. Ille vero seruit in nouitate spiritus, qui circumcissionem spiritualiter seruat, & circuncidit cor suum ab omnibus vitijs, & quiescit a prauo opere, & cætera quæ lex docet spiritualiter intelligit & adimplet. [Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit] vt lex quæ peccata prohibet causa peccati nobis data sit. Iudex quidem est peccatorum, & docet quid sit appetendum & quid vitandum, non est tamen opera trix peccati, neque causa mortis est, illis qui peccant. Verbi gratia: Sicut medicus qui hominem

prohibet abstinere a cibis mortiferis, et a succo venenatæ herbe: si ille cõcederit aut biberit cõtra preceptum medici, & mortuus fuerit, non idcirco est medicus causa mortis illius qui prohibuit, sed ipse sibi est causa mortis qui comedit de prohibitis, ita lex quæ prohibebat peccata, dicens: Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur, peccantibus & ea facientibus quæ ipsa prohibebat nõ erat causa mortis, sed ipsi qui transgressores existerant, erant sibi causa suæ damnationis. [sed peccatum non cognoui nisi per legem.] id est, penam & vindictam peccati non cognoui, nisi per legem quæ punit peccata, vel etiam quædam mala opera non cognoscebam quia peccatum essent, vsquequo lex venit. Erant enim quædam peccata, quæ non putabantur ante legem esse peccata, sicut erat peccatum concupiscentiæ de quo ipse subiungit: [Nam concupiscentiam] libidinis, aliarumque malarum rerum [nesciebam] subaudi peccatum esse. [nisi lex diceret: Non concupisces.] Per concupiscentiam enim intelliguntur & alia quamplura peccata quæ ante legem ignorabantur esse peccata vel quæ pœna digna essent. [Occasione autem accepta, peccatum per mandatum legis, operatum est in me omnem concupiscentiam.] Ex persona Iudæorum loquitur Apostolus pœnitentiam agentium: vel ex persona vniuscuiusque hominis pœnitentiam agentis. Nam quando ista loquebatur gratia baptismatis iustificatus erat. Peccati autem nomine in isto loco Beatus Ambrosius vult intelligi diabolus qui est autor peccati. Videns enim diabolus quia per obseruantiam legis rediturus esset homo ad veniam, inuidit iterum ei sicut & primo homini: consideransque legem, inuenit quomodo per transgressionem eius posset illum damnare quem antea damnauerat per originale peccatum: & accepta occasione, per transgressionem legis inflammauit illum, non solum ad concupiscentiam libidinis, sed omnium vitiorum, vt per concupiscentiam fieret præuaricator legis. Nam hoc habet proprium per transgressionem humanæ mentis infirmitas, vt difficilior obseruari possint prohibita. [Sine enim lege] naturali, vel Moyfi, [peccatum mortuum erat.] id est, latebat, ignorabatur, nõ apparebat, Antequam lex natus

ralis & intellectus incipiat vigere i paruulis, alijque ho-
minibus licet pcutiāt patrē & matrē, & maledicāt parēti-
bus nō peccāt. Postq̄ autē ad legitimos annos intelligētīe
puenerint, si aliquid tale fecerint peccāt, & vīdīctā reci-
piūt. Similiter anteq̄ lex Moyſi data eſſet, erāt quēdā pctā
quæ ignorabātūr pctā eſſe, quę cōmiſſa nō tātā grauitu-
dinis erāt: vel etiā ſi cognoſcebātūr eſſe pctā, latebat qua
pœna digna eſſent [Ego autē viuebā ſine lege aliquādo]
Se ponit p oib⁹, & eſt ſenſ⁹: aliquādo, i. anteq̄ legē cogno-
ſcerē viuere me arbitrabar recte, cū pene oībus vitij⁹ de-
ſeruīrem: [Sed cū veniſſet mandatum] legis Moyſi dicens
Si quis hoc vel illud fecerit morte moriatur: [peccatum
reuixit] illud dicitur reuiſcere, quod iā vixit. Et pec-
catum in primo quidem homine vixit, qui ſcienter pecca-
uit: & in Cain qui dixit: Maior eſt iniquitas mea quā vt
veniam merear, ſed in filijs eius mortuum eſt: qui ad tan-
tum peruenerunt errorem: vt non putarent eſſe peccatū,
quod erat peccatum. Adueniente autem lege Moyſi, reui-
xit quod coperat iam viuere, quādo latebat [ego autem
mortu⁹ ſum] id eſt dignū me morte itellexi: poſtquā acce-
pi legem & tranſgreſſus ſum eam: & inuentum eſt mihi
mandatum quod erat ad vitā: hoc eſſe ad mortem [ſenſus
huiuſmodi eſt. Illud mandatum quod mihi ac hoc datum
eſt: vt obſeruatū & cuſtoditū proficeret ad vitā æter-
nam: neglectū perduxit ad mortē æternam, Et ita fa-
ctum eſt vt quod mihi pro bono datū eſt: meo vitio mu-
taretur in malum. [Nā peccatum] .i. diabolus autor pecca-
ti: [occaſione accepta per mandatum] legis: eo modo quo
ſuperius diximus [ſeduxit me:] & decepit me dulcedine
peccati & concupiſcentiæ: vt ea implerem a quibus lex
prohibet [& per illud] mandatū: hoc eſt per tranſgreſſio-
nem mādātī [occidit] me in anima. [Itaque quidē lex ſan-
cta & mandatum ſanctum: & iuſtum: & bonū.] Vnū mā-
datum accipe pro omnibus mandatis. Lex ſancta: iuſta: &
bona eſt: quia ſanctitatem iuſticiam: bonitatem prædicat
& obſeruatōres ſuos ſanctos, iuſtos, & bonos facit [Quod
ergo bonum eſt: mihi factum eſt mors:] id eſt mandatum
legis: quod per ſe bonum eſt ſi obſeruetur: mihi factum eſt
mors [Abſit] vt illū ſit mihi cauſa mortis, Nō em̄ me occi-

dīt illud mādātū legis quod per ſe bonū eſt: ſed ego me oc-
cidi, & cauſa meæ mortis fui tranſgrediēdo illud, [Sed pec-
catum vt appareat peccatum, per bonū] mandatum legis
[operatum eſt mihi mortem.] Peccatū in hoc loco intelli-
gitur diabolus ſecundū B. Ambroſiū, ſicut & in ſuperiori-
bus, Nō ergo mihi lex mortem operata eſt, ſed diabol⁹, vt
appareret pctm̄. i. inimicus hūani gñis eſſe: p tranſgreſſio-
nē boni mandati: operatus eſt mihi mortē, quia ad mortē
me traxit. aliter ſecundū beatū Auguſtinū. Pctm̄ quod ante
legē latebat: & ignorabatur eſſe peccatum, vt appareret
quid eſſet: per tranſgreſſionē legis duxit me ad mortem: quia
maiori pœna dignus fui: ſi peccaui poſtquā legem cogno-
ui: quia ſcienter peccaui. [vt fiat ſupra modū peccās pec-
catum per mādātum legis] Erat ante datam legem Moy-
ſi magnum peccatum originale & actuale, quo cognoſce-
batur tranſgreſſio naturalis legis, ſed iſtud peccatū excre-
uit per præuaricationem ſcriptæ legis: quę dicit, Nō occi-
des: Non concupiſces & cætera. Et cum dicit, Vt fiat ſupra
modum, oſtendit quendam modum & menſuram eſſe pec-
cati, Vnde dominus dicit ad Abraham. Necdum completa
ſunt peccata Amorrhæorum, & ad Iudęos: Implete menſu-
ram patrum veſtrorum. Omnem ergo menſuram peccati
quæ erat ante legem, tranſcendit præuaricatio mādātī le-
gis. Et tale eſt ac ſi diceret: Ideo diabol⁹ ſeduxit hominem
per dulcedinem peccati, vt fiat per tranſgreſſionem mādā-
tī ſupra modum peccans peccatum id eſt deterius & ma-
ximum peccatum, velut beatus Hieronymus dicit: Pecca-
tum peccatius, [ſcim⁹ enim, quia lex ſpiritualis eſt, ego au-
tem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.] Ex pſona ge-
neris humani loquitur hic Apoſtolus, & in ſequentibus:
vel etiam ex pſona cuiuſcunq̄ hominis poenitentiam
agentis, & ex toto corde ad dominum conuertentis, Lex
enim Moyſi ſpiritualis eſt, quia ſpiritualia præcepta habet, ea
docens quæ ad ſalutem animæ pertinent, vel etiā ſpirita-
lis dicitur, quia ſpiritualiter ſe vult intelligi a nobis. Ego au-
tem carnalis ſum, id eſt mortalis ſum adhuc, ideoque in car-
nalibus deſiderijs & cōcupiſcentijs ſpem pono, venunda-
tus ſub peccato. Primus homo accepta dulcedine vitij po-
ni vendidit ſemetipſum diabolo in ſeruum, cū liber eſſet,

Exo. 20.

Gene. 25.
Mat. 22.

Gene. 2.

& omnis qui concupiscentia carnali delectatur: & dulcedi ne peccati fruitur: diabolo & peccato se vedit cui se supponit [Quod enim operor, non intelligo.] Personam duorum hominum assumit in his verbis apostolus, interioris videlicet, i. metis, & exterioris, id est carnis. Quid operabatur Apostolus? Concupiscebatur contra legis preceptum: quam concupiscentiam non intelligebat, id est non approbabat, non eligebat, neque perficere optabat. Notandum autem: multa hic loqui Apostolum ex persona generis humani de concupiscentia, per quam debemus intelligere, vniuersitatem vitiorum, quae omnia per concupiscentiam explentur, Nullum enim peccatum perficitur sine concupiscentia verbi gratia: Qui facit homicidium, concupiscit illum occidere, cui vim infert, sic de ceteris vitijis intelligendum. [Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi malum illud facio.] Quid volebat Apostolus? Volebat non concupiscere, & tamen concupiscebatur. [Si autem quod nolo illud facio] id est concupisco [consentio legi quoniam bona est.] licet concupisceret per fragilitatem carnis, tamen quia mente nolebat concupiscere, concordabat, legi dicenti. Non concupisces [nunc autem] subaudi gratia dei confortatus [iam non ego operor illud] desiderium peccati: neque concupisco affectum mentis [sed quod habitat in me peccatum] id est mala consuetudo peccandi quam traxi ex Adam, operatur in me concupiscentiam. [Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.] Cum dicit, non habitat in me, totum Ioan. 20. posuit pro parte, sicut & Maria in euangelio Tulerunt (in quiens) dominum meum, id est, corpus domini mei, sed subiungens. Hoc est in carne mea, exposuit ipse quid esset quod dicit, Non habitat in me aliquod bonum, & separauit affectum mentis a desiderijs carnis in qua nil est boni, quia semper delectatur carnalia opera perficere [nam velle adiacet mihi,] id est inest mihi velle, & voluntas est mentis, ut non concupiscam malum quod non velim. [perficere autem bonum non inuenio.] quia non possum non concupiscere. Perfectum bonum est non solum non perficere, sed nec concupiscere. [non enim quod volo bonum hoc facio,] quia nollem concupiscere, & concupisco. [Sed quod nolo malum hoc ago] quia concupisco, [Si autem quod

nolo illud facio] .i. si concupisco: & delector in carnalibus desiderijs, [iam non ego operor illud.] desiderium rationabilitate mentis & intentione [sed quod habitat in me peccatum] .i. mala consuetudo peccandi. [Inuenio igitur legem mihi volenti facere bonum] ut non concupiscam [quoniam mihi malum adiacet] consuetudo videlicet praua & concupiscentia peccati Ordo verborum est: Mihi volenti facere bonum, inuenio, legem bonam & vitalem, ac si diceret alijs verbis. Quia delectatio carnis & suggestio diaboli impellunt me ad malum, volenti mihi facere bonum, inuenio legem Moysi: quae precipit delectare mala: & facere bona. [Cōdelector enim legi dei secundum interiorē hominē] .i. secundum rationabilitatem mentis, Lex dicit. Non concupisces & ego cōdelector illi, quia nolo concupiscere, ideoque quod illa delectat, delectat & me. [Video autem aliam legem in membris meis, repugnātem legi mentis meae] .i. rationabilitati & intentioni mentis [& captiuam me in lege peccati] id est, captiuare volentem in lege malae consuetudinis [quae est in membris meis.] Legem membrorum appellat onus pondusque mortalitatis, quia corpus nostrum adhuc mortale, trahit nos quotidie ad concupiscentiam malam & consuetudinem prauam. Lex enim membrorum corporis est concupiscere: sicut lex mentis non concupiscere. Alio modo secundum B. Greg. Alia lex quae est in membris, repugnans legi mentis: intelligitur titillatio carnis, i. promotio ad libidinem: vel certe omnis concupiscentia mala. [In felix ego homo: quis me liberauit de corpore mortis huius] gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. [Ex persona generis humani loquitur: sicut & superius: vel ex persona illorum qui recedunt a peccatis: & ex toto corde desiderant deo seruire sed impugnantur a concupiscentijs carnis & delectationibus corporis, ideoque desiderant liberari a corpore mortali & corruptibili: per quod trahuntur ad concupiscentiam.] Sed non omnes homines liberabunt ab hoc corpore corruptionis. Reprobi enim licet recipiant corpora immortalia, tamen non ideo liberabuntur a corruptione quia corruptibilia erunt & poterunt corrumpi a vermibus & igne: ut sicut proprijs delectationibus seruierunt, & voluptatibus in corpore & anima, ita corpore & anima poenas aeternas luent, electi autem liberabuntur in die iudicij ab omni fece peccati & mortalitatis atque: corru-

Psal. 106.

Mat. 13.

ptionis, quia recipient corpora immortalia & incorruptibilia in anima quoque incommutabilitate, nec poterunt ultra concupiscere aut aliquid mali cogitare, sed in dei omnipotentis contemplatione erunt intenti, & hoc per gratiam dei patris & adiutorium domini nostri Iesu Christi, per quem omnia bona habemus. *Aliter:* Corpus mortis possumus intelligere vniuersitatem vitiorum, sicut iam supra dictum est: Vnum quodque peccatum per se membrum est, vniuersitas vero peccatorum corpus appellatur. Quod idcirco corpus mortis dicitur, quia mortem aeternam infert. De quo corpore mortis id est vniuersitate omnium peccatorum exorabat apostolus liberari. [Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati.] Rationabilitate mentis & intentione seruo legi dei, consentiendo ei, dum volo concupiscentiam carnalis subiacere, carne autem legi peccati, id est consuetudini male: quia concupisco. In quantum malignus spiritus suggerit & caro delectat, homo legi peccati seruit, in quantum vero contradicit mens his, legi dei seruire contendit.

CAPVT. VIII.

nihil ergo nunc dationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.] Hinc datur nobis intelligi, quia se ponit per omnes fidelibus. Qui ergo mente seruiunt legi dei, licet concupiscant carne, nihil damnationis est illis, quia non ambulat secundum carnem, id est secundum carnalia desideria non viuunt vel certe in illis, qui iam de corpore mortis sunt liberati, id est ab vniuersitate omnium peccatorum tempore baptismatis per dei gratiam sunt exuti, & in eadem sanctitate manent, nihil est dationis ut morti aeternae subiaceant. [Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis] Legem appellat gratiam spiritus sancti, qui spiritus vitae ideo appellatur, quia quoscunque repleuerit, viuere facit in virtutibus & dimittendo peccata, perducit ad vitam aeternam. Lex enim spiritus vitae, id est gratia spiritus sancti, quae viuificat nos in anima tempore baptismatis liberauit me a consuetudine peccati per quam peruenitur ad dationem mortis aeternae. *Aliter:* Legem in hoc loco gratiam sancti euangelij possumus accipere, quam per spiritum sanctum didicimus, ubi nobis vita remittitur aeterna, vel lex spiritus, fides intelligit

quae spiritu sancti esse dicitur, quia ab illo: & per illum conceditur. Nemo enim dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, *1. Cor. 12* & fides vita est: quia ad vitam aeternam nos ducit. [Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati.] Impossibile erat legi ut hominem iustificaret, & mundaret a peccatis, & ut ianuam patriae caelestis aperiret, quod gratia euangelij per passionem domini saluatoris & aquam baptismatis credentibus praestat. Et in hoc erat ei impossibile istud facere, in quo infirmabatur per carnem, hoc est per carnales obseruantias, & per obseruationem carnalem illorum qui carnaliter ea intelligebant, atque carnaliter vivebant. Impossibile enim erat, sanguine hircorum mundari peccata: quia lex non venit tollere peccata sed ostendere. In hoc infirma erat quia neque hominem se carnaliter obseruantem, neque ea destructionem quam ipsa praecipit, iustificare poterat, ideoque infirmabatur per carnem, quia a nullo mortaliu secundum carnem impleri poterat. Vnde beatus Petrus dicit. *Actu, 15.* Quid tentatis deum, imponere iugum legis super ceruices fratrum quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Vel in hoc infirmabatur per carnem, quapropter concupiscentia carnis neminem iustificabat. Sicut enim medicus in ea parte est infirmus, in qua non potest caeco lumen redere, alijque infirmis, sanitatem praebere: ita lex in ea parte erat infirma, in qua non poterat hominem mundare a criminalibus peccatis, sed deus pater mittens filium suum ad saluandum genus humanum, quae missio nihil aliud est quam illius incarnatio, quod lex non poterat conferre, contulit ipse. Quare autem dicit, in similitudinem carnis peccati illum missum cum in veritate credendum sit, eum verum corpus assumpsisse ex carne & ossibus? Corpus nostrum & caro nostra caro peccati est, quia libidinoso vsu procreatur ideo que cum peccato concipitur, cum peccato originali nascitur & in hoc seculo sine peccato non potest conuersari. Corpus vero CHRISTI non libidinoso vsu maris & foeminae est procreatum sed opere spiritus sancti de semine mulieris sine semine virili: ideoque sine peccato conceptus: sine peccato est natus: & sine peccato ab hoc mundo transiit: & in hoc fuit caro illius in similitudinem carnis peccati: quia vera car-

nem habuit, sed sine peccato quod nos nō habemus [& de peccato damnauit peccatum in carne.] Licet difficilis videatur iste versiculus, sensus tamen iste est: Peccatum appellat apostolus in hoc loco carnem Christi, non quia peccati maculam habuerit: sed quia pro peccatoribus oblata est sicut idem Apostolus alias dicit Rom. i. Christum deus pater pro nobis peccatum fecit. i. hostiam pro peccatis. Sic enim hostia appellabatur pro peccato in veteri testamento, maxime in lxx, interpretibus, ubi dicitur, Posuit manum suam super caput peccati. i. super caput hostiae quae offerebatur pro peccato. De peccato dānauit peccatum in carne sua. i. de carne sua, quae fuit hostia pro peccato dānauit peccatum humani generis nō peccando per carnem. Dupliciter enim dānauit, siue occidit & mortificauit peccatum generis humani, vel quia non peccauit in carne sua, vel etiam mortificando illud in cruce, Tale est hoc, quasi quis de barbaris, victoriamumat de barbaris, & de Gothis vīcat Gothos, [vt iustificatio legis impleretur in nobis] .i. vt per passionē eius redempti, & per baptismum ab omnibus peccatis liberati, per spiritum quoque sanctum roborati, opera legis spiritualiter implere possimus, per cuius impletionē possumus iustificari. [qui non secundum carnem ambulamus] .i. secundum carnalia desideria, viuimus sed secundum spiritum sanctum, hoc est secundum quod spiritus sanctus docet & praecipit: vel certe idcirco dānauit deus hostia factus pro peccato peccatum generis humani, seu diabolū qui est author peccati vt iustitia quā lex figurabat, in sacrificijs suis, in agno scilicet ariete, colūba, & turture, cōpleret in nobis pro Christo in eius passione, quā illa significabant. [Qui enim secundum carnem sunt] .i. qui carnaliter viuūt, & carnalibus delectationibus fruūtur. [quae carnis sunt sapiunt] hoc est, carnalia & temporalia solummodo requirunt, non curantes de spiritualibus. [qui vero secundum spiritum viuūt] id est secundum quod ipse docet & eius voluntas est viuūt [quae sunt spiritus sentiunt] .i. spiritualia sectantur, gaudia patriae caelestis quaerentes. Aliter: Homo ex duabus substantijs consistit, ex carne videlicet & anima. Si actus carnis superauerint affectū mentis carnalia & temporalia tunc homo requirit, si vero affectus spūs siue mentis, superauerit

1. Cor. 1.

Leuit. 1.

actus carnis: tunc spiritualia sectatur. [Nam prudentia carnis mors est.] Prudentia vero carnis siue carnalis est malum pro malo reddere, carnalia desideria sectari, quae si quis impluerit, mortem aeternam sibi acquirit. Philosophi desiderauerunt prudentiam esse, bona temporalia appetere, & mala temporalia cauere. Quae prudentia quia carnalis est, idcirco generat mortem aeternam, quoniam dum bona praesentis vitae omni auaritate desiderantur, & aduersa pro CHRISTI nomine desiderantur, bona aeternae vitae nihil habentur. [Prudentia autem spiritus, vita, & pax] prudentia spiritus, id est rationalitas mentis, est malum pro malo non reddere, amicos in deo, & inimicos propter deum diligere: orare pro persecutoribus & calumniatoribus, iuxta quod euangelium praecipit, cuncta temporalia ac transitoria spernere, gaudia patriae caelestis toto nisu mentis appetere, Prudentia enim mentis, in praesenti pacem habet, non reddendo malum pro malo, & in futuro vitam aeternam meretur. [Quoniam sapientia carnis inimica est deo] Quod superius dixit, prudentiam carnis, modo appellat sapientiam carnis. Sapientia autem carnalis hominis & mendax est, in rebus caducis spem ponere, & ea operari quae superius diximus. [Legi enim dei.] id est legi euangelij, quae dicit, Malum pro malo non reddas [non est subiecta.] sapientia carnalis. Quare? [Quia non potest.] Et quare non potest? Quia non vult, timens amittere bona temporalia. Dum enim malum pro malo reddunt, odietes inuicem, euangelio contrarij existunt quod inimicos praecipit diligere, [Qui autem in carne sunt.] id est, qui secundum carnalia desideria viuunt: & in spe carnalium honorum sunt positi: [deo placere non possunt.] subaudiis quoadiu in talibus manent [Vos autem] o Romani [in carne non estis] id est, in carnalibus desiderijs: quia iam mortificastis membra vestra cum vitijs & concupiscentijs [sed in spiritu] estis, id est in spiritualibus rebus, & spiritualia quaeritis, [Si tamen spiritus dei habitat in vobis] hoc est, si spiritus sanctus habitat in vobis, tunc utique spiritualiter viuitis. [Si quis autem spiritum CHRISTI non habet, hic non est eius] Spiritus sanctus communis spiritus est patris & filij, Quomodo potest cognosci: si spiritus sanctus habitat in

1. The. 3.

nobis per operationē bonam & veram quia spiritus sanctus disciplinā effugiet fictum. Quicūq; Christi opa imitatur, vt oret p̄ persequentibus & calūnantibus, vtique sp̄m eius habet in se habitantē. i. sp̄m sanctū, qui est titulus possessionis eius, quia quēcūq; repleuerit ad corpus Christi facit pertinere: qui vero Christū nō imitatur, nec spiritum eius habet, nō pertinet ad patrē illius, [Si autē Christus i vobis est, corpus quidem mortuū est] .i. Mortale & moriturū [p̄pter peccatū] Adā: & propter actualia post modū commissa [spiritus vero] id est, anima [viuit] apud deum per fidem [propter iustificationē] fidei & baptismatis, per anticipationem dicit corpus mortuū esse, pro eo q̄ debuit dicere, mortale & corruptibile. Hoc autem sciendū est: quia nō propter terrenā fragilitatē corpus nostrum mortale est, sed propter peccatum. [Quod si spiritus eius] id est, patris [qui suscitauit Iesum Christū a mortuis, habitauit in vobis] per fidē, per charitatem, per spem, sicut dicit per prophetam. Inhabitabo in illis [qui suscitauit Iesum Christū a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra] in die iudicii vt vltra nō sint mortalia [propter inhabitatē spiritū eius in vobis] in quo inuenit deus pater in præfenti seculo habitantem spiritum sanctum: vtique potentia diuinitatis, qua Christum suscitauit, suscitabit & illum in die iudicii ad gloriam, dans ei immortalitatē & incorruptibilitatem in corpore, & incōmutabilitatem in anima. Passio etenim Christi a morte animæ liberauit nos i præfenti seculo, sed mors corporis vsque ad generalē resurrectionē omnibus æqualiter eueniet: [Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.] Debitor est qui alicui aliquid debet: Nō idcirco creati sumus ab omnipotente deo vt secundum carnem. i. secundum desideria carnis viuamus, quia non sumus carni debitores, sed deo, vt spiritualiter conuersemus, cuncta transitoria & caduca pro nihilo ducentes, & deo debitum nostrum reddētes. Quid ergo accepimus ab illo vt ei debitores effemus? Quicquid boni habemus. Cum enim nō essemus, ab illo de nihilo conditi sumus, & cū nostro vitio perditii essemus, ab ipso redempti sumus, donante nobis pariter bona tēporalia, & promittente æterna, Et quomodo possumus ei de-

Esaiæ. 12.

bitum reddere? Seruendo voluntati illius, obtemperādo mandatis eius: & quicquid boni habemus, non nostris meritis, sed illius gratiæ imputando. [Si enim secundū carnē vixeritis] id est si carnales cōcupiscētiās & delectationes secundū appetitum carnalium desideriorum opere impleueritis [m. riemini] morte æterna. Quid est secundū carnem viuere? Carnalia opera exercere, adulterium videlicet homicidium, furtum, & cætera talia [Si autē spiritus] .i. gratiæ spiritus [facta carnis mortificaueritis] viuētis] vita æterna. Videamus primum quæ sint opera vel facta carnis, ex alijs verbis Apostoli. Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia luxuria & cætera talia quæ sequuntur. Et quid dicit de fructu & operibus spūs sancti? Fructus: inquit, spiritus est charitas, gaudium pax, & cætera talia. Quomodo ergo possumus mortificare per gratiam sancti spiritus opera carnis? hoc modo: verbi gratia: Viuit in nobis & regnat sup̄ erbia, accipiētes a sancto spiritu humilitatem, simus humiles, & sic mortificabimus superbiam. Viuit in nobis libido, accipiētes a spiritu sancto castitatem, simus casti, & sic poterimus mortificare libidinem. Si, inquit secundum deum viuendo voluptates carnis & desideria carnalia extinxeritis, beati eritis i vita æterna. [Quicūq; enim spiritu dei agūtur] .i. regūtur & ducuntur ad bonum [hi filij dei sunt] nō per naturam, sed per adoptionem. [Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptiōis filiorum dei, in quo clamamus abba pater.] Iudēi quibus ista scribebat Apostolus, acceperant a patribus suis spiritum: seruitutis in timore, id est legem a spiritu sancto dictatam & scriptam: quæ eos cogebat per timorem ad obseruatiā sui, mīans & dicens: Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriā. Ipse etiam spiritus sanctus, quem illi acceperunt quādo data est lex, cogebat eos vt legē obseruarent: Et quia tunc acceperant isti a patribus suis spiritū sanctum & legē ideo dicit apostolus, Non accepistis iterum spiritum seruitutis qui vos cogat per timorem ad seruitium omnipotentis dei, sed accepistis gratiam euangeliij, vbi non cogitur aliquis venire ad fidem Christi timore. Accepistis quoque spiritum adoptiōis siue electionis filiorum dei, qui vos in

partem dei vocauit ad libertatem, vt iā non sitis seruiētes deo timore serui, sed amore ac timore filiationis, quo seruit bonus filius patri, timens eum offendere. Quod vero subdit, in quo spiritu sancto clamamus abba pater: tale est, ac si diceret: per quem spiritum sanctum edocti & illuminati clamamus abba pater: nisi enim spiritum sanctum tempore baptismatis accepissimus: nequaquam auderemus deum omnipotentem factorem nostrum patrem clamare, dicentes in oratione dominica: Pater noster qui es in caelis. Nemo enim paganorum hoc praesumit dicere. Abba, Syru est & Hebræum: pater, Graecum & latinum. Prauidens ergo Apostolus utrosque populos ad fidem colligēdos, posuit duo nomina sub vna significatione, vt illi qui credunt ex Hebræis & Syriis, dicant abba miserere nostri: qui ex Graecis alijsque omnibus gentibus credunt: dicant pater. Tale quid in euangelio Marci habetur, dicente domino Abba pater, si possibile est transeat calix iste a me [Iste enim spiritus] sanctus [testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei.] Si quando opera bona agimus deo seruiētes, spiritu sanctus qui habitat in nobis, perhibet nobis testimonium in corde per occultam inspirationem sine strepitu vocis, quia filij dei sumus effecti in baptisate, non per naturam, sed per adoptionem & quia talia faciendo: perseuerabimus in eius filiatione [Si autem filij, & haeredes.] Seruus non meretur accipere haereditatem, filius accipit: & nos, si filij dei sumus haereditatem merebimur accipere. Hoc quoque considerandum quia haereditas in morte patris confirmatur secundum humanas leges. Quam ergo haereditatem poterit deus pater dare nobis, qui non potest mori? Seipsum utique dabit, vt sicut est immortalis & incorruptibilis, ita & nos simus immortales & incorruptibiles atque incommutabiles, thesauri quoque sapientiae & scientiae diuinitatis suae. [Haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi.] Haeredes dei patris erimus, vt diximus, sed consideremus quomodo, simus haeredes Christi. Hæcres igitur Christi iam ex parte sumus, quia pergens ad passionem reliquit nobis possessionem pacis ecclesiasticæ, inquit, Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Quid plura dicam? Omnia quæ ipse in presenti seculo, siue in predicatione siue in miraculis opera-

tus est, omnia nobis reliquit ad credendum & tenendum, euangelij quoque testamentum, quæ omnia in morte sua confirmauit. Cohæredes etiam eius erimus post generalem resurrectionem, quando erimus immortales incorruptibilesque in corpore atque incommutabiles in anima, sicut & ipse. In gloria quoque similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, velut Ioannes dicit Charissimi, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: Scimus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus, Et ipse dominus ad patrem, Pater volo vt vbi sum ego, ibi sit & minister meus. Sicut enim Christus habitat in dextera patris, id est in magnitudine patris neque maiestatis, ita erimus? Et nos ei coheredes, quia fulgebimus sicut ipse fulsit in monte, & non solum in gloria erimus ei coheredes, sed etiam in potestate, sicut ipse dixit Apostolis, Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Quid plura dicam? Quicumque filius dei dicitur & haeres, quicumque dei sunt, utique & ipse merebitur accipere. Ista enim omnia cum securitate expectare possumus, si fecerimus quod sequitur: [si tamē compatimur] subaudiis Christo [vt glorificemur cum illo.] Quod est dicere tunc merebimur coheredes CHRISTI esse in gloria, si talia patimur pro amore nominis eius necessitate ingrue[n]te qualia ipse pro nobis pertulit, imitantes eius passionem & dilectionem, iuxta quod Petrus dicit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. [Existimo enim quod non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.] Si quilibet hominum omnia præcepta veteris & noui testamenti potuisset implere, & omnia genera tormentorum despiciere, carceres videlicet, aculeos, vngulas, verberationes, lapidationes, crucifixiones, frisiones in sartagine per multa curricula temporum, nequaquam esset dignus gloria futura, quam percepturi sunt electi. Quæret aliquis, quare in deo utique, quia ista temporalia sunt: illa aeterna. Quæ erit illa gloria? Quia fulgebunt electi sicut sol in regno patris sui, & erunt sicut angeli dei, cernentes præsentissimum dei vultum, iuxta quod IOHANES dicit, Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei

1. Ioan. 3.

Ioan. 12.

Mat. 19.

1. Pet. 3.

erimus, quoniam videbimus eum sicuti est [Nā expectatio creature reuelationē filiorum dei expectat.] Creaturā in hoc loco appellat hominē: qui merito creatura appellat, quia vicio suo imaginē amisit, & similitudinē omnipotentis dei quā habebat in anima. Ista ergo creatura, i. oīs hō fidelis, manifestationē filiorū dei expectat, vt appareat quod promissum est, quādo ipsa re manifestabit qui sint filij dei quod modo tenemus in spe. Ecclesia siquidē in presenti p mixta est bonis & malis, omnesq; xpm clamāt, & non apparet qui sint filij dei futuri in re. Cum autē Christus venerit ad iudiciū, & separauerit agnos ab hōedīs, dicens iustis Venite benedicti patris mei, tunc reuelabitur qui sint filij dei in re. Quod autem dicit, expectatio creature, siue expectatio nostra reuelationem filiorum dei expectat sic videtur hęc verba sonare, quasi aliud sit creatura, atq; aliud filius dei: cum vnum sit. Sic deniq; soliti sunt homines dicere: videntes in presentia sui multos colores per diuersa vasa ordinatos, expectatio vel expressio istorum colorum manifestationem imaginis expectat, cum nō sit aliud imago, & aliud colores [vanitati em̄ creatura subiecta est nō volens, sed propter eum qui fecit eam in spe] in hoc loco & etiam subsequētib; vbi dicit Apostolus, quod omnis creatura ingemiscit, reprehendit beatus Augustinus accuratissime Origenē, quare in hoc nomīe quod est creatura, comprehenderit non solum bestias, sed etiam solem ceteraq; sidera & angelos pariter cum homine: dicens, omnia vanitati subiecta esse, & quod maius est ingemiscere in suo cursu & operatione, sed licet oīs creatura, quæ potest mutari in melius aut deterius, sicut sancti angeli quōdam potuerunt, licet modo non possint illi qui deo adhærent, aut quæ potest a lætitia in tristitiam conuerti, vt homo: vel cetera omnium rerū creature comparatione omnipotentis dei qui semper idē est, vanitas sint, sicut dicit Ecclesiastes

Mat, 22.

Ecc1. 2.

Eze. 1.

Vanitas vanitatum & omnia vanitas, tamen non ideo omnis ingemiscit, sicut angeli deo adhærentes, quia iam immutabiles sunt effecti, sicut Ezechieli monstratū est in crystallo quod erat super capita animalium, & sicut illa quæ irrationabilis est, vel anima caret. Quapropter creature nomine debemus intelligere homi-

nem qui cum omnibus creaturis quādam communionem habet, quia omnis creatura in tria diuidit. Aut em̄ est corporalis: quæ potest moueri et volui per loca: aut est animalis qua anima viuificat, aut est spiritalis, vt angeli q ratione vtuntur. Homo ergo in hoc q corpus habet coniungitur corporalibus creaturis per animam, anima vegetatibus, per rationē qua discernit inter bonū & malum, spiritalib;. Quod, b. Greg. alijs verbis, sed eodē sensu ita exponit dicens. Habet homo, inquit, esse, cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire & viuere cum animalibus: intelligere. i. rationabilitatē habere, cum angelis. Creatura enim. i. omnis homo viuens in carne, vanitati. i. mutabilitati mortalitatis: corruptioni subditus est, nō volens, quia sponte quidē peccauit in paradiso, sed non sponte neq; volens subiectus est mortalitati & pœne. Verbi gratia. Sicut latro qui sponte committit furtum, sed non sponte suspenditur, & licet ipse nollet, tamē subiectus est vanitati propter eum, id est: propter iustum omnipotentis dei iudiciū, qui subiecit eū in spe liberationis & veniæ. Nam in hoc ostenditur deus omnipotēs esse iustus, quia eius peccatū nō dimisit impunitū & in hoc prædicatur esse misericors: quia nō statim illum pœnitens damnauit & occidit, sed reseruauit ad pœnitentiam, dās ei veniē spem & liberationis regressioisq; in gradum pristinum, vt expectet illud quod in sequētib; dicit, [Quia & ipsa creatura] id est quilibet homo electus. [liberabit] in die iudicij [a seruitute corruptiōis in libertatē gloriæ filiorum dei.] Homo in presenti seculo sub seruitute corruptiōis & mortalitatis est positus, quia subiacet mutabilitati & vitijs, liberabit autē in die iudicij ab omni fece mortalitatis & peccati quādo mortale corpus acceperit immortalitatem: & corruptibile hoc incorruptio nem, & transibit in libertatem gloriæ filiorum dei, quia erit similis Christo in gloria, & in libertatē filiationis adoptiue, de qua ait dominus Iudæis, Si vos filius liberauerit, vere liberi estis. Potest etiam differētia esse in hoc loco inter creatorē & creaturam. Nam paulo superius vbi dixit, Expectatio creature filiorum dei reuelationem expectat fideles tantummodo possunt intelligi, qui iam credebant. hic verovbi dicit, ipsa creatura liberabitur a seruitute cor-

Ioānis, 8.

ruptionis, infideles intelligi possunt, qui necdum temporibus Apostolorum crederentur predestinati tamen erant ad vitam, unde & postea crederent. [Scimus enim quod omnis creatura]. i. omnis homo [ingemiscit & parturit usque adhuc] in hoc loco ut dicit b. Aug. non est Origenes sequendus, neque sequaces eius qui omnem creaturam rationabilem & irrationabilem, corporalem & incorporalem comprehendunt. Non enim omnis creatura ingemiscit, ut illi voluit sed homo qui cum omni creatura quandam communionem habet, eo modo quo paulo superius dixit. Ois, inquit, creatura. i. omnis homo ingemiscit, affligitur, tristatur in dolore: et fame & siti, in frigore & nuditate, in carceribus & parturit: siue (quod melius habet in greco) dolet in multis angustiis usque adhuc. i. usque ad diem iudicii, & quod diu dicitur adhuc, vel quod diu dicitur hodie, semper subiacebit creatura humana angustiis & doloribus, illi autem qui iam regnant cum deo, & quotidie transferuntur ad requiem sempiternam, postquam ab huius seculi criminibus liberantur non ingemiscunt [non solum autem illa subaudis creatura. i. non solum credentes, & non credentes ingemiscunt & dolent in presenti vita, [sed & nos ipsi] subaudis apostoli: qui perfectioris fidei sumus [primitias spiritus habentes] dolemus [et ipsi intra nos gemimus] in corde & mente, sustinentes carceres penurias egestates, multasque angustias & afflictiones Bene & conuenienter dicit Non solum alij ingemiscunt: sed & nos ipsi apostoli primitias spiritus sancti habentes, quia siccut illos primos elegit deus: ita primi accipere meruerunt spiritum sanctum in die resurrectionis, quando dixit eis, Accipite spiritum sanctum. Die quoque penthecostes, quando in linguas igneis venit super eos spiritus sanctus. Vel etiam primitias spiritus dixit, id est maiora dona spiritus sancti acceperunt in predicatione, ut omnium gentium linguas loquerentur: in miraculis quoque quibus pre omnibus mortalibus abundantius gloriosi exiterunt. Legitur enim in actibus apostolorum quod ponebant infirmos & mortuos in plateis, ut venisset Petro saltem umbra illius veniret super illos & sanarentur. Beatum quoque Andream legimus vno die triginta & eo amplius mortuos suscitasse. Primitias siquidem appellatur optima quæque & chariora, sicut in lege habetur. offeres primitias auri & argenti tui domino, i. optima & ca-

Ioan. 20.

Actu. 5.

riora. Re enim vera ita dignum erat, ut per quorum ministerium doctrina euangelica, & fides dominica per quadriduum orbem diffamanda erat, maiora dona spiritus sancti acciperent. Aliter: Non solum, inquit, alij ingemiscunt, sed etiam nos qui primitias spiritus nostri, id est, qui rationabilitatem & deuotionem mentis nostræ deo iam habemus oblatas in holocaustum: quod igne dilectionis dei & proximi ardet, de quo igne dominus ait, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Nunquid primitias mentis suæ idem Apostolus non habebat deo oblatas, qui dicebat, Mente seruo legi dei carne autem legi peccati? Apostolus etenim rationabilitate mentis & intentione seruiebat legi dei, consentiendo ei in hoc quia volebat concupiscentiæ carnali subiacere, carne autem legi peccati, id est, consuetudini malæ qua concupiscebatur, [Expectantes adoptionem filiorum dei redemptionem corporis nostri] Quæstio oritur in hoc loco, cum Apostolus in superioribus locis huius epistolæ dicat. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod di sumus filij dei, & alibi, C H R I S T V S nos redemit de maledicto legis, quare modo dixerit expectare nos adoptionem, siue electionem filiorum dei: & redemptionem corporis nostri, id est totius ecclesiæ quæ est corpus Christi. Quæstio hæc in sequentibus soluit tibi cum dicit Apostolus, [Spe enim salui facti sumus] in spe quidem iam filij dei sumus omnes credentes, & redempti passione C H R I S T I, sed adhuc expectamus, ut quod modo sumus & tenemus in spe: quandoque simus & possideamus in re. Omnes quidem credentes fidem habemus, quod simus filij dei, & simus redempti sanguine passionis eius sed non proderit alijs passio eius, nisi electis qui & filij dei erunt sicut Ioannes dicit, Charissimi, filij dei sumus: modo in spe & nondum apparuit, quid erimus in re. Scimus autem, quia cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Spe enim salui facti sumus, sicuti fides est credere ea quæ non videmus: ita spes est expectatio futurorum bonorum. Per passionem enim Christi redempti sumus in spe: Per baptismum autem accipimus remissionem peccatorum, & filij Dei sumus in spe, non in re, quia necdum apparet quales futuri su-

Luc. 21.

Sup. 7.

1. Ioan. 5.

mus. [Spes autem quæ videtur: non est spes.] quasi diceret illa res quæ videtur non est spes. [Nam quos videt quis quid sperat?] Illud quod videmus non speramus verbi gratia, video te in presentia mea stare, non te spero venturum [Si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus] id est, non deficimus: inter spem & rem media est patientia: quia per patientiam qua sancti sustinent aduersa huius seculi non querentes in presenti mercedem, sperant se peruenire ad gloriam æternam. [Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram] .i. sicut spes & patientia adiuuant & sustinent infirmitatem mentis nostræ, ita & spiritus sanctus infirmitas autem animæ est plerumque illa petere quæ nobis non conueniunt: sicut sequentia manifestat [nam quid oremus sicut oportet nescimus.] Plerumque dum volumus bona nobis petere, contraria et aduersa petimus, si nobis illa considerentur, sicut beatus Paulus contraria sibi petebat quando petebat auferri a se spiritum tætionis & infirmitatē. Si enim exaudiretur, forsitam reuelationū magnitudine se extolleret, & caderet in lapsum. Sic etiam plerumque positi in prosperitate, petimus illam nobis conseruari, quæ si semper nobis maneret forsitam amore sui implicaret animum nostrum. Similiter quando sumus positi in infirmitate causa probationis aut emendationis imploramus liberari: quæ si a nobis tolleretur: fortasse ad peccata pristina reuerteremur aut remissius in bono opere laboraremus. Ideoque nescimus orare sicut oportet, nisi spiritus sancto docente, [sed ipse spiritus] sanctus [postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus] Dicit beatus Ambrosius, quia si quando fideles aliquid petunt contra salutem suam per ignorantiam, non per iactantiam, spiritus sanctus qui vnius substantiæ est cum patre & filio, interponit se in medio inter nos & deum patrem, & postulat pro nobis quæ vtilia sunt, non cum impulsu aeris, neque cum sonitu vel strepitu vocis sed inenarrabiliter, sicut conuenit eius diuinitati, quæ æqualis & consubstantialis est deo patri, & plerumque ea quæ nos petimus nobis, contraria ipse mutat in melius, non dando quod petimus. Postulare etiam dicitur pro nobis: secundum alios doctores: ac gemere, quia quoscunque gratia sua replet, postulantes facit

cit & gementes pro suis reatibus & aliorum: vel quia differuntur a regno, qui gemitus bene inenarrabiles dicuntur quia nemo potest enarrare quantæ compunctiones in cordibus fidelium fiat, vel quanta remuneratione digni sunt coram deo. [Qui autem scrutatur corda, scit quod desiderat spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis] Deus pater cum filio suo, qui omnia arcana cordium & secretorum: non solum hominum: sed & angelorum penetrat: si quid desideret spiritus sanctus, habitans in cordibus fidelium suorum, quia vnius scientiæ sunt vel quod nos desiderare faciat. Postulat quoque secundum deum pro sanctis, quoniam ea facit nos postulare quæ & deo placeant, & nobis vtilia sint, ita ut dicamus positi in oratione, Deus æterne qui absconditorum & futurorum es cognitor, sicut scis nobis necessarium esse, & sicut tibi placet miserere nostri. Deo ergo loquitur sine strepitu vocis cum nobis tacere videtur quia & videt cum non videatur, & hæc petit quæ scit deo patri placere & nobis prodesse vnius enim voluntatis est ipse & pater [Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti.] Illi qui diligunt deum qui mandata eius custodiunt: & seruant sicut dominus dicit. Si quis diligit me sermonem meum seruabit, hoc dicit, quia diligentes deum, & mandata eius seruantes, & qui secundum propositum siue prædestinationem omnipotentis dei ad hoc vocati sunt, ut sancte viuendo sancti sint, si quando aliquid inepte atque imperite contra suam vtilitatem petunt, sicut & Paulus & filij zebedæi, deus omnipotens cooperatur illis in bonum aut non dādo quod petunt aut etiam mutando aliud pro ipso quod petunt, neque imputat illis in peccatū, sed ea tribuit quæ dāda sunt deum amantibus. Bene autem dicit cooperatur quia operatur illi qui petunt, cooperatur deus omnipotens: implendo quæ ad salutem illorum pertinent. [nam quos præsciuit] subaudi esse credituros, & in sua fide permafuros, illos [& prædestinavit] siue præfinituit & ordinavit [conformes fieri imaginis filij sui] id est, similes fieri in gloria humanitatis filij sui, qui reformauit corpus humanitatis nostræ (ut idem Apostolus alibi dicit) configuratū corpori claritatis sue: Licet enim in potentia diuinitatis non si-

IOAN. 4.

Mat. 20.

mus æquales illi, tamē in gloria & in immortalitate & in incorruptione erimus similes ei: quoniā videbimus eū sicuti est: Vel certe ad hoc prædestinavit eos conformes fieri imaginis filij sui, vt sicut CHRISTVS p̄t̄r̄ non fecit nec inuētus est dolus in ore eius, ita & illi qui fratres volunt existere domini Iesu Christi, nō habeant voluntatem peccādi. [vt sit ipse primogenitus in multis fratribus?] Omnis vnigenitus potest dici primogenitus nō tñ omnis primogenitus dici potest vnigenitus. Quicunq; eñ primus aperit vuluā matris Iesu Christi, nō habet alios fratres vocales & primogenitus est, & vnigenitus: qui vero primus egrediet̄ ab vtero materno & habet postmodū fratres sequentes, solūmodū primogenitus est. Filij autē dei redēptor videlicet humani generis, si digna cōsideratione perpendimus, tam secundū diuinitatem, quam secundū humanitatem, & vnigenitus p̄redicandus est & primogenitus. Vnigenitus quidem est secundū diuinitatem, quia in natura diuinitatis nō habet alios fratres: primogenitus? vero est, quia ante omnem creaturam nō factus sed genitus est sicut per Salomonem dicit: Ego sapiētia ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnē creaturam. Secundū humanitatem autē vnigenitus quidem potest dici beatæ Mariæ, & primogenitus in multis fratribus adoptiuis, quia ipse primus surrexit a mortuis, primus ascēdit ad cælos. Ipsi sunt fratres, de quibus ipse dixit ad Mariam, Vade ad fratres meos, & dic eis. Fratres enim illius dicuntur omnes fideles in hoc, quia homo fieri dignatus est. Sed is qui frater noster est secundum carnem, ipse dominus deus noster est secundum diuinitatem. [Quos autem prædestinavit,] siue præfinit secum regnatos in æterna beatitudine, [hos & vocauit] per se & per apostolos suos. Vocat quoque modo vsque ad finem iudicij, [Et quos vocauit] per gratiam suam vt permanerent in gloria secum [hos & iustificauit] per passionē suam, per baptismum & fidem exornat bonis operibus, & iustificabit vsque ad finem seculi [Quos autem iustificauit, illos & glorificauit.] Præterito tempore videtur APOSTOLVS in hoc loco profuturo, in hoc quod dicit, glorificauit, morē sacræ scripturæ tenēs, quæ sic solet narrare futura quasi præterita, illos

Esa. 33.

Ecc. 24.

Ioan. 20.

enim quos vocauit, & iustificauit in præsentī seculo; hos glorificauit in die iudicij: sicut idem Apo. alias dicit, Cum Christo apparuerit, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria, [quid ergo dicem⁹ ad hæc?] subaudis que mō diximus de vocatione, iustificatione, & glorificatione. i. quam gratiarū actionem reddemus illi, qui gratis nullisq; meritis præcedentibus anteq̄ effemus nos, prædestinavit regnatos secum, ac postea vocauit & iustificauit, ad vltimum etiam & glorificabit. Tale est & illud Psal. 119. Quid retribuā domino p̄ oībus que retribuit mihi. Postest & itelligi, Quid p̄destinationi dei contradicere possum⁹, si oēs nō prædestinamur ad hoc vt regnemus cū illo? [Si de⁹ pro nobis] subaudis est, vel pugnat qui prædestinat, iustificat, & glorificat [quis contra nos?] valet pugnare, Nullus: Neq; diabolus, neque Nero siue quilibet persecutor [qui etiam proprio filio suo nō pepercit] id est, a morte non seruauit [sed pro nobis omnibus] prædestinatis ad vitam æternam [tradidit illū] Et ipse pater tradidit filium, quia tradidit permissit, multisq; modis est ipse filius traditus. Hoc verbum quod est parcere aliquando significat dimittere. vt illud in Vergilio. Parce metu Cytherga id est dimitte metum. Aliquando significat seruare, sicut hic, qui proprio filio suo non pepercit. Vnde apes parca vocantur, id est seruatrices, quia seruant sua mella, [quomodo non etiam cū illo oīa nobis donauit] Hoc maxime ad Apostolos refertur quibus ait veritas. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super duodecim sedes: potest referri & ad omnes prædestinatos, qui in capite suo Christo omnia possident, que ipse possidet. Cū enim omnis creatura lōge incomparabiliter distet a filio dei, per quem facta sunt omnia, si deus pater in tantum nos dilexit, vt pro nobis traderet illum, vtrique poterit in nobis ista implere. [Quis accusabit aduersus electos dei?] id est quis surmet accusationem aduersus electos dei? diabolus accusat electos dei, sicut accusauit b. Iob, sed meritum auxit, non minuit, quia vir iustus, eius aduersa patienter sustinuit. Notandum autem quia hæc sententia secundum beatum Augustinum per interrogationem & percontationem legitur debet, & sicut ipse dicit, percontationi multa possunt

Collo. 3.

Psal. 119.

Mat. 9.

Iob. 3.

responderi interrogationi autem aut affirmatiue debet re-
 spōderi, etiam aut negatiue, non pronuntiabitur ergo ita
 vt post per cōtentionē qua dicimus, quis accusabit aduer-
 sus electos dei? illud quod sequitur [deus qui iustificat]
 enuntietur sono interrogantis, vt tacite respondeatur nō.
 Similiter illud quod sequitur [quis est qui condēnet?] per
 contando legendum est: vt subinferatur interrogando.
 [CHRISTVS Iesus q̄ mortu⁹ est immo q̄ & resurre-
 xit] & subintelligat tacite, nō. Et est sensus: Nūquid chri-
 stus, qui mortuus est pro nobis & resurrexit, vt nobis vitā
 donaret condemnabit nos? Nō vtiq̄ sed saluabit. Hoc ve-
 ro quod sequitur, qui est ad dexteram patris, qui etiam in
 terpellat pro nobis nō iam interrogando, sed potius affir-
 mando pronuntiandum est. [qui est ad dexteram dei.]. i.
 in plenitudine & magnitudine paternæ maiestatis [qui
 etiā interpellat pro nobis] deū patrem non voce, sed mi-
 seratione, dum quotidie hominem quem assumpsit, & gra-
 uissimū gen⁹ mortis quod p̄ nobis sustinuit, vultui pater
 no offert, vt nostri misereatur. [Quis ergo nos separabit a
 charitate christi?] Ad superiora pertinet vbi ait: Nō sunt
 condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam,
 quia omne quod in præsentī est, comparatione futurę glo-
 riæ momentaneum est, ideoq̄ alloquitur Romanos, ne de-
 ficerent in tribulationibus. Videte Petrū, considerate Pau-
 lum ante potuit Nero illos occidere, quā a Charitate Chri-
 sti seiungere. Stephanus lapidibus obrutus. Laurentius vs-
 que non potuerunt a CHRISTO separari: quoniam ita
 erant mēte deo copulati, vt insēsbiles essēt ad oīa tolerā-
 da tormēta. Nūquid nos separabit [tribulatio, an angustia]
 Angustia dicitur omnis necessitas, omnisq̄ indigentia [p̄
 sup, 5. secutio] autem est vis mali. Nā persequi est aperte vim in-
 ferre [periculum] Periculum in multis reb⁹ & in insidiis
 accipitur [gladius] Gladius vero potest significare, quęli-
 bet genera suppliciorū [fames et nuditas] nō poterāt eos
 separare: quia habebant panem verum Christum, qui eos
 spiritaliter pascēbat & vestiebat, sicut alibi Apostolus ait,
 Quotquot in Christo baptizati estis Christū iduistis [quia
 propter te mortificamur tota die] Vox martyru ad Chri-
 stum, Tota die dicit. i. omni tēpore quādiu viuimus: quia

qui perseuerauerit vsque in finem, coronabitur. Non cō-
 sufficit vno die pro Christo tribulationem pati, sed oī tpe
 si necesse fuerit, [estimati sumus sicut oues occisionis] quę
 occiduntur sine relictatione. Sicut oues non reluctāt cū
 ad mortem ducuntur. Ita nos & non reluctemur, dū occi-
 sioni paramur [Sed in his omnibus] tribulatiōibus tormē-
 tisq̄ positi [superamus] & vincimus [propter eū qui dile-
 xit nos]. i. propter Christum qui nos dilexit vsq̄ ad mor-
 tem, quia pro nobis est mortuus, & qui nobis dixit: Nō-
 lite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non
 possunt occidere. [Certus enim sum, quia neq̄ mors,] quę
 infligitur corpori, poterit nos separare a charitate Chri-
 sti. Non dixit opinor, sed certus sum, [neq̄ vita] subaudis
 præsens quæ in longinquū abnegatiōibus Christi promit-
 titur. & est sensus. Si minatus fuerit mihi Nero mortē oī-
 bus crudeliorem, aut vitam in præsentī seculo omnibus fe-
 liciolem, non poterit me separare a fide Christi, sed neque
 alios coapostolos meos, [neque angelī] subaudis maligni,
 qui transfigurāt se in angelos lucis. Vel secundum illud: Gala. 2.
 Si angelus de cœlo euāgelizet vobis præter quod nos euā-
 gelizamus, anathema sit Et est sensus: Et si angelus de cœ-
 lo vellet me separare a charitate Christi, quod fieri nō po-
 test, non posset me separare [neq̄ principatus] id est cōtra-
 riæ potestates demonum, quę alijs principatur, de quibus
 ipse dicit i epist. ad Ephe. Non est nobis colluctatio aduer-
 sus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & pote-
 states, aduersus mundi rectores tenebrarum harū. [neq̄
 virtutes] cōtrariæ demonum, quæ sub ipsis principib⁹ cō-
 sistunt. [neq̄ instantia]. i. præsentia bona quæ promittun-
 tur credentibus, vel mala quę minantur. [neq̄ futura] sub-
 audis bona vel mala istius seculi [neq̄ fortitudo] id est dia-
 bolus princeps dæmonum de quo dicitur, Cum fortis ar-
 matus custodit atrium suum [neq̄ altitudo]. i. astrologia
 [neque profundum] id est necromantia, quæ inferiora in-
 ferni scrutat, per quę duo multi auertebantur a fide. Et est
 sensus: Etiam si omnes astrologi & mathematici, hoc est
 astrorum conspectores, qui se fatentur rationem fiderum
 penetrare & cursus, venerint contra nos. Vel etiā illi, qui
 per necromantiam, i. mortuorum resuscitationem animas

Mat. 2. 4.

Gala. 2.

Ephe. 6.

Lucc. 11.

ab inferis reuocant, sicut mulier illa phytomissa reuocauit animā Samuelis, nequaquam poterunt nos separare a charitate CHRIS T I. [neq; creatura alia]. i. si aliqua creatura est sursum, aut deorsum, præter istas quas dixi, nec ipsa [poterit nos separare] in aliam partē. Vel secundū Gregorium alia creatura, intelligitur hic homo, qui se potest a charitate dei separare male viuendo. Et est sensus: Neq; alia creatura quam nos ipsi [poterit nos separare a charitate] dei. que est in CHRIS T O Iesu. Nos nō possumus separare ab ea male viuendo. Mentis enim sanctorum ita sunt deo, qui summus spiritus est, per charitatē coniunctē, vt inter illas & deum nulla creatura sit media: quia qui adhæret deo, vnus spiritus est.

CAPVT. IX.

Eritatem dico in Christo Iesu id est per Christū
 V [non mentior] Necessitate cogente sæpe iurabam
 Apostolus, non agens contra domini præceptum.
 & quia dicturus erat re pene incredibilem, ideo iurauit
 necessitate cogente, Nam inter Romanos qui crediderant
 erant Iudæi credentes, quibus ista scribebat: & quia erant
 qui dicerent Paulum non diligere gentem suam, eo q̄ euā
 gelizaret gentibus, iuramento obligat asserens se diligere
 & amare gentem suā vnde & subiūgit. [testimoniū phibē
 te mihi cōscientia mea in spiritu sancto, quoniā tristitia est
 mihi magna, & continuus dolor cordi meo.] Nō dicit mo
 dica & parua tristitia mihi est, aut temporaneus dolor su
 hito accidens, subitoq; recedens, sed testatur magnam tri
 stitiam & assiduum dolorem sibi inesse pro fratribus suis,
 qui filium dei ad se missum non solum noluerunt suscipere,
 sed insuper declamauerunt eum dignum morte, dicen
 tes ad Pilatum: Crucifige crucifige eum, reus est mortis.
 Quod dicit in spiritu sancto, vel per spiritum sanctum, iu
 rat sicut per Christum, i. spiritum sanctum, qui erat in mē
 te illius, testem adhibet conscientię suę, ipsa conscientia tes
 timonium sibi perhibēte, quod nimū doleret de perditio
 ne fratrum suorum [Optabam enim] pro eo quod opto
 [ego anathema esse a Christo pro fratribus] meis, q̄ sunt co
 gnati mei scđm carnē, q̄ sunt Israelitæ. i. de p̄genie Isra
 el. Vnde venit tam subita mutatio in aīo. Apostoli vt opta

Luc. 2.9.

ret anathema esse a Christo: quæ in plerisq; locis p̄ separa
 tione ponit, cū paulo superius dixerit nullo modo se posse
 a charitate Christi separari? Considerandum est, quia ana
 thema varias habet significatiōes. Ponitur enim p̄ separa
 tiōe, sicut in edicto Iustiniani imperatoris dicit, & vbi ait
 idē Apostolus? Si āgelus de cœlo euāgelizet vobis præter q̄
 quod nos euāgelizauim⁹ vobis anathema sit. i. a deo sepa
 ratus. Ponitur et pro maledictione, vt in canonibus habe
 tur sepissime: Si quis hoc vel illud fecerit, anathema sit. i. ma
 ledict⁹. Ponitur p̄ occisiōe corporali, vt hic, quod tale est
 ac si diceret: Optabā ego interfici a Christo corpore, & hoc
 est quod dicit scđm carnē. Poterat aliquis dicere: O beate
 Apostole, quare optabas interfici secundū carnem? Ad hoc
 subintulit ipse: Vt fratres mei qui sunt cognati mei secun
 dum carnem, salui fierēt, & viuerent mente deo. Dicendo
 vero, qui sunt cognati mei secundū carnem, ostēdit nō esse
 illos sibi cognatos integritate fidei, & deuotiōe mētis. Imi
 tatus est aut Apostolus in hoc loco charitatem & factum
 Moyſi legislatoris: cui cum dixisset dñs. Descēde, peccauit
 populus tuus, & dimitte me vt deleam eos, & faciā te in
 gentem magnam, ait, nimia charitate ductus: Aut dimitte
 eis hanc noxā, aut dele me de libro tuo. Vidensq; dominus
 eius charitatem erga populum, ait: Non delebo te de libro
 meo, sed dimisi iuxta verbum tuū: ita & Apost. volēs ma
 gis Christo placere, hoc loquebatur charitate cogēte de oc
 cisione corporis sui, cum nullo modo optaret inuentis affe
 ctu separari a christo [quorū adoptio est filiorū]. i. electio
 illorum, electio filiorū est, quia ex ipsis adoptati sunt filij
 & ipse populus vocabatur filius dei. Vnde dicitur ad Pha
 raonē: Filius meus primogenitus Israel, & per Isaiam: Fi
 lios genui & exaltaui [gloria] erat illis, q̄ de oībus genti
 bus in peculiarem dei plebem sunt electi. Illis etiam est re
 stamentū vetus datum: vel (sicut quidam codices habent)
 testamenta, vetus scilicet & nouum, si voluerint credere.
 Testamentum enim nouum datū est illis, vt a s̄ruitute le
 gis trāsirent ad libertatem gratiæ Christi. [& legislatio]
 id est datio ad eos pertinet, quia lex per Moyſen eis data
 est, [& obsequium] cultus videlicet diuine religionis, qui
 est illis traditus [p̄missa] quoque CHRIS T O & de re

Gal. 1.

Exod. 31.

Exod. 4.

Esaia. 1.

demptione ipsorum: & vita æterna illis data sunt, ut quis quid pmissum est patribus, cõpl: res i illis. [quorum patres] subaudis fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, [ex quibus] pateribus, vel Iudeis. [est christus] natus [secundum carnem] nõ secundum diuinitatem, [qui est super oia deus benedictus in secula] Christus, deus & homo est: & secundum q̄ homo est, ex ipsius carne assumptus: & inter omnia fuit: secundum quod deus est, a deo patre ante secula genitus, est supra omnia potentia diuinitatis. Notandum autem, quia cum esset locutus de abiectioe parentum suorum, non murmurando, neq̄ reprehendendo iudicium dei talia profecutus est: sed potius benedixit illum pro certo scies, iusto iudicio cõcta ab illo disponi unde & subdit [Nõ autem q̄ exciderit verbu dei] & est sensus, Quauis multitudo Iudeorum parentu meoru infidelitatis errore remansisset: nolens in christum credere, non tamen ideo dico quod euauerit, aut annullata sit promissio dei, quæ facta est ad Abraham, quod in semine eius benedicentur omnes gentes, quoniam in illis est adimpleta qui crediderunt, tã ex Iudeis quam ex gentibus, & qui adhuc credituri sunt. [Nõ enim omnes qui ex israel sunt hi sunt israelitæ.] Iacob & israel nomina vnus hois fuerunt. Nõ autem omnes qui ex stirpe illius descenderunt, omnes viri israelitæ sunt, id est videtes deum mente quia mente & fide deum non cernunt. Ita que israel in spiritalem & carnalem diuiditur. Iudei credentes, filij sunt israel & abrahæ secundum carnem, & secundum fidem. non credentes vero: et si sunt carne filij israel sed non tamẽ spiritu. Gentiles autem licet carne non sint filij israel tamen fide & mente sunt filij israel & abrahæ, quia deum mente cõtemplantur: [neque quia semen sunt abrahæ omnes filij, sed de solo isaac dictu est [in isaac vocabitur tibi semen] ismael quidẽ ex semine abrahæ fuit, & tamen non computatur eius filius esse. Et sicut non omnes filij abrahæ secundum carnem, eius dicuntur filij, sed semen eius in isaac stabilitur: ita modo non omnes qui ex eius stirpe per isaac descenderunt, eius filij reputantur, sed qui habent fidem eius, & credunt in christum, de quo predictum est: in semine tuo benedicentur omnes gentes [id est, non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij sunt pro-

Gene. 12.

Eodem,

missionis, estimatur in semine.] Licet Iudei in infidelitate permanentes, filij sunt abrahæ per naturam carnis quia de prosapia illius descenderunt, tamen non sunt ideo filij dei, quoniam degeneres sunt a fide & operibus abrahæ, neq̄ pertinet ad eos aliquid ex dono benedictionis spiritualis, quæ facta est ad abraham de christo & multitudine credentium. Gentes vero qui sunt filij promissionis, reputantur in semine abrahæ. i. in christo, quoniam fidem & opera abrahæ imitantur. Promissionis autem filij appellantur gentiles, propter promissionem. s. quæ facta est de eis ad abraham, cui dicitur: In semine tuo benedicentur omnes gentes. In figura igitur gentilis populi precessit isaac quapropter q̄ licet non credant oes Iudei tamen veru est quod promissum est abrahæ: In isaac vocabitur tibi semẽ id est in his qui tibi promittuntur filij futuri: sicut pmissum est isaac. Ponitq̄ exemplũ [Promissionis, inquit, verbum hoc est. Secundum tempus hoc veniam] per angelũ scilicet veniã. i. apparebo. [& erit saræ filius.] igitur sicut isaac per promissionẽ: qua dicitur, in isaac vocabitur tibi semen sic gentilis populus sectando fidem & vestigia abrahæ, per promissionẽ quæ facta est ad illũ, benedictionis gratiam consequi meretur. [Nõ solum autẽ illi, sed & Rebecca ex vno concubitu habens, isaac patris nostri] Ordo verborum est pariterque sensuum: Nõ solum illi duo filij abrahæ isaac & ismael figuram tenuerunt duorum populorum, fidelium & infidelium, verum etiam Rebecca typum credentium & reproborum, gessit in duobus filiis suis iacob & Esau, habens illos ex vno cõcubitu patris nostri isaac, Nec vacat quod ait, Ex vno cõcubitu. Ne forte em̄ dicere posset iacob, Quando me genuit pater meus, boni animi & bonæ voluntatis erat, quando vero fratrem meũ Esau genuit malæ voluntatis erat, ideoq̄ bonitas ei per semen illius diffusa est in me, malitia autẽ in fratrem meũ. Aut etiam, ne aliquis hominũ ita dicere posset, ait Apostolus, ex vno cõcubitu genitos esse illos duos: ostẽdens ex vocatis dono vnũ dilectũ, alterum ex iusto iudicio odio habitũ, Nã omnes ab Adẽ descẽdentes prosapia filij nascuntẽ peccati, ideoq̄ damnatione digni. Si qui vero liberantur, bonitas & gratia dei est, & non eorum retributio meritorum,

Gene. 21.

cui nati nōdū fuisset illi duo Iacob et Esau [aut aliqd egissent boni aut mali vt scdm electionē] operum illorū [p=positum] seu p̄ordinatio [dei maneret nō ex operib⁹] illorū quæ nulla erāt; sed ex vocante dictum est ei, quia
 Gene. 25. maior seruiet minori] Ex vocāte dicit, lex dono oīpotētis dei qui illos vocauit: dictū est R. ebecca, q̄ Esau maior natus seruitutis obsequiū minori esset redditurus: hoc est Iacob, Et ita euenit. Nā sicut in libris Regum legitur, Edō temporibus Dauid & Salomonis aliorumq; regū seruiuit Israeli vsq; ad illud tempus, quādo (sicut in eodem volumine legit) p̄parauit se Edom ne esset sub Iuda, quod vtiq; p̄dictū ei fuerat ab Isaac patre suo, Veniet, inquit tēpus cum excuties iugum illius de ceruice tua. Quis hominum potest enarrare, quare deus omnipotens elegerit Iacob anteq̄ nasceretur: & reprobauerit Esau cū nec ille nec iste bonā aliquid vel malum poterat implere, nisi quia in isto. i. in Iacob, gratiam suā & misericordiam exhibuit, & in Esau iustū iudiciū suum impleuit. Nam cū Rebecca iam haberet conceptum in utero, & iret vt dñm cōsuleret, aut per Melchisedech sacerdotem dei summi, aut per aliū quēlibet, per quē deus tunc temporis responsa dabat, dictum est ei ex vocāte deo: duo filij ī utero tuo sūt, & duo populi, maiorq; seruiet minori, ergo sicut non fuit propositum deo, & p̄destinatio secūdam electionem boni meriti Iacob, ita & electio gentium nō fuit secundum electionem meritorum, sed secundum gratiam & p̄destinationem dei. Quapropter quare Iacob sine operibus bonis electus sit, Esau vero absq; malis operib⁹ odio habitus, soli deo notum est qui omnia nouit anteq̄ fiāt: cuius iudicia semp iusta sunt [sicut scriptū est] in Malachia p̄pheta [Iacob dilexi, Esau odio habui.] Cū dicit scriptura, Nihil odisti eorū quę fecisti, & quia vidit deus cūcta quę fecit: & erāt valde bona, quæstio oritur quare dicit odio habere Esau. Quę ita soluitur, quia nō odit naturā quam fecit: sed peccatum & vitium quod non fecit, Iacob autem dilexit sua misericordia gratuita, Esau odio habuit iusto iudicio: & cum ambo originali peccato maculati essēt, quod vnū dilexit eius misericordia fuit, quod vero reprobauit alterum, iustum iudiciū eius extitit. [Quid ergo dicemus? Nūquid

iniquitas apud deum? subaudiis quia Iacob per misericordiam suā dilexit, & Esau iusto suo iudicio reprobauit, & qui vnū diligit, alterum odit. [Absit] vt ipse iniquus dicitur [Moysi enim dicit, miserebor cui misereor, & miam prestabo, cui miserebor.] Ordo iste est, Cuius misereor, vocando eum ad fidem meam miserebor, fidem meā illi dādo vt credat in me, & cuius fuero miserr⁹, vt credat in memi misericordiā p̄stabo illi vt iuste uiuat, & misericors sit, perseueretq; in bonis operib⁹ p̄ quib⁹ p̄miū accipiat. [Igitur non volentis] subaudiis est voluntas [neq; curātis] cursus [sed miserantis est dei] misericordiā vt det homini bonum velle, facere perseuerare. Non sufficit sola bona voluntas hominis, nisi etiam perueniat cum misericordiā dei ad hoc vt det illi bonum velle, & bonum idipsum perficere iuxta quod Psalmista dicit, Misericordiā eius p̄ueniet me, & misericordiā eius subsequetur me. Sed hic fortasse quæret aliquis, vt quid remuneratur electi, vel quid p̄mij merentur, si & voluntas bona, & perfectio operis a deo eis datur? Cui respondendum est idcirco electos dignos esse remuneratione quia statim vt sentiunt se a dei gratia p̄ueniri, totis nisibus laborant voluntati illius obsequium dando obedire. [Dicit enim scriptura Pharaoni.] Non scriptura per se loquitur, sed alius per eam, sicut hic loquitur deus. [quia in hoc ipsum excitauit te] id est duritiā cordis tui propter hoc alijs manifestauit [vt ostēdam in te, virtutem meam] siue potētiam [vt annūtietur nomen meum] id est, diuinitatis meae [in vniuersa terra.] Ita modo fit. In vniuersa enim terra, & per quadrifidum orbem annuntiat nomen diuinitatis eius, quia pene vbicq; liber Exodus recitatur Antequam excitaretur Pharaon decē plagis a deo quasi dormiebat, & excitatus cuius malitia esset cor eius hominibus ignorantibus manifestatum est vnde dicit dominus. Excitauit te pulsando decem plagis id est, manifestauit malitiam cordis tui, quę me non latebat vnde excitatus ait, deum ignoro, & Israel non dimittā. Et quia p̄ sua malitia ignorabat deum, indurauit deus cor illius, id est non emolliuit meritis eius hoc exigentibus. Sed quare aliquis quare perdidit de? aut Pharaonē cū exercitu suo, aut Sodomitas, aut eos qui ī diluuiō perierūt? Cui

Psal. 5.

Exod. 8.

Exod. 5.

Exod. 1.

Gene. 7.

Ge. 14.

respondendum est, quia eorum malitia iam erat consummata excedens modum peccandi, & ideo iusto dei iudicio erat punienda. Sic vnusquisque peccator diuinitus puniendi modo sine peccatorum completo de quo ait dominus ad abrahamam. Non sunt completa peccata Amorrhœorum: & ad Iudeos. Implete enim iuramentum patrum vestrorum, verum, quia deus manifestauit malitiam Pharaonis, cor illius non emolliendo. non in deum refertur, qui malum non operatur, sed ipsi Pharaoni malum suum creditur, qui malum non operatur, sed ipsi Pharaoni malum suum quod fecit, proprie deputat. Verbi gratia, sicut si fuerint duo vasa, vnum balsamo plenum, aliud stercore, si quis ea agitauerit vel ventilaauerit, non est autor odoris vel foetoris, sic deus qui tetigit suis plagis Pharaonem, non est autor malitiae eius. Ob duas causas autem percussus est Pharaon cum suo exercitu, & in mari submersus, videlicet ut eorum malitia puniretur quae erat multiplicata, & israeliticis terror incuteretur, quo timerent peccare, ne similia paterent, scilicet iniquitatem a deo dānari: Dicit enim, ut ostendā in te virtutem meam, scilicet per signa & supplicia, & ut annuntiet nomen meum in vniuersa terra. Vbique enim deus magnus predicatur, qui Pharaonem cum curribus, & equitibus suis submersit in mare. [Ergo] subaudis, si volēs: is non est voluntas: neque currentis cursus, sed miserentis dei est misericordia, [cuius vult miseretur] sicut Israelitis, quos eripuit non eorum meritis, sed respectu suae pietatis. Neque enim Israelitae in Aegypto aliquod bonum fecerāt: pro qua libere meruerit [& quem vult indurat] id est indurari per mittit, & in duritia sua deserit, sicut Pharaonem & exercitum eius. Hoc quod deus misericordia sua plagas suspendebat in Pharaone indurabat cor eius. [Dices itaque mihi, Quid adhuc queritur?] .i. Quid adhuc causatur humana fragilitas, quod deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat [Voluntati enim eius quid resistit?] Quod quorundam miseretur, bonitas & gratia eius est, quod quosdam damnatum suum iudicium ostendit, quia omnes sumus filii irae, antequam renascamur ex aqua & spiritu sancto. [O homo tu quis es qui respondeas deo?] Hominem vocat humana tantummodo sapientem & dei iudicium reprehendere nitentem. [Nunquid dicit figmentum]. i. vas ex luto fictum [ei qui se finxit, Quid me fecisti sic?] id est ut quod me fecisti sic in hac

Gene. 15.
Mat. 23.

Ioānis. 3.

paruitatem, vel ad hoc vile ministerium? [An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore] quo ministraretur tibus vel potus qui trāseat in vsus regis. [Aliud vero in contumeliam?] id est in vile officium: videlicet ad opus coquinae, vbi coquantur carnes sic omnipotēs deus figulus humani generis, ex massa peccati & perditionis, id est ex massa humani generis, habet potestatem aliud vas in honorem facere, id est vnum ad hoc creare, ut ipse honoretur in illo, & honoret eum vocando ad fidem suam, & saluando ad vitam: aliud vero in contumeliam, i. reprobos propter nequitiam suam iusto iudicio perdere. Ex corrupta enim massa, omnia corrupta sunt vasa. Si autem ingenio artis suae figulus quaedam ex illis excoquendo per ignem a vitio massae purificauerit nunquid in his magnificari non potest? Quod autem quaedam impurificata dimittit, non redarguendus est quia in sua potestate subsistit, sua enim est massa [quod si deus volēs ostendere iram & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum.] subaudis, tu quis es qui respondes deo? volens deus ostendere iram, id est vindictam suam in Pharaonem & Aegyptios, in Sodomitas & diluuium perditos, & notam facere potentiam suam liberando Hebraeos sustinuit in multa patientia vasa irae, i. Aegyptios per plagas expectando ad poenitentiam: quas non pariter effudit. Apta enim in interitum, appellat Aegyptios, qui se preparauerant atque aptauerant aeternae perditioni male viuendo. Ad haec poterat aliquis Apostolo obijcere: Ut quid perdidit illos, & saluauit Iudaeos? Cui ille obuiat respondendo, dicens [ut ostenderet diuitias gloriae suae, quibus glorificet in vasa misericordiae] id est Hebraeos [quos preparauit in gloriam suam:] ut in eis glorificetur & laudetur, quod arripies illos de Aegypto, inimicis eorum interfecisti, mare rubrum transduxit, & repromissionis terram tradidit. [Quos & vocauit] id est quos vocauit ad fidem suam, sicut & nos Apostolos aliosque credentes ex eadem plebe, vocauit quoque illos de Aegypto gratia misericordiae suae, vocauit & nos de seculo maligno, in vasa misericordiae suae, omnes homines post praeuocationem ad peccatores nascuntur, & dānatione digni, atque secundum meriti

tum suum debuerant omnes perire. Quod vero pauci saluari merentur, qui de vasis iræ in vasa misericordiæ transferuntur ideo fit misericordia appareat auctoris in his qui a morte æterna liberantur, & quod plures sunt qui pereunt remanendo in vasis iræ peccatis prepedientibus, iudiciū est merito omnes debuisse perire ac per hoc iustū iudiciū secundū merito manet in eis. Verum quia Iudæi excluderant gentes a fide Christi dicentes eos non posse saluari, subdit Ap[osto]lus. [non solum ex Iudæis] vocauit ad fidem suā [sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: vocabo non plebem meam]. i. gentes [plebem meam, ut sint plebs mea] hoc secundū B. Hieronymum, secundū B. Aug. vero, potest & de Iudæis intelligi qui facti sunt non plebs dei, quando recesserunt a deo, & respuerunt Christum dicentes, Nescimus unde sit, sic ut habemus in Psalmo: Filii alieni meriti sunt mihi. Qui postmodum facti sunt plebs Christi, quando vna die crediderunt tria milia, altera die quinq[ue] milia: & deinceps multa milia, & [non misericordiam consecutam] in infidelitate manendo [misericordiam consecutam] effectam fidelem [Et erit in loco, vbi dictū est eis. Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii dei viui.] Gentibus infidelitate depressis, dicebat eis a deo per prophetas, quod non essent plebs eius, quoniam licet per conditionem creature dei essent, non erant tamen plebs eius per gratiam. Postquam autem ad fidem venerunt in loco. i. in toto mundo, vbi dicebatur eis antequam in deum crederent Non plebs mea vos, ibi modo vocantur filii dei viui, non per naturam, sed per adoptionem. Quotquot autem ait 'euangelii facti, crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et bene dicit, dei viui, ad distinctionem mortuorum deorum, quos ipsi antea colebant. Potest intelligi similiter & de Iudæis. quod apertum est [Isaias autem clamat, pro Israel] i. causa Israelis. [Si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris, reliquie salutem fient.] Sicut hominibus incognitus est harenæ maris numerus, ita & præ multitudinem suam, innumerabilis factus est: populus Israeliticus. Quibus sic multiplicatis, & oneribus peccatorum prægrauatis, reliquie salutem tantum facte sunt. i. apostoli & ceteri qui creditur ex eis. [verbum enim consummans]. i. perficiens, & perfectionem continens, [Et abbrevians in equitate, quia

Ioan. 19.

Psal. 18.

Act. 2.

Ioan. 1.

verbum breuiatum faciet dominus super terram.] Tribus modis intelligitur verbum perficiens omnia. & abbreviatum in veritate, verbum breuiatum est, de quo dicit dominus Deut. 6. diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis, tota lex pendet & prophetæ vel verbum breuiatum, potest intelligi symbolū Ap[osto]li. vbi fides continetur, quæ per diuersa volumina prædicatur seu quatuor libri euangelij comparatione legis et prophetarum. Verbum breuiatum potest dici & perfectione continens, [Et sicut prædixit Isaias. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen] Ap[osto]li scilicet, qui seminati sunt per vniuersum orbem, missi a Christo, & fructum multiplicauerunt credentium animarum, [quasi Sodoma fuisset] & quasi Gomorrha similes facti essemus.] Nisi Ap[osto]li qui extiterunt semen totius messis credentium, seminati a domino per vniuersum orbem: credidissent in illum, sicut Sodomitæ & Gomorrhithæ vno perierunt interitu & moneto, ita omnes Iudæi vno tempore infidelitatis peccato perditii fuissent. Ap[osto]lorum enim doctrina multi postmodum crediderunt ex Iudæis qui perissent, nisi apostolicum semen mansisset. Aliter, Ambrosius hoc semen intelligit Christum, qui nisi a patre seruatus fuisset perissent Iudæi, perissent apostoli qui relicto eo fugerunt, perissent & nos. [Quid ergo dicemus?] Hoc dicemus, [quod gentes quæ non sectabantur iustitiam legis] circumcisionem videlicet otium sabbati, victimas legales [apprehenderunt iustitiam] fidei euangelicæ, vnde subdit: [iustitiam autem] dico apprehendisse gentes [quæ ex fide est.] quia fides Christi iustificat credentes: dum in ea baptizantur, & fructus iustitiæ ac fidei operantur, vel certe, iustitiam possumus hic alio modo intelligere Christum, qui factus est nobis iustitia & redemptio a deo patre, sicut Ap[osto]lus alias ait quia per illum iustificat Deus pater omnipotens omnes in se credentes. Hanc iustitiam apprehenderunt gentes, non loco ei appropinquando, sed fide credendo, quoniam fide acceditur ad eam, vnde & appellatur iustitia ex fide: [Israel vero sectando legem iustitiæ,] id est obseruantiam legalem per quam se iustificari posse putabat si

Deut. 6.

Gene. 19.

Eph. 1.

ne fide Christi [in legē iustitiæ]. i. in legem euangeli] ubi iustificatur homo per fidem Christi [nō peruenit] legem autem iustitię nō immerito dicimus obseruātiā designare legis moysi, quia qui suo tempore eam custodiebant iusti putabantur: sicut & e contra non custodientes velut in iusti damnabantur. [Quare:] subaudis peruenit Israel in legem iustitiæ [quia non ex fide] Christi voluit saluari: [sed quasi ex operibus] legis [Offenderūt enim in lapidē offensionis]. i. in Christum nolētes in eum credere, sed dixerunt. Nō habemus regē nisi Cæsarem, crucifige istum, Qui lapis bene appellatur, propter firmitatem fidei, Et sicut est lapis salutis & firmamēti illis qui crediderūt in eū ita est lapis offensionis his qui eum respuūt. [sicut scriptū est] in Isaiā, [ecce pono in Sion lapidē offensionis, & petram scandali] Quod ita est, ac si diceret: Ecce mittā in populum Iudæorum Christum, qui idcirco lapis offensionis vocatur, quia mox vt nat⁹ est, offenderunt in eū Herodes & Iudæi, necantes pro eo paruulos: deinde (sicut euangelium narrat) scandalizabantur in eo, & multi discipulorum eius audientes verbum, scandalizati sunt, & iam non ambulabāt, cū illo, & insuper in passione eius discipuli relictō eo fugerunt, [omnis qui credit in eum]. i. in Christū: qui vnius essentiæ est cum patre & spiritu sancto, & præcepta illius custodierit: [nō confundetur]. i. non erubescet in sentētia qua damnabuntur reprobi & infideles, audientes ab illo, Ite maledicti in ignem æternum sed potius lætabitur, audiēs ab illo cum electis cæteris, venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et quia poterat aliquis obijcere Apostolo quare non oras pro incredulis tuę gentis, vel etiam ne superbirēt gētiles, & despicerēt Iudæos subdit Apostolus,

Ioan. 19.

Mat. 14.

Mat. 17.

CAPVT X.



Ratres] qui mecū in Christū creditis [volutas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum, fit pro illis in salutem] pro Iudæis. i. incredulis, vt saluētur. Vbi demonstrat, qm̄ si ex operib⁹ legis quis potuisset iustificari & pro illis mereret ad fidē Christi peruenire, omnes illi vocati essent & saluati, gentiles autē q̄ legē

ignorabāt, a salute fuissent alieni. Sal⁹ ergo gratis a deo datur, & nō ab homine meretur, id est, fides Christi qua saluamur. [Testimoniū enim perhibeo illis, quod æmulationem quidē dei] id est zelum amoris dei [habent] sicut & ego ante cōuersionem habebam, [sed non secundum sciētiam] dei. Stultum est enim, legem per seruum datā venerari. & euāgelium, quod datum est per dominum persequi. Stultum est etiam patrem cōfiteri, & filiū negare. In hoc siquidem Iudæi sciētiam dei non habebant, quia ita volebant adhærere legi per seruum datā, vt gratiam respue rent euāgelij a domino datam, & persequendo filium, deo patri se placere putarēt. Hoc autē dicitur de illis qui ignorantia tenebātur, de quibus veritas ait, venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequiū præstare deo. Sic & petrus ait: Scio (inquit) fratres, quia per ignorantiam fecistis malum hoc. Dum enim multi Iudæorum apostolos Christi, persequerētur, arbitrabant se per hoc placere deo. At contra multi scientes negauerūt Christum, sicut scribæ & pharisæi. [Ignorātes enim dei iustitiam] non quia ipse iustus est essentialiter, sed Christum cui⁹ fide iustificamur cum bonis operibus, [et iustitiam suam volētes statuere] legem scilicet, per quam se putabant posse iustificari sine gratia Christi. [iustitiæ dei nō sunt subiecti.] Nolentes se subdere fidei Christi & euangelio eius. Etenim quia legis operibus nemo perfecte iustificabatur, misit deus filiū suum qui præcepta iustitiæ, quæ euangelia vocantur nobis tradidit, & in ipso perfectionē iustitiæ nobis exhibuit, cui⁹ fidei gratia perfectionē consequi mereremur. Et quia Iudæi iusticiam suam quæsierūt statuere, id est legis iusticiam sibi putauerūt sufficere, iustitiæ dei id est Christo & fidei illius atque euangelicę doctrinæ noluerūt colla submittere [Finis enim legis Christi⁹ est ad iusticiā omni credenti] Est finis qui pro cōsumptione accipitur, sicut tunc, quādo dicimus. Finita est cœna, id est cōsumpta est etiam quandoque pro cōsumptione & perfectione, sicut tunc quando dicimus finita est tela, hoc est perfecta & cōsummata. Secundum hunc sensum dicitur Christus finis esse legis, nō consumptio, sed cōpletio & consummatio legis & prophetarum, ad iusticiam omni credenti. Cōpletio legis

Ioan. 16.

Actu. 3.

& prophetarum ipse est, quia omnia quæ lex & prophetæ verbis & mysterijs de ipso prædixerant, per semetipsum compleuit, vnde pendens in cruce, ait. Consummatum est. Quod qui credit & confitetur iustificatur si tamen opera digna fide fecerit. Hoc autem distat inter officium & finem. Quod officium, est ipsa res quæ agitur: Finis vero, ipsum propter quod agitur. Officium, lex & prophetæ, finis Christi propter quem omnia illa præcesserunt. [Moyse enim ille scripsit, quoniam iustitiâ quæ ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea] subaudis iustitiâ. Vel, sicut quidam codices habent [viuet in eis] subaudis mandatis & præceptis. Legem posuit pro operibus legis, id est circuncisione, otio sabbati, cæterisque legalibus operibus. Iustitiâ quæ ex lege est, viuere hominem in se faciebat, quia non interficiebatur. Præmiū ergo illius iustitiæ nihil aliud erat, quàm vita præsens quæ non tollebat. Viuet in ea dicit, id est mortem præsentem euadet: Si quis vero spiritualiter ea quæ lex præcipit impleuerit, licet in præsentem tempore non remuneretur, in futuro tamē remunerationis causa vitam æternam, id est præsentissimum omnipotentis dei vultum [Quæ autem ex fide est iustitiâ, sic dicit] iustitiâ hinc appellat Christum, qui per passionem suam & fidem, iustificat in se credentes. Ista iustitiâ Christus, qui est verbum dei patris, sic dicit in Deuteronomio per Moysen, quia ipse loquebatur per ora prophetarum, [Ne dixeris in corde tuo quis ascendet in cælum? id est CHRISTVM deducere, aut quis descendet in abyssum? hoc est, CHRISTVM ex mortuis reuocare] Hæc verba sunt partim Moyse, partim Apostoli. Quædo Moyses dedit Iudæis legem, dixit eis: Ne dixeris in corde tuo, id est, ne fingas in mente tua, quis ibit in cælum, vt inde mihi afferat dei mandatum? Aut quis descendet in abyssum, vt inde mihi afferat illud mandatum? Non est necesse vt hoc taliter quæras, quia, [prope est verbum] id est mandatum legis [in ore tuo & in corde tuo] & in præsentia tua scriptum, vel etiam ipse deus in corde tuo, & in ore docebit te. Verū, quia Moyses propheta extitit, & multa de futuro prædixit Paulus apostolus verba eius ad Christum retulit, asserens illum hoc dixisse per Moysen, qui est iustitiâ vera, Quibus verbis instruit nos, ne dicamus

in corde nostro, & putemus Christum localem esse, vt in aliquo loco contineatur, sed potius credamus illum secundum diuinitatis plenitudinem vbique esse, ac per omnia diffusum cum patre & spiritu sancto, iuxta quod deus pater per Isaiam prophetam dicit: Cælum & terram impleo. Ideoque enim non concluditur loco, quia in eo consistit omnis locus. Præsido siquidem sustinet omnia, sustinendo præsidet, impledo circumdat, circumdando implet. In verbis ergo Apostoli sensus huiusmodi est: Ne dixeris in corde tuo: quicumque es, quis ascendet in cælum? id est non credas Christum localem esse, vt credas illum post ascensionem ita esse in cælo, vt non sit in terra: aut ita esse deorsum in abyssum apud inferos, vt te sursum positum ignoret, sed crede illum vbique esse præsentem secundum diuinitatem, sicut de eo dicitur: Sapientem attingit a fine vsque ad finem fortiter. & disponit omnia suauiter. Ne dixeris ergo o homo, Quis ascendit in cælum, vt inde CHRISTVM deducat mihi, qui me doceat, saltē in corde noli dicere hoc, quia hic est CHRISTVS, & vbique. Nam in terra erat & dicebat: Nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis qui est in cælo, quomodo non magis cum sit in cælo, est & in terra? Aut quis descendit in abyssum? subdit Apostolus ex suo, Hoc est Christum ex mortuis reuocare: Similiter & supra, Hoc est Christum deducere. Non necesse habes ab inferis Christum vocare, quem vbique præsentem debes agnoscere vnde dicit ipsa scriptura Deuteronomij. 10. Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Verbum hic simpliciter possumus intelligere, si volumus verbum legis, quod illi in ore habebant assidue illud legendo, in corde quoque iugiter meditando, ac memoriæ commendando. Altiori autem sensu verbum istud est, de quo Ioannes ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum & deus erat verbum. Ergo quia deus erat verbum, prope erat in ore & in corde illorum, vt pote quod omnia replet. Nam beatus Hieronymus dicit. Sicut vestis totum corpus hinc inde circumdat ita CHRISTVS electos suos vndique circumdando amplectitur, immo amplius, quoniam vestis tantummodo extrinsecus corpus circumdat, adherendo illi Christus vero est exterius in ore per confessionem interius

Icr. 23.

Sap. 8.

Ioan. 3.

Deut. 10.

Ioan. 1.

in corde per credulitatem, sicut hic dicitur & alias, ubi dicit idem Apostolus. In interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. [hoc est verbum fidei quod predicamus.] nos apostoli. Hoc est verbum, inquit, filius, videlicet dei patris, in quem secundum praedicationem nostram credere oportet, [quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo quod deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris id est salutem consequeris aeternam ita tamen, ut iustitiae seferis opera: quia non oportet feruum dei manere otiosum. [Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Prosequitur diligenter quod superius de fide tetigerat. Fides in corde locanda est, quae deum trinitatem habere in personis, & unitatem in omnipotentia maiestatis credat, filiumque humanatum: & secundum euangelium firmiter teneat genus humanum sanguine illius redemptum, & ea quae circa humanitatem eius sunt facta, deificae exhibitae non habent. In ore etiam confessio debet esse: quia fides cordis promenda est officio oris. Illa enim confessio fit ad salutem, si tamen exornata fuerit bonis operibus per spatium vitae. Nam aliter fides sine operibus mortua est. Non dicit de salute corporis qua potiuntur etiam qui non confitentur deum, sed de salute interioris hominis. id est aeternae quae saluatur confessione verae fidei non temporaliter, sed aeternaliter, quoniam salus huius confessionis sempiternalis est. [Dicit enim scriptura:] Isaia propheta, [omnis qui crediderit in illum, id est in Christum, ea fide quae per dilectionem operatur non confundetur] Quicumque crediderit in Christum sicuti credendum est non erubescet cum incredulis in die iudicii, quibus ipse iudex dicit: Itē in ignem aeternum, sed potius gaudebit, cum ab eo in quem crediderit remunerabitur, aggregatus numero & collegio electorum & deum confitentium. Hoc exemplum valet contra Iudaeos, qui gentiles a fide Christi putabant fecerendos, unde & subdit. [non enim est distinctio] subaudi in isto exemplo quod posui. Quorum non est distinctio siue separatio. [Iudaei & graeci] quia de utrisque dicitur: Omnis homo qui crediderit in illum, siue Iudaeus, siue gentilis, non confundetur. [Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum]. id est dominus qui est creator &

dominus Iudaeorum, ipse est creator & dominus gentium. id est omnium hominum. Diues autem idcirco dicitur, in omnes qui inuocant illum, quia potest omnes in se credentes a praesentibus tribulationibus eruere: & ad vitam aeternam perducere. dicens eis praemium a se promissum. Vel ideo dicitur diues, quia potens est gentiles exaudire & saluare, sicut & Iudaeos, quia personarum acceptio non est apud illum: nec sic intendit vni, ut se denegat alteri. Ergo si vox nostra ad omnes qui audiunt aequaliter venit, & tamen vna est: multo magis oportet deus exaudire omnes misericorditer potest, nec dum vnum audit alterius praecum obliuiscitur, quapropter subinfert [Ois enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.] Quicumque inuocauerit nomen domini sicut inuocari debet. scilicet fide, ore, opere, hic saluus erit. [Quomodo ergo inuocabunt] subaudi Iudaei Christi [in quem non crediderunt?] Et idcirco non saluatur, qui non inuocant. [Aut quomodo credent ei qui non audierunt,] Ergo audierunt Iudaei Christum, & non audierunt: Audierunt aure corporis, sed non aure mentis, quas dominus requirebat, inquit, [Qui habet aures audiendi, audiat] Insuper & auerterunt aures suas ne audiret verba eius, quando illo clamante in templo & dicente. Si quis sitit, veniat ad me & bibat, noluerunt ad eum venire credendo. Ideoque non audierunt, quia non fuerunt obediētes. [Quomodo autem audient sine predicante?] Hic ostendit, se sui que similes coaepistolos & predicatores ad predicandum Iudaeis esse missos a Christo, quorum ministerio docerentur: sed illi persecuti sunt eos, expellentes eos a se, sicut in Actibus apostolorum legitur, ubi & narratur quemadmodum eis Paulus dixerit. vobis quidem oportebat primum loqui verbum dei: sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. Hinc est quod subdit [quomodo autem predicabunt?] eis predicatores verbum vitae [nisi mittantur?] & est sensus, ipsi occiderunt predicatores quosdam ad se missos, sicut Iacobum fratrem Ioannis, & Stephanum, reliquos vero flagellantes, a se expulerunt. Quod autem dicit, Quomodo predicabunt, nisi mittantur? ita potest vno modo intelligi: Nequaquam nos apostoli ad officium praedicationis accedere potuissimus, nisi gratia dei (qua protegimur) admoniti, directi fuissimus, primum Iudaeis verbum vite annuntiare, deinde ge-

Iac. 2,

Mat. 26,

Luc. 9.

Ioan. 7.

Actu. 13.

tibus. Ideoq; Iudæi excusabiles nō erunt de aduentu filij dei, quia apostolos ad salutē sui directos a suis finib⁹ reperunt. Potest & ita nō inconuenienter accipi. Quomodo inquit, p̄dicabūt ipsi p̄dicatores eis verbū vitę q̄ expulsi sunt ab eis, nisi iterū mittant^r? Affirmat quoq; exēplo p̄phético, qualiter p̄dicatores euangelizare voluerūt eis bona, sed noluerunt eis credere, nisi pauci [sicut scriptum est] in Isaiā propheta: [Quam speciosi pedes euangelizantium pacem euāgelizantium bona.] Apostolorū pedes speciosi fuerūt, quia a dño sūt abluti. Pedes quoq; in sacra scriptura aliqñ bonas actiones significant, sicut zacharias pater Ioannis Baptistę ostendit, dicens uisitauit nos oriens ex alto, Illuminare his q̄ in tenebris & in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros. i. actiones nostras in uiam pacis. Aliquando significant pedes uerbum p̄dicationis, ut illud: Subiecit populos nobis, & gentes sub pedib⁹ nostris. Apostoli pacē p̄dicauerunt secūdū monita dñi dicentes: In quamcūq; domum intraueritis, primum offerete pacem, dicentes: Pax huic domui. Euangelizauerunt bona, futuri sc̄i licet regni p̄mnia quę oculis nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit. Et de quib⁹ dicit Psalmista, Credo uidere bona dñi in terra uiuentiū. Bona quoq; annuntiauerunt, fidē sc̄tę trinitatis, misteriū incarnationis Christi, passionem, resurrectionē, ascensionē eius, aduentum quoq; ad iudicium, gloriam electorum damnationē reproborū [Sed nō omnes obediunt euangelio] Licet apostoli bona euangelizassent patrię cęlestis, tamen non omnes Iudæi, neq; oēs gentiles obediētes extiterunt tūc temporis euangelicę p̄dicationi, sed neq; adhuc obediunt oēs. [Isaias em̄ dicit. Dñe quis credidit auditui nostro?] Hoc loco Isaias in p̄sona loquitur apostolorū, eodem enim spiritu fuit replet⁹, quo & apostoli Animaduertendū autē quia in sacra scriptura aliqñ quis pro nullo, aliquādo pro raro ponitur. Pro nullo, ut est illud. Quoniam quis in nubibus aquabitur domino? .i. nullus. Pro raro, ut hic Pauci em̄ inuenti sunt qui crediderūt ex Iudæis auditui Apostolorū Qui idcirco auditus illorum dicitur, quia intrinsecus in mente, domino inspirante auditui spiritali audiebant, quid extrinsecus uoce corporali ad salutem auditorum pro-

Luc. 2.

Psal. 46.

Luc. 9.

Psal. 56.

Psal. 84.

ferre debuissent. Vnde & paulus alias ait: An experimētum quæritis ei⁹ qui in me loquitur Christus? Et Dauid qui dem dicit: Audiā quid loquatur in me dñs deus. Ab hoc auditu apostolorum. i. a p̄dicatione illorū subtraxerunt se Iudæi, renuentes in Christum credere [Ergo fides ex auditu] Primum audit quis p̄dicatorem loqui quomodo debeat credere, deinde accipit fidem. [auditus autem p̄ uerbum Christi] quod p̄dicatur ab apostolis & doctoribus uerbum Christi est: quia non alia p̄dicat, quam quę in euāgelio cōtinentur, quod ab ore Christi est prolātū; Vel quę ipse Christus reuelat eis in corde, & loquitur per ora illorum. Ad hæc poterant Iudæi dicere, licet falso: Non audiui uerbum Christi per ora apostolorum, cōtra quos Apostolus subiungit: [Sed dico, Nunquid non audierūt?] subaudis Iudæi uerbum p̄dicationis apostolorum: Respondet ipse apostolus sibi, et affirmat quia audierunt. [Et quidem] Ecce affirmatio, & hic est distinguendum. Sēsus enim huiuscemodi est: Nunquid non audierunt Iudæi uerbum Christi? Et quidem, id est certissime, in ueritate dico, quia audierunt, sed credere contempserūt. Poterat aliquis ad hæc dicere: Apostoli recesserunt ab eis, & quomodo poterunt audire? Afferit quoque Apostolus exēplo p̄phético, & dicit. Quomodo potuit esse ut non audirēt. [in omnem terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terrę uerba eorū.] Dixerat supra idem Psalmista: Nō sunt loquelę neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum. Si secūdum linguas omnium gentium & sermones auditę sunt uoces apostolorū in ip̄is gētibus, quanto magis apud Iudæos, ipsa lingua eorū Hebręa audita? Si enim ab Hierusalem in quatuor climata mundi euangelium diuulgatum est, quomodo ip̄is Iudæis a quibus p̄dicatio eiusdē euangelij exordium sumpsit, non est p̄dicatum? maxime cum & ip̄i mediterranei sint. Quod enim Hierusalem in medio terrarū sit posita, sicut umbilicus uentris, testatur Psalmista, dicens. Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terrę, id est in Hierusalem. Et per Ezechielem dominus loquitur: Ista est, inquit, Hierusalem, in medio gētium posui eam. Sed fortasse quæreret aliquis, quare deus omnipotens illam plebem in me-

1. Cor. 13.

Psal. 84.

Psal. 18.

Psal. 17.

Ezech.

dico omnium gentium decreuerit collocare? Cui respondendum est, ideo hoc factum esse, ut quia ipsa ex omnibus gentibus solam cognitionem veri dei habebat, & legem scriptam suo cultu & religione prouocaret alias ad cultum dei omnipotentis, sicut plurimos gentium legimus ad Iudaismum transiisse: vel idcirco, ut si ipsa plebs legem dei seruaret, ab omnibus in circuitu suo honoraretur ac timeretur sicut factum est tempore David & Salomonis, quoniam omnes reges in circuitu suo positi, ei munera mittebant: vel si a lege & cultura dei recederet, ab hostibus affligeretur ac depopularetur, quod sepius factum est. Quarta quoque extitit causa, ut quia Christus ex eadem plebe erat nasciturus, & genus humanum redempturum, & multa miracula in mundo positus patraturus, ibi haec agerentur, unde fama eius ad omnes gentes citius posset trafluolare. Reuertamur iterum ad superiora. Igitur in omnem terram exiit sonus praedicationis apostolorum, & in fines orbis terrae verba eorum, quae pene ante defecit eis terra quae lingua. In hoc autem exemplo, per terram intelligere possumus terrenos homines, qui tantum sonum, id est famam praedicationis & simplicia monita perceperunt: Per fines terrae, philosophos & artibus liberalibus eruditos, qui verba scripti sunt praedicationis euangelice, ut Augustinus fuit & Cyprianus, [Sed dico: Numquid Israel non cognouit?]. id est si praedicationis apostolorum ad omnes gentes peruenit, quanto magis ad Iudeos, apud quos seminari coepit, praesertim cum ipsi sint omnium gentium mediterranei. Vel aliter, Numquid Israel non cognouit primum? Cognouit utique in apostolis & apostolicis viris. [Primus Moyses dicit. Ego ad emulationem vos adducam in non gentem] Aemulatio quae graeco vocabulo zelus appellatur, non uniformiter, neque sub vno sensu semper accipitur. Nam ponitur pro imitatione, pro studio, pro amore, pro inuidia, sicut hic. Hoc autem Moyses ex persona omnipotentis dei contra Iudeos loquitur, qui ad emulationem & inuidiam ducti sunt contra non gentem, id est contra populum ex gentibus credentem, cui semper inuidet, dum vident eum in ipsum credere quem ipsi occiderunt, sicut in Actibus apostolorum refertur.

Actuum, 13 Quod videntes Iudei turbas gentium credentium, repleti sunt zelo, & contradicebant his quae a Paulo dicebantur

Ante domini aduentum genus humanum in Iudeos diuidebatur & gentes, sed gentes per enormitatem malorum, ita transcederant conditionis suae modum ut etiam gentis nomine non meruissent appellari, sed canes, dicente domino in euangelio. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Unde non gens dicebatur, quia ratione amissa irrationabilitatem sectabantur. Verum cum postmodum creditissent tam apostoli, praedicantibus qui eorum successoribus Iudei contra eos excitati sunt, & inflammati inuidiae facibus. Exponens ergo apostolus quod dixerat, non gentem, infert, [in gentem insipientem]. id est idola pro deo vero colentes [in iram vos mittam] subaudi contra hanc gentem insipientem Quae cum fuisset usque ad aduentum Christi insipiens, eius si de potita, facta est sapiens. Contra quam iam credentem in iram mittuntur Iudei, non quod deus emulatione & iram in illis operetur, sed quod beneficia sua quae Iudeis dispiciuerunt, ad se conuersis gentibus largiatur. Potest & quod dicit in non gentem, aliter intelligi: Gentiles increduli ante perceptam fidem, gens vocabantur: percepta autem gratia fidei, non iam gens vocatur, sed dei populus & plebs appellantur dicente domino per Psalmistam Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Unde alibi apostolus: Scitis (inquit) quia cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, eratis eutes Quod tale est ac si diceret. Fuistis quodam gentes, sed iam non estis gentes. In hanc ergo non gentem irascuntur Iudei inuidia ducti, [Isaias autem audet & dicit.] Non sine ratione hoc verbum quod est audet, posuit apostolus. Isaias spiritu prophético repletus, sciebat se contemnendum a Iudeis, & etiam serra lignea secandum, & tamen audet, id est audacter dicit ex persona Christi, non formidans Iudeos rebelles. [Inuentus sum a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant,] Gentilibus non querentibus Christum, qui neque legis, neque prophetarum aliquid habebant documentum siue promissionem de eo ipse apparuit. Ille apparere dicitur, qui non separatus, sed subito & in sperate venit, sicut apparuit dominus Abrahae cum non speraretur: & sicut apparuit angelus Zachariae, sic dominus Iesus apparuit gentibus, praedicantibus apostolis, & coruscantibus miraculis, cum non expectaretur ab illis: Nam quod ipse

Mat. 15,

Psal. 17.

1. Cor. 12

in apostolis apparuerit gentibus, testatur suis sermonibus
 Mat. 29. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consum-
 mationem seculi. Per doctrinā enim cœlestem, & per mira-
 culorū signa que apostoli operabātur, apparuit Christus
 Ma. 16. gentibus, quoniā ipse cooperabatur eis & loquebatur per
 ora illorū dicit nāq; euāgelium, q; profecti prædicauerūt
 vbiq; domino cooperāte, & sermonem confirmante sequē-
 ribus signis. Sequitur [& his qui nō interrogabant] sepe
 legitur deus omnipotens a sanctis interrogatus, sicut a
 Moyse, Abraham, samuele, & ceteris, at gentiles non in-
 interrogabant deum: sed consulebāt idola & demonia. [Ad
 Israel autem dicit] idē Isaias ex persona Christi [Tota die
 expandi manus meas ad populum nō credentem, sed con-
 tradicētem mihi] Totum diem appellat totum tempus do-
 minicę prædicationis vsq; ad passionem illius. Qui videli-
 cet manus suas ad eūdem populum extendit, quia mune-
 ra beneficiorum suorum largissima bonitate exhibuit. Ex
 panſio enim manū, donationem munerum designat, Et
 ille dicitur manus expandere, qui poscētibus beneficia lar-
 gissime tribuit. Nam mortuos illorum suscitauit: diuersas
 infirmitates morborum curauit esuriētes & famelicos pa-
 nibus suis pauit, multaq; innumerabilia bona eis impēdit
 quibus semper illi cōtradixerūt dicentes de illo: In Belze-
 bub principe dēmoniorū eijscit dæmonia &. Non est hic
 homo a deo, quia sabbatum non custodit. Siue etiā manus
 Mat. 12. expandit dū eas in cruce affigi permisit. Est quoq; cōsue-
 lob. 9. tudo patrum, vt expandant brachia quibus charissimos fi-
 lios amplexentur, & in gremium suū collocent: sic domi-
 nus Iudęos amplexari voluit, & in sinu suę charitatis tra-
 here, dicens: Pœnitentiā agite appropinquabit em̄ regnū
 cælorū, sed illi semper studuerunt contradicere, dicentes.
 Nescimus hunc vnde sit. Solet etiā nutrix extendere ma-
 nus, vt delectatus is qui nutritur veniēdo ad eam discat
 Mat. 11. ambulare & populus Israeliticus admodū claudus erat,
 quia gressus bonę operationis iā non habebat, ad quē dñs
 quodammodo manus expandit vt ad se veniret dū dixit:
 venite ad me oēs qui laboratis: & onerati estis, & ego re-
 sciam vos, sed ille neglectis eius donorū beneficijs, gres-
 sus retro in infidelitatem retorſit. CAPVT XI.



Ico ergo, Nūquid repulit deus populū suū]
 subaudis ex toto. [Absit. Nam & ego Israe-
 lita sum, ex semine Abrahā, de tribu Benia-
 min, qui nō sum repulſus sed cum alijs per
 fidē Christi saluat] Si enim ex toto repulſus
 ſet populū suum Israel, me nō saluaret, qui
 de eorum profapia originem duco [Nō repulit deus plebē
 suā quā p̄sciuit] P̄sciētia, p̄dēstinationē p̄cedit &
 non omnia quę p̄sciūtur, p̄dēstinantur, veruntamen
 quę p̄dēstinant, omnia p̄sciuntur. Hoc autē in loco, p̄-
 scientia pro p̄dēstinatione accipitur, per quod ostēdit nul-
 lum, siue ex Iudæis siue ex gentibus p̄dēstinatū esse repul-
 ſum. P̄sciūtur enim bona & mala a deo, p̄dēstinantur
 autē solummodo bona. Et hoc distat inter p̄dēstinationē
 & gratiam: quia p̄dēstinatio est p̄paratio gratiæ, gratia
 autē iam ipsa donatio munerū gratuita [An nescitis], i. nun-
 quid ignoratis [qd dicit scriptura in Elia quē admodū in-
 terpellat deum aduersum Israel:] Cōtra eos videlicet, qui
 ex decem tribubus propter idolatriam interfecerūt culto-
 res vnus dei veri [Dñe prophetas tuas occiderunt] Hoc 3. R. c. 18.
 in libris Regū plenius narratur, quomodo Achab & Ieza-
 bel cū sibi fauentibus, prophetas domini occiderunt [alta 2. Par. 18
 ria tua suffoderūt] decē tribubus, apud quos talia fiebāt, q;
 vitulos aureos in Dan & in Betel a Ieroboā ad adorādos
 acceperant altaria Hierosolymitani tēpli non suffoderāt,
 & idcirco intelligimus, quod in ipsis decem tribubus. Licet
 quidem altaria dñs gentiū edificarent, erāt tñ qui deo edī-
 ficabant, & ibi immolabant, non audentes ire in Hierusa-
 lem propter reges Israel idolatras, qui illos a templo Dei
 arcebant. Horum altaria, deum scilicet colentium, illi qui
 idola colebant, suffodisse ac funditus euertisse intelligūtur
 [& ego relictus sum solus.] Sic em̄ ei videbat quod ipse 3. R. c. 18.
 solus remansisset ex omnibus prophetis domini p̄æ-
 magnitudine stragis & interfectionis, qua ſequebatur in dei
 cultores [& querūt animam meā] sic enim minata fuerat
 ei Iezabel impiūssima, Hęc faciant mihi dii, & hęc addant,
 si non posuero cras animam Elię, sicut animam vnus exi-
 stis [Sed quid dicit illi respōsum diuinum? Eliquis mihi se-
 ptem milia virorū, qui nō curauerūt genua ante Baal].

3. Reg. 16 Cum esset in spelunca quę est in monte dei Oreb, hoc diu-
num respōsum accepit: nec ait: R elicta sunt mihi, sed: Ego
reliqui & reseruau mihi septem milia virorū, qui alijs ad
idolatriā transeuntibus, non curauerūt genua ante Baal
qui erat deus Acab & Iezabelis, qui recte viri appellan-
tur eo q̄ viriliter idola spreuerint. Septem autē ista milia
illorum, qui nō adorauerunt idola, multa significāt idola
illorum, quos deus dono gratiæ suę seruauit, ne curarēt
Mat. 25 genua sua ante Baal, in Dan & Bethel, aut in aliquo delu-
bro idolorū. Sic enim quinq̄ prudētes virgines, significāt
oēs iustos integritatē fidei habentes: & imprudentes iniu-
stos. Quinq̄ etiam fratres diuitis, qui torquebatur apud in-
feros: oēs Iudæos incredulos: sic septem milia illorū signi-
ficant omnes qui idola nō adorauerūt, Septenarius etem
numerus pleriq̄ in locis sacrat⁹ est, & ponitur sæpissime
pro vniuersitate, sicut in Psal, vbi dicit Psalm. dño: Septies
Luc. 16. in die laudē dicā tibi, quid enim sit septies in die laudē di-
Psal. 118. cā tibi, exposuit cū dixit, Benedicā domino in omni tēpo-
Psal. 35. re. Ioannes quoq̄ in Apocalypsi sua, septē ecclesijs scribit,
Apoc. 1. quę generaliter omnes ecclesias significāt. [Sic ergo & i
hoc tempore. i. in domini aduentu: & Apost. prædicatiōe,
[reliquiē saluē factę sunt] de quibus supra dictū est, si fue-
rit numerus filiorum Israel, sicut arena, maris, reliquię sal-
uę fient. Sicut tēporibus Elię, dono gratię dei, multi refer-
uati sunt, ne adorarent idola, sic temporibus Apostolorū,
multi ex Iudęis secūdū electionem gratiæ dei saluati sunt,
veniendo ad fidē, qui & reliquię appellantur. Et confide-
rādum: quia [secūdū electionē gratię dei], i. secūdū præde-
stinatiōnis donū saluē factę sunt: nō secūdū merita operū
Ephes. 1. ipsorum. Vnde dicit ī epistola ad Ephes, sicut elegit nos, in
quit, ante mundi cōstitutionem in ipso. i. in Christo: vt es-
semus sancti & immaculati. [Si autē gratia] salui facti sūt
illi qui crediderūt ex Iudæis [iam nō] fuit illud [ex operi-
bus legis] per quę putabāt se iustificari posse illi qui in in-
fidelitate remāserunt [Alioqui gratia iam nō est gratia],
Hoc est: si aliter salui facti sunt, quod non potest fieri nisi
gratia dei, ergo ipsa gratia iam nō erit gratia, sed meritū
[Quid ergo?] subaudiendum est, Hoc proculdu-
bio [quod querebat Israel: hoc non est consecutus: ele-

ctio autem consecuta est] Quid querebat Israel? Opera le-
gis p̄ficere sine gratia Christi, & ex ipis operibus iustifi-
cari sine gratia Christi, & sine fide euāgelij, quod idcirco
non est consecutus, quia neq̄ opera legis valuit implere si-
ne gratia Christi, neq̄ iustificari sine fide illius. Hoc tamē
de illis intelligendum est, qui ad fidem Christi noluerunt
transire. De transeuntibus vero ad Christum subinfertur
Electio autem consecuta est. i. illi qui electi sunt ex eadem
plebe. Quod supra appellauit reliquias, nunc eiectionē vo-
cat: & sicut in præcedētibus circūcisio pro Iudęis, sic & hic
electio pro electis accipitur, qui consecuti sunt iustificatio-
nem per fidem, qua crediderūt in Christū: quanuis & ele-
ctio ad credentes gentiles etiā possit referri qui vnus es-
fecti sunt cū Iudęis fidelibus. Tale est & illud Psalmistę: Iu
Psal. 10. stus dominus & iustitias dilexit. i. iustos, amatores iusti-
tię [cæteri vero excecati sunt] tenebris infidelitatis, Sicut
enim ille qui fidē habet, in luce dicif consistere, ita q̄ infide-
lis est, in tenebris ignorantie manet, Vnde idem egregius
Ephes. 4. prædicator credentibus dicit: Fuisistis enim aliquando tene-
brę, nūc autem lux in domino [sicut scriptum est: Dedit il-
lis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videāt &
aures vt nō audiant, vsq̄ in hodiernum diem.] Hęc ver-
ba partim sunt Apostoli, partim Isaię prophetę. Quod di-
cit, Dedit illis deus spiritum cōpunctionis, Apostoli verba
sunt quę aut sequuntur, Isaię prophetę, Spiritus cōpunctio-
nis aliqñ in bonam partem accipitur, aliquādo vero in cō-
trariam. In bono accipitur, sicut in Act. apostolorū legit,
q̄ audientes Iudæi prædicationem Apostolorum compū-
cti sunt corde, & dixerūt ad apostolos, Quid faciemus vi-
Actu. 2. rificari? In cōtrariam vero partem accipitur, vt in isto lo-
co: Dedit illis deus. i. habere pmisit, sicut tradidit & indu-
rauit, pro eo quod est, tradi & indurari pmisit. Spiritū au-
tem compunctionis, appellat mentem inuidetię, qua inui-
derunt & inuidēt adhuc saluti gentium. Aliquādo enim
spiritus pro anima ponitur: vt in euāgelio habetur de do-
mino, q̄ inclinato capite emisit spiritum, aliqñ pro mente,
Vthic. Et anima est qua viuificatur corpus: spiritus vero
Ioan. 19. ipsa ratio, qua inter bonū & malum, verum & falsum dis-
cernimus, & non est aliud mens, atq̄ aliud ratio. Spūs autē

compunctioⁿis, idcirco appellatur mens inuidentiæ, quoniam plerumq; dum cernunt homines felicitatem alterius torquentur & affliguntur inde intantum vt etiam inuidē do prorūpant in lachrymas. Ad exaggerandum ergo inuidiam qua torquentur Iudæi de salute gentium, dixit habere illos spiritum compunctioⁿis. Aliter: Spiritum compunctioⁿis malignū spiritum, qui est spiritus perditionis, possumus intelligere, qui dei contemptores in suam potestatem suscipit. Bonus ergo deus, exigentibus culpis Iudæorum, permisit eis habere spiritū perditionis, qui eos perimat in anima, sicut & de philofophis gentium dicitur, q̄ tradiderit illos deus in reprobū sensum: oculos, vt non viderent oculis quidem corporis viderunt Iudæi dominū: & multa miracula ab eo fieri: sed quia immoderate terrenis negotijs intēdebant, oculis fidelitatis & amoris nequaquam meruerunt illū cernere. [& aures vt nō audiāt] subaudi p̄misit eis habere. Audierūt Christum auribus carnis, sed non audierūt auribus cordis, quas dominus requirebat, cum diceret. Qui habet aures audiendi: audiat. Cæcitas igitur & surditas atq; mens inuidentię vsq; in hodiernum diem in Iudæis manet, quia dum nolunt obedire euangelio, ad hoc vt in Christum credant, liuore inuidię succensi, semper invident saluti gentium. [Fiat mensa eorum in laqueū.] Ad mensam solent tractare impij de nece innocentū, sicut Herodes de obtruncatione beati Ioannis: & Holofernes spurcissimus de violatione Iudith. Solent etiam eos vocare ad mensam: vt dolo illos interficiant: sicut Absalon interfecit fratrem suum Ammon. Sic Iudæi intelliguntur super mensas suas tractasse de nece innocentis Christi ideoq; per mensam debemus intelligere collatiōes verborum illorū quas agebant super mensam de CHRISTO. Vnde dicit propheta, Fiat mensa eorum id est collatio verborum Iudæorū in laqueum: vt illaqueentur & inuoluantur: siue decipiātur violatione iniquitatis mensę suę [in captioⁿem] quoq; vt ipsi capiātur. Fiat illisetiam [in scādalum] hoc est in ruinā, vel offensionem siue in rixam: quatenus offensa omnipotentis dei incurretes: ruinā patiantur damnationis: & inter se rixas gerant & contentiones. Scandalum siquidem Græcū est & sonat in latino sermone offensam: ruinam: vel rixā

Rom. 1.

Luc. 8.

Mat. 6.

Iu. 12, 15.

2. Re. 13.

Pro offensione eū & ruina ponitur, vbi dominus dicit, Vt qui scādalizauerit vnum de pusillis istis. i. qui offenderit, Mat. 18. 1 vel ruere fecerit, pro rixa autē, sicut illo in loco vbi dicit, euangelista, q̄ audito pharisæi verbo scādalizati sunt. i. rixati, hic autē sub vtroq; sensu accipi potest. [& in retributionem] inquit, vt qualia fecerunt in Christum talia retribuuntur illis, & vtriq; ita cōtigit. Verbi gratia. Voluerūt Christi nomen delere de terra, nomen eorum deletum est vt iam non dicatur populus domini. Interfecerunt Christum, interfecti sunt & ipsi gladio Romanorū. Significatur & sacra scriptura per mensam, quæ data est Iudæis in lege & prophetis, sicut Psalmista ostendit, dicens: Parasti in conspectu meo mensam, cuius intelligentiam quia non recte scrutati sunt Iudæi, facta est eis ipsa mensa in laqueum & incætera quæ supra memorata sunt, nolētes in Christū credere, cui omnis illa scriptura testimonium perhibebat: & quoniā ad mortem contra autoritatem illius scripturę tradiderunt Christū, illata est eis retributio, secundum meritum illorum. [Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.] Hæc verba nō optantis voto, sed p̄dicentis officio dicuntur: Obscurentur oculi cordis eorum, i. intellectus eorum, vt nō intelligāt Christum filium dei esse. Et dorsum eorū semper incurua, sicut qui graue onus portat incuruatur in terram, ita quodammodo peccator qui pondere peccatorū premitur, incuruatur, sicut Psalmista deplorat, dicens, Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū [Dico ergo, Nūquid offenderunt] Iudæi [vt caderēt?] subaudis solummodo: vt eorum casus nihil profuerit. [Absit] Et est sensus. Nō offenderūt deum Iudæi solummodo propter hoc vt ipsi caderent, sed vt multitudo gentium in eorum locum surgeret, & magnā vtilitatem casus illorum nobis præstaret. Vnde sequitur: [Sed illorum delicto, salus est gentibus vt illos emulentur.] Ac si diceret alijs verbis, In illorum delicto, salus gentibus est procurata, quia nisi Iudæi perissent, nequaquam gentes saluarentur. Delictū dicitur quasi derelictū, & delictū fit in cogitatione, peccatū vero in operatiōe. Dicit & delictum quū nō adimpletur dei mādātū, p̄ctm̄ vero, quū fit quā prohibitum est, sed Apostolus, indifferenter ponit delictū pro p̄ctō



Delictum ergo Iudeorum, mors Christi fuit, & cor impo-
nitens cum infidelitate, cuius morte gentiles sunt redem-
pti: & sacro baptisinate abluti quos debent Iudaei aemula-
ri. i. imitari in fide, vt credentes sicut illi credunt salui fiant
[Quod si delictum eorum diuitiae sunt mundi] Propter de-
lictum Iudeorum, quod commiserunt in filium dei, & propter
infidelitatem illorum ditata est multitudo gentium diuitijs le-
gis, et prophetarum, Pal. & gratia fidei, quia abstulit eis do-
minus omnia ista, & tradidit gentibus, i. se credentibus sicut
in euang. minatus est eis dicens: Auferetur a vobis regnum
dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Magnae & incopre-
hensibiles fuerunt diuitiae Iudeorum, quae totum ditauerunt mun-
dum [& si diminutio eorum, diuitiae gentium, quanto magis plenitudo eorum?] Diminutio hic pro paucitate accipitur & par-
uo numero. Diminutio autem infidelium Iudeorum Apost. fuerunt
aliquae credentes ex eadem plebe, & est sensus. Si paucitas quae
ex Iudeis credidit, tantam salutem attulit gentibus vt pene in
omnes gentes euang. per illos predicatum sit, quanto magis
prodesset, si omnes credidissent? Multo magis prodesset, quia
per omnes gentes iam esset euangelium predicatum ab illis
Apostoli enim alijque credentes ex Iudaeis, diuitiae sunt gentium,
quia per illorum ministerium acceperunt fidem cognitio-
nemque diuinarum scripturarum, vbi notitia dei est, & ip-
si ordinauerunt gentibus episcopos presbyteros, diaconos
& ceteros ordines ecclesiasticos, & vt amplius dicam, quic-
quid boni habemus (gratia dei cooperante ac largiente) per
illorum ministerium accepimus, [Vobis enim dico genti-
bus, quoadiu quidem ego sum gentium Apost. ministerium
meum honorificabo.] Cum ceteri apostoli singulis in locis
sibi destinatis praedicassent, Paulus Apostolus pene omni-
bus gentibus praedicauit, quia a domino audiuit. Longe
mittam te ad gentes. Qua de causa ipse proprie Apostolus
extitit gentium, sicut alio loco testatur, dicens. Qui operatus
est Petro in apostolatam circumcisionis, operatus est & mi-
hi inter gentes, hoc est, qui Petrum constituit principem Iu-
daeorum, me etiam constituit, vt sim princeps & Apostolus
omnium gentium. Bene autem dicit. Ministerium meum ho-
nificabo. i. predicationem in opus vertam. Tunc etenim
praedicator ministerium suum honorificat, quando secundum

Mat. 21.

Cal. 2.

illud quod praedicat, viuere studet, vt quod praedicat ore, ho-
noret & confirmet homo exemplo bonisque operibus. Aliter
Ministerium meum honorificabo, hoc est, gratiam euangelij
non solum gentibus, quibus delegatus sum apostolus, praedi-
cabo, sed etiam Iudeis impertiri curabo. Honor magni-
ficorum, numerositas est auditorum: [si quomodo ad emu-
lationem prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos
ex illis.] Si quo modo ad emulationem prouocem carnem, hoc est
idcirco ministerium meum honorificabo, vt aliquo modo ad
imitandum me prouocem Iudeos ex quibus carnem sum, & me
imitando saluetur, sicut & ego saluus effectus sum, et si non
omnes saltem, vel paucos ex eis saluos faciam. [Si enim amissio
eorum, reconciliatio est mundi, quae assumptio] subaudiis erit
[nisi vita ex mortuis?] sensus huiusmodi est, si amissio Iu-
daeorum qua derelicti sunt a deo propter infidelitatem, gen-
tium reconciliatio fuit, quibus deus ante aduentum filij sui
quodammodo iratus erat, quanto magis assumptio illorum
qua assumuntur ad fidem praestabit electis vitam ex mor-
tuis, statim enim vt illi coeperint viuere deo per fidem, qui
antea mortui erant in infidelitate, aduenit dies iudicij, & re-
surgent omnes de puluere terre, viuenteque omnes electi in
vita aeterna semper cum Christo. Profuit etenim gentibus
ad fidem amissio eorum, proderit & assumptio, quoniam vi-
ta aeterna dabitur electis ex mortuis. Alio modo assumptio-
nis nomine apostoli possunt intelligi, qui fidelibus genti-
bus vita extiterunt. Quae (inquit) assumptio est, nisi vita ex
mortuis? id est, quid aliud sunt assumpti & electi a deo ex
eadem plebe, sicut ego & Petrus: & reliqui credentes, qui
vos etiam assumpsimus ad fidem Christi, viuente per vi-
tam Christi ex mortuis Iudaeis infidelibus. Si enim illi sua
morte infidelitatis reconciliationem praestiterunt mundo
nos qui in infidelitate mortui non sumus, ad vitam aliorum
quasi viui ex mortuis seruati sumus. [quod si delibatio san-
cta est, & massa.] Delibatio est degustatio quaedam, siue pri-
mitiae alicuius rei. Verbi gratia: Quando particula accipi-
tur ex massa conspergetur farinae, & praegustatur cuius saporis
sit reliqua. Nam naturale est, vt omnis res quae vnus
substantiae est, diuisa per partes, in eadem permaneat natu-
ra, & vnus saporis & qualitatis sit: sicut ex fermento fari-

na dinoscitur. Hic autē delibatio sanctos significat apostolos, massa vero patres sanctos, Abrahamā, Isaac, Iacob, Dauid, Isaiam, & reliquos, ex quorum progenie apostoli descēderunt. Ergo si apostoli sancti, & patres quorū fidē ipsi apostoli assecuti & imitati sunt, sancti fuerant. Potest & prepostero ordine non inconuenientius dici: Si massa sancta in patribus, ergo & delibatio similiter sancta in apostolis, cæterisque credentibus, qui fidē patrū veraciter habuerunt. [Et si radix sancta, & rami.] Id ipsum appellat modo radicem, quod superius massam: & idē significant rami, quā delibatio. Patres videlicet veteris testamenti, sunt massa & radix: quia de illorū profapia sumpta est delibatio & processerūt rami, id est apostoli, sicut ergo radix bona bonum succum diffundit, per ramos ubi sunt fructus boni sapientia: ita apostoli qui originē duxerūt a sanctis patribus & eorum fidem imitati sunt, sancti & boni fuerunt. Iā superius in hac epistola alteram massam posuerat, qua significatur mortalitas & peccatū Adā, & ex quo fiunt quedam vasa in honorem per misericordiam gratiæ dei: quādā vero iusto dei iudicio in cōtumeliā. Hic vero massa in bono accipitur. Potest & per radicē intelligi Christus, per ramos autem, apostoli aliique credētes: quia sicut a radice emittitur succus in ramos vt viuāt, ita & in Christo viuūt omnes credentes ab illo omne bonum accipientes, cuius & mēbra sunt. [Quod si aliqui ex ramis fracti sunt] in infidelitate remanendo, [tu autem cū oleaster esses,] totus scilicet paganus [infectus es in illis] id est in locum illorū successisti [& socius factus es radicis] id est fidei sanctorū patrū, [& pinguedinis oliuæ] gratiæ videlicet sancti spiritus [noli gloriari] neque extolli [aduersus ramos] in infidelitate manentes. Nam illi sancti patres spiritum sanctū habuerunt, unde & vncti dei appellabātur, sicut est illud: Nolite tangere christos meos, quod de Abraham, Isaac & cæteris intelligendum est. Aliter: Per radicē iterum alio modo possimus intelligere CHRISTVM, vt sit sensus: Socius radicis, id est CHRISTI, & pinguedinis oliuæ, gratiæ videlicet spiritus sancti factus es, ne extollaris in superbiam, ne amittas gratiam quæ data est tibi. Gentiles alloquitur Apostolus, & loquitur omnibus quasi vni. Ramos fractos

Psal. 104.

(vt diximus) appellat Iudæos in infidelitate manentes qui a radice. i. a fide patriarcharum: vel a christo recesserūt oleastrum autem gentiles qui infructuosi ante domini aduentum erāt: agrestem vicam ducentes, & est sensus O gentilis, si videas aliquos Iudæorū a gratia CHRISTI alienos existere, & a fide patriarcharum & te in locū illorum esse, sociumque factum fidei patrum, & Christi, atque gratiæ spiritus sancti, noli despiciere illos, neque extollaris, ne forte amittas gratiā que data est tibi gratis. [Quod si gloriaris] cōtra eos qui lapsi sunt, attende quia [nō tu radicē portas, sed radicē te] Quasi diceret: Si vis extolli, audi vnde humilieris, Nō portas tu radicem id est nihil confers patribus sanctis, qui te præcesserūt, sed radicē te portas, quia eorum fide saluaris. Tu enim accepisti ab eis, illi non acceperunt a te, Aliter. Non portas radicem id est Christum, cui nihil ex tuo tribuis: sed ipse te portas a quo habes quicquid boni habes, & insuper ab illo habes esse. [dicis ergo] mihi o gentilis: [fracti sunt rami] increduli scilicet Iudæi abiecti sunt [vt ego] gentilis [inserir] in locū illorū. [Bene] subaudis dicis, quia ita est: sed attende quod sequitur: [ppter incredulitatem fracti sunt rami] quia noluerunt Iudæi in Christum credere, lapsi sunt in mortē damnationis, fracti a gratia dei [tu autem fide] Christi [stas] non tuis meritis. Ideoque noli gloriari. [Noli altū sapere]. i. noli superbire, [sed time] credere. Dei enim bñficiū est, quod vocat⁹ est: nō tuū meritū. Iuxta quod idē egregius p̄dicator alias dicit, Gratia salui facti estis, & hoc non ex vobis, Dei enim donū est, nō ex operibus, vt ne quis gloriatur. [Si enim deus natura libus ramis nō pepercit, ne forte nec tibi parcat] Naturales ramos appellat Iudæos, qui ex sanctis patribus & deo dilectis originem traxerunt, & est sensus: O gentilis confidera, quia si deus Iudæis non pepercit, qui a sanctis patribus originē duxerūt, & ex quorū gente ipse carne assumpsit, multo magis nec tibi parcat, si a fide dei recesseris, qui oleaster eras, vel si in superbiæ fastu te eleuaueris despiciēdo Iudæum. [Vide ergo bonitatem & seueritatem dei] Seuerus iudex dicitur, qui in nullam partē suum iudiciū flectit, sed per rectitudinem incedit: Seueritas vero dicitur iudicium, quo nulli adulatur, sed iuste omne iudicat.

Bonitas autem pietas gratiæ & misericordiæ, qua bona prestantur hominibus [in eos quidem] Iudæos [qui ceciderunt seueritatem], i. iustissimum iudicium exercuit. [in te autem bonitatem dei] hoc est gratiam pietatis monstrabit. [si permanseris in bonitate] id est in fide recta [Alioquin & tu excideris], i. si a fide recesseris, penitus peribis. Distat autem inter frangi & excidi, quia fractus ramus potest ut cunctæ arbori suæ resolidari: excisus, nullatenus. Et notandum quia Iudæos dixit fractos, qui prædicante Elia & Enoch, solidabuntur in fide Christi, gentiles autem si a fide Christi recesserint, penitus abscindendos a gratia dei, ac deinde perdendos, unde sequitur, [Sed & illi] subaudis Iudæi, & fidei patriarcharum. [Potest enim deus iterum in ferere illos] fidei Christi. [Nā si tu ex naturali præcisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ.] Gentilem alloquitur superbiētem contra ramos, qui fracti sunt & qui gloriā quasi suis meritis meruerit saluari, & dicit, si tu o gentilis, per gratiam dei separatus es a paganismo & ab his qui ab exordio sui diuersis erroribus a deo sunt separati, & contra consuetudinē insertus est in bonam oliuam, hoc est in fidē præcedētium patrū, qui pinguedinē sancti spiritus habuerunt, quanto magis Iudæi secundum naturam inserentur suæ oliuæ, fidei videlicet patrū suorum. Quod dicit contra naturam insertū esse ramū oleastri in oliuam, more humano loquitur, quia naturale est ut furculum bonæ arboris iuleramus in trunco malæ, non furculum malæ, in bono trunco, & hoc insertio dicitur. DEVS autem conditor & creator omnium rerum & naturarum, nihil contra naturam facit. [Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc] Mysterium est, res occulta, & secretum aliquod in se continens. Alloquitur ergo gentiles credentes ut consistere qua de causa salui facti sint, suis meritistam gratia dei, & Iudæi abiecti, & dicit, Occultum & secretum dei iudicium, quantum homo penetrare potest, nolo vos lateat, quare Iudæos quondam populum peculiarem abiecerit, & gentes peccatrices per fidem sibi copulauerit, & cuius rei gratia hoc admonuerit perpendere, sub-

infert & dicit [ut non sitis vobis ipsis sapientes], i. ut non superbiatis. dicentes vos proprijs meritis fore saluatos, ac per hoc alios despiciatis, Sibi enim sapiens dicitur, qui donum quod habet, non dei gratiæ, sed suis meritis & studio deputat. Qui autem secundum deum sapiens est, in beneficijs dei non insultat abiectis, sed cum timore gratias agit misericorditer, Aliter: Sibi fit sapiens, qui quemlibet peccatorem despicit, cum potius ex consideratione peccatoris humiliter conueniat: quia omnes sumus vni⁹ naturæ, licet non eiusdem gratiæ. Ipse ergo Apostolus demonstrabit de quo mysterio loquitur, [quia cecitas ex parte contigit in Israel] Recte dicit, ex parte contigit cecitas, & non ex toto, quia reliquæ ceciderunt. Cæcitas vero contingit in Israel non corporis, quæ fit amisso lumine oculorum, sed cordis, quæ fit te nebris infidelitatis. In his ergo dictis Apostoli quod mysterium sit in lapsu Iudæorum dicimus, sed ex qua profunditate consilij dei veniat, cum ipso Paulo ignoramus: etsi ipse sciebat non esse manifestauit. Dicit enim: quia cecitas ex parte contingit in Israel: [donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fiet.] Plenitudinē autē gentium: non conuersionem omnium accipimus: sed multitudinem earum, quæ aut iam diuina prædestinatione collecta est: aut in futuro colligetur. Plenitudo vero hæc non ad numerum cūctorum pertinet, sed ad numerum a deo præfinitum. Corruerunt itaque Iudæi, ut surgerent gentes. Quis hoc mysterium valet penetrare, cur deus multitudinem gentium spreuerit pene ab exordio mundi, ac tempore scilicet quo confusum est labium vniuersæ terræ, & Iudæos tantum sibi peculiare fecerit qui per lineam Heber descenderunt, iterumque gentes in suo aduentu collegerit, & Iudæos in fine mundi recipiendos abiecerit? quis inquam tam subtile dispositionem diuinam inuestigare sufficiet? [Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob.] Sion ipsa est Hierusalem. de qua Micheas ait, De Sion exhibit lex, Mich. 4. & verbū domini de Hierusalem, Saluator etenim nascendo ex plebe israelitica, iuxta quod Isaias olim propheta c. 8. E sa. 8. cinerat, dicens: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, veniet de Sion, siue de Hierusalem. Ponendo vero membra sua in cruce, propriumque sanguinem fundendo, & lauacrum

baptismatis dādo, cripuit tā gētes q̄ & illas reliquias quę ex Israel crediderūt, quod ante nemo facere praualebat. auertit nihilominus impietates ab Iacob, ab his videlicet, qui crediderunt ex Iudæis in primo aduentu illius, auertit quoq; pleniter & ab his, qui suscepta gentiū multitudi-
 ne conuertentur & saluabuntur, sicut scriptum est, Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus suis: & cū plenitudo gentiū intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. [Et hoc te dñō: Pœnitentiā agite, appropinquabit regnū cælōrum & euangeliū. Et potest hic utrūq; intelligi, promissio videlicet regni cælōrum & euangeliū in quo ipsa promissio continet, dicēte dñō: Pœnitentiā agite, appropinquabit regnū cælōrum De hoc testamento dictū est per Ieremiam: Feriā (inquit) cum eis pactum nouū & testamentū nouum scribā in cordibus eorū. Sequit. [cum abstulero pctā eorū] His verbis demonstrat, quod licet quorūdam credētium ex eis peccata sint ablata, in fine tamē seculi p̄ baptismi gratiam pleni us auferentur. [Secundum euāgelium quidem inimici dei propter vos] Non ait, secundum legem, quam pro viribus suis Iudæi amulabantur, sed secundum euangeliū quod ipsi cōtēnebāt, vbi narratur qualiter dominū morti traderint. Ergo quātum attinet ad euangeliū, quod Iudęi nō recipiunt, inimici sunt Christi & eiusdem euangeliij. Hęc inimicitiam idcirco Iudæi incurrerunt, vt gentes credere possent, & hoc est quod dicit, propter vos o gentiles, vt vos crederetis, inimici dei, facti sunt Iudæi secundum euāgelium, i. secundum quod euangeliū loquitur. Siquidem in euāgelio refert, qualiter impij Iudæi peregerūt necem Christi, p̄pter quā incurrerūt inimicitia dei, quod quia in infidelitate permanserunt, [secundum autem electionem charissimi propter patres.] Non sic intelligendū, est & qui appellātur inimici dei, ipsi sint & charissimi, prefertim cū Iudæi vna gens sint, quæ diuiditur in credētes, & non credētes. Igif Iudæi alieni a fide C H R I S T I, inimici sunt dei charissimi vero illi, q̄ p̄ electionē, siue prædeterminationem dei sunt iustificati: de qua dicit, Qui elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionē, vt essemus sancti & immaculati qui propter patres, i. Abraham & cæteros, charissimi nun-

cupātur, qm̄ exemplar iustitiæ & fidei præcedentium patrum illi qui credūt, veraciter tenēt. [Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei.] Pœnitentia enim pro mutatione accipitur nōnunquam in sacra scriptura, sicut habes de mino dicēte ad Samuelem: Pœnitet me regem fecisse Saul super israel, vngē filium Isai. Dū præcipit vngi filium Isai, ostēdit se immutare dispositionē facti sui, ideoq; dicit, pœnitet me. Et alibi: Turauit dominus & nō pœnitebit eū id est non mutabitur voluntas eius. Verum q̄ dicit, dona & vocatio dei intelligitur ordine prepostero. Primum enim vocat deus ad fidē suam secundum electionē gratiæ, post modum vero cōfert dona spiritus sancti & præmia vitæ. Igitur sine mutatiōe sunt dona et vocatio dei i his, de quibus supra lectum est, Quos prædestinauit: hos & vocauit non in his de quibus dicitur: Multi sunt vocati, sed pauci electi Aliter: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei in illis qui ad fidem dei ventunt. Verbi gratia, Vocatur quis expaganifino: baptizatur: et ab omni reatu absoluit: quid boni fecit vt vocaretur, & vt donum remissionis omnium culparum consequeretur? Neque enim ieiunauit: neque in elemosynis: vel annorum computatione in pœnitētia culpas deleuit. Dicamus et apertius: Nascitur quis cum originali peccato: addit deiceps multa actualia: si crediderit: vocatus est: baptizat? statim ab hac vita subtrahitur: accipit dona perennis vitę: Ecce dona & vocatio dei sine pœnitētia. [Sicut enim & vos aliquando non credidistis deo: nūc autem mīam cōsecuti estis propter illorum incredulitatē: ita & isti nunc nō crediderunt in vestram misericordiam vt & ipsi misericordiam consequantur.] Misericordiam appellat isto in loco Apostolus, fidem, gratiam baptismatis, remissionem peccatorum, & donū spiritus sancti, pariterque recōciliationem, qua reconciliati sunt gentiles deo, & insuper quicquid boni post domini aduētum gratis a deo perceperunt, ostēdens, quia sicut gentiles in primo domini aduentu misericordiam dei sunt consecuti, ita & Iudæi consequentur, appropinquante secundo aduentu, per prædicationē Eliæ & Enoch: iuxta quod idem egregius prædicator alias loquitur, dicēs. Cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet, sicut inquit: vos

Psal. 120.

Mat. 1.
Hier. 21.

Eph. 1.

1. Re. 14.

Psal. 106.

Roma. 8.
Mat. 20.

Sup. eodē

gentiles aliquando nō credidistis deo, nunc autem in dñi aduentu per prædicationem apostolorū mīam oīpotentis dei cōsecuti estis propter Iudæorum incredulitatē, ī quorum loco credendo subintraſtis, ita & ipsi Iudæi nunc non crediderūt in vestram misericordiam quę vobis a deo data est. i. in isto tempore quā vos mīam cōsecuti estis vel in vestra mīa dicit, hoc est vt vos mīam cōsequi potuissetis, Casus etenim illorū, salus fuit gentiū. Poterat aliquis dicere: Quare non crediderūt Iudæi in primo dñi aduentu? Ad hæc Apostolus, vt gētes (inquit) misericordiam consequerentur, & ipsi postmodum in fine seculi consequantur. Si enim in primo domini aduentu credidissent ex legis operibus se iustificatos putarent, in fine vero seculi cum crediderint, misericordiam consecutos se non dubitabūt. Vnde subdit, [Cōcludit deus omnia] id est omnium hominū genera [in incredulitate] id est cōcludi permisit intra incredulitatem [vt omnium misereatur.] Conclusos esse ostēdit tā Iudæos quam gentiles sub peccato incredulitatis, Iudæos quidem legem naturalem & scriptam destruendo, gentiles vero naturalem legem calcando. Sed vt clarior fieret ei⁹ gratia, qua dimittuntur peccata, his ita conclusis placuit ei tunc abolendis peccatis hominum, sacramentū remissionis afferre, quādo nemo poterat de suis meritis gloriari. Increduli siquidem fuerūt gentiles, sed misericordiā dei ab eo vocati, cōsecuti sunt. Sunt modo & Iudæi increduli, sed miserebitur eorum. Quare tamen multitudinem gentium tanto tempore abiecerit deus, Iudæos vero dilexerit, & postmodum in aduentu suo gentibus ad se collectis Iudæos abiecerit, solus ipse nouit qui conspicit omnia. Cōsiderans apostolus tantas esse diuitias bonitatis dei, & tātum opus diuinæ sapientiæ, cum non potuisset hoc comprehendere, subito in interioribus oculis cordis, stupore simul atque pauore percussus, exclamauit & dixit [O altitudo diuitiarum sapientię & scientię dei] Altitudo, sublimitatem & profunditatem significat. Sapientia accipitur in diuinis rebus, scientia in humanis. Sublimis ergo & profunda est abundantia sapientiæ diuinarum humanarumque rerum apud deum, qui solus sicuti sunt omnia intuetur, & ad cuius notitiam omnis sensus noster cōfunditur.

[quā incomprehensibilia sunt iudicia eius,] quibus angelos & homines iudicat, seu Iudæos atq; gentiles, ex quibus nunc istos elegit, nunc illos abiecit [& quam inuestigabiles viæ eius] quibus a gentibus ad Iudæos, & a Iudæis ad gentes transit & quibus iterū a gentibus ad Iudæos transiturus est. Vel per vias, possumus accipere actiones dei quibus omnia operatus est, quę vtique inuestigabiles sūt [Quis enim cognouit sensum domini?]. i. intellect⁹ eius profunditatē quis penetrauit [aut quis cōsiliarius eius fuit?] Pateris cōsiliarius vnigenitus filius eius est, qui & angel⁹ magni cōsiliij appellatur, sed ex hominibus & angelis nullus eius fuit cōsiliarius. [Aut quis prior dedit illi] sub audis fidem suam aut aliquod bonū opus anteq̃ ab ei⁹ gratia preueniretur [& retribuēt ei?] merces a domino, ex hoc quod fidem suam prior ei dedit. Quidam voluerunt cōtra hoc, intelligere centurionē Cornelium bonis suis meritis exigētibus a deo accepisse fidem quasi causa remunerationis, propter elemosynas scilicet & orationes quibus instabat. Qui idcirco ignorāter locuti sunt, quoniam a fide venit ad bona opera agenda nō ab operibus ad fidem, nisi enim Cornelius fidē primum habuisset, præuentus ab inspiratiōe diuina, nequaquā bona opera habuisset. Sed (sicut beatus Gregorius dicit) præuentus est a deo: vt haberet fidem vnus deitatis nō tamen trinitatem personarum in deo esse cognouit, quoadusq; Petrus ad eum est missus. Vnusquisque autem deo fidem & opera sua tribuit, quando eius gratia preuentus credit in eum, & bona opera exercendo, ita deo voluntati eius placere. [Quoniam ex ipso.] id est ex patre, sunt omnia, quia ab ipso originem sumpserunt, [& per ipsum] id est per filium sunt omnia, quia per illū omnia facta sunt [& in ipso]. i. in spiritu sancto [sunt oīa] quia in illo cōsistunt. Ecce trinitas personarum. Quod vero subdit [Ipsi gloria, trium personarum vna & singularis substantia declaratur, sicut & Isaias etiam dicit se audisse dicere Seraphin: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Ter dicit de personis sanctus, & vna tantummodo vice de maiestate dominus. Similiter & Psalmista, Benedicat nos deus Pater, benedicat deus filius, benedicat nos deus spiritus sanctus, & metuāt eum omnes fines terræ. Quod vero

Esaia. 9.

Actu. 10.

Esaia. 6.

Psal. 66.

ait, ex ipso deo patre sunt omnia, attendendum est, quod non dixit de ipso, aliud est enim ex ipso, aliud de ipso. Omne enim quod est ex ipso, non est de ipso, sed quod est de ipso, hoc utique et ex ipso. Verbi gratia, filius ex patre est: quia ab illo originem accepit, & de ipso, quia de eius substantia est. Domus vero que edificatur ex lignis vel lapidibus: ex ipso homine est a quo fit, & a quo originem habet: sed non est de ipso. id est de eius substantia. Deus igitur creator omnium spiritus est inuisibilis atque immutabilis, creatura vero omnis mutabilis est. Ergo non de immutabili substantia eius creata sunt omnia, sed ab immutabili deitate cuncta sunt ex nihilo facta: ac propterea ex ipso patre sunt, quia ab illo originem ducunt.

CAPVT XII.

Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.] Quia supra dixerat Apostolus. Concluserat deus omnia in incredulitate: ut omnium miseretur, ostendens quod siue Iudaei credentes siue gentiles, non suis meritis, sed misericordia & gratia dei saluati sunt obsecrat eos modo, & omnes credentes per eandem misericordiam, qua redempti sunt sanguine Christi, & tempore baptismatis ab omnibus sordibus abluti, ut exhibeant corpora sua hostiam uiuentem & dicit: Obsecro vos per misericordiam dei: ac si diceret: Non per potentiam magisterialem vobis impero, qua sum vester magister & Apostolus, sed obsecro & deprecor quasi socius, quia propter & fratres eos appellat non carne, sed fide, recolens illud quod saluator fidelibus dixit: Omnes vos fratres estis, quia vnus est pater vester, qui est in caelis. Hoc (inquit) obsecro per misericordiam dei, qua saluati estis, ut exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem. Erant apud Romanos Iudaei credentes, qui victimas & hostias legales deo Hierosolymis in templo obtulerant, hos hortatur ut iam non boues, non hircos, non arietes, sed semetipsos hostias deo spirituales immolent. Si quis dem quando ista scribebat Apostolus, adhuc templum Hierosolymis stabat, et necdum erat subuersum a Romanis. Hostia igitur & immolatur & uiua est, quando homo ab hac vita non deficit, & carnalibus vitijs se occidit mor-

Mat. 22,

tificando membra sua cum peccatis & concupiscentijs. Verbi gratia: Fuit superbus, efficitur humilis, fuit luxuriosus, efficitur castus: fuit gulosus efficitur temperatus, appetitor parimonie existens, omnisque frugalitatis. Sic uiuit homo uirtutibus, & moritur uitiis. Hostiae appellabantur in veteri testamento animalia, quae adducebantur ad ostium domus domini, ibique sacerdotibus tradebantur, uictima uero dicebatur a vinciendo, eo quod funibus & restibus uincta animalia ad sacrificium adducebantur. Quantum uero ad paganorum pertinet ritum, hostia dicebatur sacrificium quod offerebatur idolis, quando contra hostes dimicandum erat, uictima uero dicebatur sacrificium, quod uictoria posita, diis pro gratiarum actione offerebatur [sanctam] Corpora nostra fieri debent hostia sancta: quia templum sunt spiritus sancti, iuxta quod dicitur alibi: Templum dei sanctum est, quod estis uos. Et rursus: Nescitis quia membra uestra templum sunt spiritus sancti? oportet ergo sancta esse corpora, quae dei sunt habitacula, [deum placentem] id est a uitiis & peccatis separata, quia qui uitiis se subtrahit & uirtutibus imbuuit, deo utique placet, [rationabile sit obsequium uestrum.] Obsequium proprium dicitur obedientia, ab eo uerbo quod est obsequor, sed hic ab Apostolo pro cultu diuinae religionis ponitur, quod olim apud Iudaeos quodammodo irrationabile fuit, quando putabatur inuisibili & incorporeo deo, per corporales uictimas & sanguinolentas se posse placere, & a peccatis mundari. Neque enim ad rationem pertinet, ut rationalis creatura quae est homo, irrationabilia pro se offerat. Itaque rationalis cultus est, ut deo qui est spiritus, mens hominis offeratur, mortificata a uitiis. Quoadocumque enim uicia carnis & recidua peccata in nobis mortificamus, uirtutibusque pollemus, hostia uiua atque rationalis efficitur. Sed fortasse quaeret aliquis, quare deus omnipotens legales hostias uictimasque sibi praecipit offerri, si ipse per illa sacrificia offerentibus placabilis non reddebatur, adeo ut peccata eis indulgeret? Cui respondendum est, ob duas praecipue causas hoc a deo praecipuum esse: Vel quia prouident animi Iudaeorum ad idola colenda, atque ideo tolerabilis erat DEO a se creata sibi offerri quam demonibus. Vel quia uerum sacrificium futurum erat in mun-

1. Cor. 3,
1. Cor.

do, dominus videlicet Iesus Christus, qui sua immolatione abstulit peccatum mundi, quod omnino dignum erat vt haberet figuratiua sacrificia longe antequam veniret, vt per illa typica facilius perueniret ad istud verum: Siue etiam tertia causa mysterij fuit, vt illa offerretur sacrificia typica, quatenus istud sacrificium praefiguraretur, quod quoti die in ecclesia pro salute fidelium offertur. [Et nolite conformari huic seculo.] Per seculum hic non debemus intelligere presentem vitam: quae semper annis, temporibus, diebus noctibus, horis atq; momentis voluitur, sed homines per carnalem conuersationem seculo deditos, paganos videlicet. Iudeos, haereticos, falsosq; Christianos, quibus non debemus assimilari & cōsociari, nec eorum vitiis inquinemur & nostris. Nolite (inquit) cōformari huic seculo. i. nolite si miles fieri amatoribus huius seculi, qui virtutes despiciunt, & vitia sectantur, [sed reformamini in nouitate sensus vestri] per studium lectionis & meditationis veteris testamenti & noui. Quotidie sensus noster & intellectus innouatur & reformatur dum proficimus, & magis ac magis in sapientia credimus, ea de deo intelligendo, quae antea ignorabam. Reformatur etiam in nouitate sensus noster, dum proficit in nobis opus bonum, quia quanto intellectus in effectum operibus vertit, tanto amplius innouatur. Dicamus apertius. Erat quis in litera legis positus, non pernebrabat interiora, transit ad euang. didicit qd lex spiritaliter debeat intelligi, atq; ita reformatus est in nouitate sensus sui, dum amissis tenebris carnalis intelligentiae: ad fructum transiit spiritalis allegoriae. Sic intelligendum & de his, qui sprete virtutis, ad virtutes transeunt, & dum proficiunt de virtute in virtutem, quotidie innouantur, [vt probetis quae sit voluntas dei] Qui sacras scripturas sedulo legit, ille inuenit, quae sit voluntas dei, id est: quid deo placeat, quidue displiceat: vel quomodo voluntas eius impleri possit. In omnibus etenim actionibus nostris: debemus perpendere vtrum deo accepta sint opera quae agimus ac non [bona: & beneplacens: & perfecta] bona voluntas dei est, quia bona desiderat semper. beneplacens, quia omnia bona placita sunt ei perfecta: quia nihil duplicitatis placet ei: sed ea quae sincero animo fiunt. Aliter: Bona in fide: beneplacens in spe futu-

tuorum honorum, perfecta in charitate. i. in dei dilectione & proximi. Haec enim tria voluntate dei perficiunt. Siue aliter bona voluntas dei est in coniugatis, beneplacens in viduis perfecta in virginibus. Hi tres ordines, si secundum voluntatem dei & virtutum tramitem processerint praemiis voluntatis dei donabuntur [Dico enim per gratiam quae data est mihi, oibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem.] Gratiam in hoc loco, secundum beatum Ambrosium, sapientiam debemus accipere, quae Paulo gratis data est sine suis meritis in scientia veteris & noui testamenti, & in linguis omnium gentium. Dicit enim beatus Augustinus in quodam sermone suo. Diuinitus ita procuratum esse Apostolo, vt quia omnibus gentibus erat praedicaturus, maiorem sapientiam praeter omnibus Apostolis haberet vt omnibus philosophis gentium & simplicibus esset sufficiens. Vnde & Petrus in epistola sua laudat illum, dicens Sicut (inquit) frater noster Paulus praedicat in omnibus ecclesijs secundum sapientiam sibi a deo datam. Quod 2. Pet. 3. autem dicit, omnibus qui sunt inter vos, simpliciter potest intelligi, vt dicatur. Omnibus dico qui sunt inter vos, & altiori intellectu, vt illos alloquatur qui per fidem deo adhaerebant qui semper habet esse, Deus enim solus est qui ipse substantialiter habet esse, sicut ad Moysen dicit. Ego sum qui sum. & Ego sum deus Abraham &c. Quicumque ergo illi adhaerent, illi sunt, sicut & qui non adhaerent, non sunt: ergo qui sunt dicit. i. qui per fidem quae per dilectionem operatur, deo copulantur. Et quid dico. Hoc utique dico & praecipio, non plus sapere quam oportet sapere, id est non superbire Hoc dicit contra gentiles tumetes, qui insultabant Iudeis tanquam ramis fractis. Plus enim quam oportet, sapit qui propter alterius miseriam se extollit, cum potius humiliari debeat, ne & ipse cadat. Dicendum & propter eos qui sanam doctrinam non sectantes, quaedam falsitatis dogmata componunt, quibus simplicium animos corrumpunt, non plus sapere quam oportet sapere. Oportet denique vt viam praecedentium doctorum imitetur, & ingenium presentium magistrorum, adimplens quod dicit sapientia, Ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui, sed sapere ad sobrietatem, id est, ad temperantiam Sobrie nanque

sapit, qui agnoscit quid ipse sit, & sicut coram deo in Christo loquitur. Hoc præceptum transgressi sunt omnes heretici & vnicuique subaudis, dico sic debere sapere [sicut deo diuisit mensuram fidei.] In fide namque mensura est, quantum ad nostram capacitatem attinet, quia alius plus, alius minus credit. Maiorem enim fidem habuerunt Apostoli, montes transferendo, quam nos habeamus. Siue intelligitur hic mensura in donis fidei quia habentibus fidei, alij datur sermo sapientia, alij sermo scientie, &c. Et huiusmodi mensura secundum rationem fidei datur, quoniam non nisi fide tenentibus tribuitur. Intelligit & fidei ministerijs ecclesiasticis, qui secundum modum suum debet peragi, & non ultra licitum usurpant. Verbi gratia: Presbyter es, non usurpes episcopi ministerium, diaconus es, noli tibi vendicare aliquid ex officio presbyteri. Sic de ceteris ministerijs & gradibus intelligendum est [si cut enim membra multa habemus in vno corpore, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vni corpus sumus in Christo.] Sicut in vno corpore multa membrum corpus faciunt, ita multitudo fidelium coniuncta per fidem & dilectionem capiti suo quod est Christus vnum corpus sunt cum illo, verum membra corporis nostri propria habent officia, ut oculi videndi, aures audiendi, & reliqua similiter. Et sicut vnum membrum alterius membri non usurpat officium, sic vnusquisque nostrum non debet inuadere alterius ministerium. Et tamen sicut oculi vident toto corpori, & aures audiunt, & os loquitur: & manus cooperantur suo corpori, sic debent agere & spiritalia membra ecclesie. Oculi sunt qui alijs ministrant spirituale lumen sicut doctores: Aures, boni auditores, qui verba magistrorum humiliter audiunt, Nares, qui scientiam discernendi inter factores vitiorum & odores virtutum obtinent. Os qui alios erudiunt: Manus, qui alijs ministrant necessaria sicut sunt eleemosynarij boni, Pedes qui pro sanguine innocio liberando, & ad infirmos visitandos currunt. Hæc sibi inuicem prospicere & ministrare debent. Quapropter & infert Apostolus. [singuli autem alter alterius membra,] quia vnusquisque iuxta gratiam sibi diuinitus collatam alios iuuare debet, ut sint sibi inuicem membra, & in spiritalibus, & in temporalibus, [habentes autem donatio-

nes secundum gratiam quæ data est a nobis differentes] In hoc loco defectus dictionis est. Quapropter necesse est ut subaudiatur aliquid ad comprehensionem sensus, Dicatur itaque hoc modo: Sumus igitur nos habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis a deo, differentes & ab inuicem distantes sicut & membra corporis. Verbi gratia. Oculus non est auris, nec auris oculus, sic sunt in ecclesia qui sunt oculi, & non sunt aures, sunt aures & non sunt oculi, sunt doctores, sunt auditores, sunt eleemosynarij, et ceteri ordines in quibus diuisa est gratia. Gratia dicitur gratis data, & quicquid habent fideles donorum & donationum, gratia dei est, quia sine suis meritis illud perceperunt [siue prophetiam] subaudis quis habet, [siue rationem fidei,] habet illam, quia fides hoc promeruit. Si enim non credidissimus, prophetiam spiritum nequaquam accepissimus. Legitur Agabus propheta post domini ascensionem, & quatuor filiarum Philippo. Ipsi etiam Apostoli prophetiam fuerunt, quia futura præmia electorum & penas reproborum prædicabant suis auditoribus. Alio modo prophetiam hic pro doctrina possumus accipere, ut sit sensus, siue prophetiam, id est doctrinam quis habet secundum rationem fidei, dispenset illam, nec plus sapiat quam oportet sapere. Rationem autem fidei: veritatem catholicæ fidei dicit, secundum quam debet quilibet doctor dispensare prædicationem suam, ne forte a veritate deuiet. [siue ministerium] subaudis quis habet, [in ministrando] non plus sapiat quam oportet sapere, in ministerio etenim gratis a deo sibi collato, nemo superbire debet, id est non plus sapere quam oportet sapere. Habes quod ministres pauperibus & orphanis, noli superbire: quia gratis tibi a deo datum est. Potest & de ministerio ecclesiastico intelligi de quo nemo debet superbire, licet sit episcopus, licet presbyter, aut pater monasterij constitutus, sed magis debet se humiliare, attendens illud quod dicitur. Omnis qui se humiliat, exaltabitur, & quanto magnus es, humiliat te in omnibus. [siue qui docet in doctrina] subaudis quæ illi a deo gratis data est, non debet plus sapere quam oportet sapere, hæc autem doctrina in veteri & nouo testamento intelligitur. [Qui exhortatur, in exhortando] subaudis non debet plus sapere quam oportet sapere, quia non oportet

Actu. 11.

Luc. 41.

inde superbire. Hoc aut animaduertendum, hucusque subaudiendum esse a superioribus huius epistolę. Non plus sapere quam oportet sapere. Exhortatio est species predicatiōis & doctrinę, & maxime ad dolere & desperare respicit. Verbi gratia. Sunt multi doctores qui sapientia diuinarum scripturarum pollentes pariterque eloquentia verborum florentes tota die alloquuntur populum, disputantes de rectitudine fidei, de appetitu virtutum, & execratione vitiorum, de felicitate perpetui regni, & perditione inferni: & protelato sermone pene usque ad solis occubitum, exemplum consolationis lapsis minime proferunt. Interim vero dum audit aliquis ex circumstantibus penas inferni, quę ab illis minantur his que criminalibus delictis tenentur obnoxii, & recollit se aliquod facinus grauissimum perpetrasse, homicidium videlicet adulterium aut aliquid horum: ob immanitatem sceleris sui tristitia desperationis perfunditur, quia non audiuit verbum consolationis a predicatore, quę si inuenerit quilibet simplex predicator statim percotando perquirat ab eo cuius rei causa tristetur, moestusque incedat, & cōperta causa cōsolatur illi verbis simplicibus, quibus valet, simulque hortatur ne desperet de venia salutis, dās pariter exempla consolatoria, ac dicens. Quid in desperationis malum laboris? Considera (si males) misericordias domini quanta sint, de quibus Psalmista dicit: Misericordia domini super omnia opera eius. Numquid Dauid non erat rex & propheta, quando simul patrauit adulterium cum homicidio? & tamen veniam meruit? Nunquid Petrus postquam electus est a domino, nonne negauit illum ter dicens: Non noui illum? & tamen pius dominus postea prefecit illum Ecclesię suę. Nunquid & latro non meruit audire. Hodie eris mecum in paradiso? Talibus verbis exhortaturus illum alloquens qui in desperationem ruerat, in spe venię sistit. Ecce quomodo exhortatio species est predicatiōis [qui tribuit in simplicitate:] id est qui eleemosynam pauperibus largitur & doctrinam in seio, ideo faciat, vt deo & non hominibus placeat. & est subaudiendum. Ita qui tribuit, in simplicitate tribuat [qui preest in sollicitudine] subaudis debet preesse, vt sibi commissos non negligat. Hęc sollicitudo, id est magna cura, circa animas maxime debet esse [qui miseret] subaudis paupe-

Psal. 111.

Mat. 26.

Luc. 25.

ris cibum esurienti porrigendo, & potum sitienti, vestimentum aegenti, & tectum vaganti. [in hilaritate] & gaudio mentis hoc faciat, quia hilarem datorem diligit deus, Cum gaudio etenim mentis eleemosyna danda est, & misericordia prestada. Securus sit de mercede qui huic operi in sistit, quia que parua tribuit a temporaria re cepturus est maxima premia & æterna: quonia eleemosyna quę pauperi largitur in terra a domino recipitur in celo. sicut beatus Ambrosius dicit. Ipse idemque diciturus est electis in die iudicii. Quod enim ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. At qui de mercede æternę retributionis dubitat, in hilaritate cordis eleemosynas non erogat. Non enim prodest quod porrigit, quia & hic mittit quod tribuit, & in futuro premium vel mercedem, non recipiet. [Dilectio sine simulatiōe,] subaudis adimplenda est. Omnis dilectio quę secundum deum non est, & pro dei amore non agitur, simulatio & fictio vocanda est. Ideoque qui fratrem diligere dicitur, si non correxit cum eum errare viderit, simulatam charitatem erga proximum habere conuincitur. odientes malum. i. diabolum & membra illius, atque omne peccatum sitis odientes. Notandum autem, quod odium hic in bonam partem accipiendum, quoniam est & odium malum quo odimus fratrem nostrum. [adherentes bono] id est deo est qui summum bonum, & membrum eius atque iustitię, omnibusque virtutibus, [charitatem fraternitatis sitis vos alterutrum diligentes,] id est cum charitate fraternitatis sitis vos alterutrum diligentes, quia vnus est pater vester qui in caelis est. Omnes enim qui vnā fidem habent, et vno baptismo sunt abluti, ita se inuicem diligere secundum deum debent, veluti fratres ex vno matris vtero egressi, [honore inuicem proueniētes:] i. inuicem honorem vobis impendite, prelati subiectis, subiecti prelati, quia humilitatis virtus, etiā ethnicis placeat. [sollicitudine non sitis pigri.] id est, i cura subditorum non sitis desidēs & torpētes ne forte cum seruo inutili damnemini, qui ligatis manibus & pedibus missus est in tenebras. Et non solum qui preest, verum etiam omnes subiectus, studiosus & velox debet esse ad omne opus bonum, [spiritu feruentes] id est calorē & feruorem spiritu sancti habeatis. vel spiritu, id est mente non sitis tepidi in dilectione dei & proximi, ne forte audiatis:

Luc. 12,

Heb. 10,

Quia nec frigidus es nec calidus incipiā te euomere ex ore meo. De huius ignis feruore, dicit dñs in euāgelio: Ignē ueni mittere in terrā &c. [domino seruiētes] non diuitijs neq; uitijs, siue delectationibus, illi domino seruiūt qui ei⁹ praecepta seruāt. [spe gaudentes,] spes est expectatio futurorum bonorum. Inde dicit Apostolus modo: Spe siue expectatione praeiorū caelestium sitis gaudentes etiam in angustijs. [in tribulatione] vobis illata a persecutoribus [sitis patientes] id est in animositate nō reluctantes, & non requirentes praeiū in praesenti, [orationi instātes,] quia quod humanis auxilijs neq; nostris viribus obtinere et agere non possumus, necesse est ut orationibus a deo impetremus, sicut de Daniele & socijs eius legimus. [necessitatibus sanctorū communicantes.] Nō dixit, sanctis elemosynam praebete aut facite, sed honestiori verbo v⁹ est. Vestrā bona sanctis participate. Eo tempore quo Apostolus ista scribebat, credentes suis facultatibus priuabātur, vnde laudando dicit in epistola ad Hebraeos Iudaeis credentibus Et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Ideoq; illos qui facultatibus proprijs adhuc non erāt priuati hortabatur Apostolus, ut expoliatis pro Christi noīe subsidia tēporalia administrarēt, illorū indigētā suā putātes, bonis temporalibus cum eis in commune vtentes. Dei etenim dona communia, nō debēt fieri priuata. [hospitalitatem sectātes,] Nō dixit, hospitales estote, vel hospitalitatem sequimini, sed dixit, hospitalitatem sectamini. Plus enim dixit. Sequitur nāq; hospitalitatē, qui rogātes suscipit: sectatur vero, qui etiam nō rogātes cogit & querit, ne forte in vicis & plateis extra tectum remaneāt Magna etenim virtus est hospitalitas, per quam multi placuerūt deo, angelis hospitio susceptis, sicut Abraham & Loth & alij multī. [Benedicite persequentibus vos] id est benedicite illos, & bene loquimini cum illis qui vobis vim inferunt. [benedicite & nolite maledicere,] id est malū dicere Verbi gratia. Detrahere alicui aut blasphemare, vel cōtumeliam facere, maledicere est. Quasi dicat: Licet ipsi male loquantur de vobis, dicentes vos magos esse & discipulos seductoris hominis, nolite ideo illis maledicere, sed patienter ferre illorum opprobria. Quod apostolus in semet

ipso implebat, hoc vtiq; suis auditoribus implere precipiebat. Dicit enim alicui: Maledicimur, & bndicim⁹. [Gau. 1. Cor. 4. dete cum gaudentibus] Non praecipit gaudere cum his qui gaudent de transitorijs & caducis rebus, sed cum his qui gaudent quod nomina eorum scripta sunt in caelis. Neq; enim quibuscunq; gaudijs, Christianorum gaudia socianda sunt: nec quibuscunq; fletibus, lachrymae nostrae iungendae sunt. Verbi gratia. Si videmus gaudere alios quos super quāstum pecunię, aut possessionum latitudine non debemus cōgratulari illis, quia istorū gaudia luctus, sequunt & lachryma. Vnde dominus non solum de talibus, sed etiā de hoc admonuit Apostolus non esse gaudentes quod daemonia eis subiecta erāt, sed potius de hoc q; nomina eorū scripta essent in caelo & est sensus. Si videritis hominem digna opera agentem, quae meretur scribi in caelis, de illius salute congaudete. [flete cum flentibus,] curate non cum his qui lugent & desent amissionem rerum temporalium, sed potius cū his qui sua aut proximorū desent peccata, sicut Samuel desebat Saul, eo quod recessisset dominus ab eo: & Paulus multos Corinthiorum, qui post fornicationē non egerant poenitentiam. Siue etiā cū his lugere praecipit, qui lugēt quod differēt regnū celorum, securi iā de premio, de quib⁹ omnibus dominus dicit Beati qui lugent, qm ipsi consolabūtur. [id ipsum inuicem sentientes] Hic sermo apertius habetur in Graeco. Est autem sensus, Sic sentite de alio, sicut de vobis, id est sicut vobis bona optatis, sic & alijs: & sicut vos ipsos diligitis, sic alios diligite: vel ita aestimate vos diligite a fratre: veluti a vobismetipsis. [non alta sentientes,] i. superba. [sed humilibus consentientes,] vt & vos humiles exhibeatis. Discite a me, inquit dominus, quia mitis sum & humilis corde. Humilibus autem consentit, qui cum humilibus se humiliat, non praefertens se illis, sed sociās & expectans quod dominus promissit. Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Quicumq; enim humilitatem veram habent, vtiq; eandem humilitatem in alijs venerantur [Nolite esse prudentes apud vosmetipsos,] Apud se prudens est, & non apud deum, qui sapientiam quam habet, non auctori omnīs sapientiae deputat, sed sibi suisque meritis & ingenijs siue

Mat. 3.

Luc. 14.

Sup. r.

studijs suis. Quo vitio deprehēdunt laborasse philosophi
gētū, de quibus dicit idem Apostolus in exordio hui⁹ epi
stolæ. Qui cum cognouissent deum, nō sicut deū glorifica
uerūt, sed euauerunt in cogitationibus suis, id est vani fa
cti sunt, non referētes deo gratias de collato sibi dono sine
suis meritis. Aliter: Apud se sapiens vel prudens est, q̄ cum
sit stultus, sapientē se putat esse, & gloriatur in se: q̄a spe
rat scire q̄ nescit: Vel etiā tertio mō: Prudēs apud se esse
dicit, qui vindictā expetēdo suas iniurias vlciscitur, quod
sequēs versus idicat. [nulli malū pro malo reddētes] Mul
ti putāt nō esse peccatū si quis accepta iniuria se vlciscitur
& vindictā iterum sumit. Quod si ita esset, nequāq̄ Apo
stolus tale p̄ciperet: ac propterea dicunt aliquētiā ple
rūq̄ maius esse delictū, si malū quis pro malo reddiderit
quoniā potest fieri vt qui prius malū intulit quod peccatū
aut malum esset ignorauerit: ille vero qui vindictā expe
tit, & vicē reddit, quod malū fuerit, statim ostendit. Vnde
potest ita intelligi, q̄ malum inferre alteri, culpa est: redde
re vero malum p̄ malo peccatum est. Et dum dicit Apo
stolus. Nulli malum esse reddendum, fidelē qui videt esse
& infidelē tāgit: Fidelis ideo, quia frater est: & infidelis, vt
lucrari possit. [Prouidentes bona non solum coram deo,
sed etiā coram omnibus hominibus] Coram deo bona si
bi prouidet, qui intimo cordis ei qui secreta intuetur pla
cere studet, & illum non cogitatione, non verbo, non ope
re vult offendere, nec offendit quantū valet. Prouidet &
corā omnib⁹ hoībus bona, qui verbo & moribus, omniq̄
conuersatione in omni vita sua pro viribus suis, inquan
tum valet, irreprensibilem se prębet [si fieri potest quod
in vobis est.] id est, quod vestrę congruit religioni. [cum
omnibus hominibus pacem habētes.] Rem difficilē dictū
rus pręmissit dicēs, si fieri potest, quia vix aut nullatenus
fieri potest, vt pax cū omnibus hominib⁹ seruet. Nā si pa
ganum increpaueris: teq̄ cōtempserit, non vult tecū habe
re pacem. Similiter de Iudæo intelligendum atq̄ hærēti
co. Dicamus & aliter: Et quilibet prælatus increpat⁹ subie
ctos delinquentes: Dum enim eis displicet increpatio prę
lati, pacem cum illis habere non potest. Et cum ita sit
vnusquisque animum suum seruet pacatum & quietum,

habens in se, cum illis pacem diligēdo eos, quia dñs oīm au
tor est, licet vitijs se ab illo separent. Hoc loco & in sequē
tibus prohibet cōtētionēs & lites, quibus maxime pax vio
latur [Non vosmetipsos defendentes, charissimi] Hoc du
pliciter est intelligendū: vno mō de aduersarijs nostris, hę
reticis videlicet, falsis fratribus: q̄ in nos plerūq̄ seuiūt, de
quib⁹ nō debem⁹ nos defendere, vindictā expetēdo: Alio
vero mō, vt si fuerit quis infidelīū contra nos excitat⁹ p̄
nomine Christi, aut causa alicui⁹ iurgij, verbis cōtradictō
rijs put ratio dicitur parcamus, vt māsueti & humiles ap
pareamus, imitātes dominū, qui pauca corā Pilato respon
dit, [sed date locum irę.] Duobus modis locū damus irę:
vel cū refrenamus animum ne vindictā expetamus vel
cū de loco ad locum fugimus Date (inquit) locū irę. i. eos
qui cōtra vos irātī seuiunt: pmittite vobis nocere, quia pa
tiētia vestra remunerabitur, & eorū seuitia punitur. Vel
date locum irę. i. nolite vos vindicare, sed fugite de loco
ad locum, iuxta q̄ dominus pręcipit dicens: Si vos fuerint Mat. 13.
persecuti in ciuitate vna, fugite in aliam. Quod autē dicit,
Date locum irę, hæc ira vel illius intelligitur qui scauit,
vel futuri iudicis qui in sequentib⁹ loquitur per exemplū
propheticum [Scriptū est enim. Mihi vindictā] subau
dis reseruate. & ego retribuam, vobis qui patiēter tulistis
pręmia & coronam. & illis qui malū intulerunt, vindictā
pœnarum gehēnæ. Quia enim homo in vindictā modum
excedit, nec potest se vindicare cū tranquillitate mētis, id
circo omnipotens de⁹ pręcipit sibi vindictā reseruari: vt ip
se qui immutabilis est iudicet illos. & qui nō mouet ad irā
iuxta quod ei eximius orator Salomon dicit: Tu autē do Sap. 11.
mine cū trāquillitate iudicas oīa. Huius etenim iudicis iu
stū est iudiciū, qm̄ nō excedit modū: nec perturbatur in suo
iudicio. [Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit
potum da illi.] Si hoc feceris, tunc pro malo reddes bona,
& accipies magna pręmia. [Hoc enim faciens, carbones
ignis congeres super caput eius.] Carbones ignis appel
lat in hoc loco feruorem charitatis dei & proximi, de quo
feruore dominus dicit Ignem veni mittere in terrā. Si hęc Luc. 12.
feceris (inquit) quæ superius diximus, cibum videlicet &
potum inimico ministrando, carbones ignis id est ardorē

charitatis pones super caput eius, i. super mentem eius: qua tenus tuis beneficiis delectat^o, incipiat diligere te, que antea exosum habebat, intan^o vt dicat: Quid est qd^o haecenus egi cōtra hūc virū? cur ei tāta mala intuli, qui mihi tot bona cōtulit? sine causa ergo infestus ei extiti. Qua propter quia tā benigne & patiēter erga me agit, incipiā illū diligere charissimum fratrem, quē haecenus^o psequabar vt hostē. Si autē cibum & potum tribuit, idcirco hoc fecerit, iuxta quoā quidam voluerūt intelligere, vt carbonē ignis. i. pena inferni ei ppareret, dū eius beneficiis honorat^o eum nō dilexerit, iam hoc non est charitas, ideoq; meli^o est ita intelligi vt supra diximus i^o primo de ardore charitatis. Quod vero dicit, sup^o caput, recte per caput mens. i. ratiōabilitas ac principalitas aīa accipiū: quia sicut omnia mēbra reguntur a capite, ita cogitationes & volūtates mente disponuntur. [Noli vinci a malo.] Noli (inquit) vinci a malo. i. ab aliquo vitio, nō ab ira, non ab odio, non ab iniusticia. Siue noli vinci a malo, i. diabolo, a quo vinceris dum contra inimicum tuum iracundia accenderis, quia ad suam voluntatem te trahit. Aliter: Si tuas iniurias vlcisci volueris, a malo vinceris, quia ei qui tibi malū fecit, similis efficeris: Quandocūq; enim diabolo vel vitio alicui obedimus vincimur ab illo. Dum malum pro malo reddimus, ab illo vincimur, qui nobis iniuriā fecit, & cui vicē reddim^o quia nos similes sibi facit. Si autem commotū animum refrenamus vt vindictā proximo nō inferamus, tūc victores existim^o & de peccato ad salutem acquirendo fratrem, triumpham^o [sed vince in bono malū.] Vince in bono malum, i. in deo diabolum. Vince in bono malum, in patientia supera inimicum & aduersarium tuum, p^ohibendo ei cibum & potū vestimentū & calciamentum. Dum enim tuis beneficiis p^ouocas illum ad hoc vt te incipiat diligere eo modo quo superius diximus, quodammodo superas illum, vel vince in bono malum, i. in virtutibus vince & supera vitia & peccata, accipiendo ex eis palmam victoriā.

CAPVT XIII.

- Mnis aīa potestatis sublimiorib^o subdita sit]
 o In exordio sancte ecclesie ex oībus cōditiōib^o veniebāt ad fidē, et ne serui, ac illē, seu q^olibet subiecti

dicerent q^o ipsi qui cōsecuti erāt libertatem omnium peccatorum, & filij dei effecti, indignum esset vt seruiret seculi potestatibus, dixit Apostolus: Omnis anima, id est omnis homo liber & seruus, fidelis & infidelis, potestatis^o sublimioribus subditus sit. Omnis anima dicit, pro eo quod est omnis homo. In sacra enim scriptura, frequēter sola anima totum hominē signācat, sicut hic, & in Genesi, vbi dicitur. Quod ingressus est Iacob in Aegyptum in anima. Gene. 2. bus septuaginta, & in Actibus apostolorum Eranus (inquit) in nauī animā ducēta septuaginta quinque. Potestatis^o sublimioribus dicit, regibus & principib^o tribunis, ceterionibus, dominis, omnibusque p^olatis. Hoc & Petrus Actū. 27
 p^ocipit: Subditi (inquiens) estote omni humane creature id est omnibus hominibus, vobis p^opositis, & hoc p^opter deū, siue propter amorem domini, in quātum quippe homo non offendit deum, obsequi & obedire debet celsioribus. Nam homo cōstat ex anima & corpore. Et in anima quidem debet seruare inuiolatā fidem deo, in corpore vero debet seruire sibi dominātibus secundum seruitutē p^osentis vitā. Verum si contra fidē propositum viderit sibi imperari a principib^o huius seculi, siue p^ontibus, vel dominis, tūc pro fide vsq; ad mortem satagat laborare, ne quod maius est, animam videlicet perdat: quoniā licet illa potestas interficiat corpus gladio, animam autē non potest occidere [Nō est enim potestas nisi a deo] Omnis potestas, siue maior, siue minor, quā hominibus p^ostatur: aut ex voluntate dei, aut ex permissione cōstituta est, sicut dicitur p^o Salomonem: Per me reges regnant, & principes docuerūt iustitiam. Si autem querimus, quare hę potestates ordinatę sint, id dicendum, quod genus humanum bestiale effectum, beluino more cōtra se cōepit seruire, in tantum, vt p^o Prouer. 8
 mi parētis filius in fratrem confurgens, interfecerit eum. Bestiarum enim est & homines disserpere, & se inuicem lacerare atque deuorare. Verbi gratia. Leo deuorat hominem & vrsū, vrsus & lupus deuorant homines, boues, & oues. Hac de causa omnipotens deus bestialibus hominibus principes p^oposuit, vt eorum terrore acerbitas animorum illorum reprimeretur. Sunt etiā pisces alios deglutientes, quos imitabantur homines in alios seuen-

tes, quorū temeritas principū formidine sedata est, [que autē sunt] subaudis potestates sup̄ alios a deo ordinatæ, siue que sunt iura potestatiū [a deo ordinatæ sunt] Prætes etenim vel iura potestatiū que ī mūdo principātur, a deo cōstitutæ sunt, sicut iā supra dixim⁹. vnde dñs dixit Pilato. Nō haberes ī me præte, nisi tibi datū esset desup̄. Quib⁹ verbis indicat, q̄ siue bona potestas vt Dauid, seu mala fuerit vt Nero, nō est nisi aut volēte aut permittēte deo. Hoc autē totū idcirco p̄sequit̄ Apostol⁹, vt prætib⁹ subditū sint, q̄a nō nulli (sicut iam diximus) ad fidem venientes, pristinū obsequium & seruitiū, quasi liberi effecti, dñis & principib⁹ suis nolebant reddere, cum dñs Iesus nō vnerit conditiones mutare, sed aīas in æternum victuras saluare. Dicebāt enim Romani credētes: Nos qui diuinis legibus paremus, & deo seruiamus, non debemus seruire neq̄ honorem præbere Neroni, alijsq̄ potestati⁹ terrenis. Quapropter Apostolus talia scripsit eis. Poterat nanc̄ scandalum nasci dominis & principibus, si serui & subiecti eorum Christiani effecti, a seruitio illorū efficerentur alieni. Noceret quoq̄ ecclesiæ, dum nō permitterētur alijs credere, cum magis meliores debeant domini seruos suos recipere, fideles Christi effectos. Hoc & ipsa veritas per semetipsam præcipit, dicens: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sūt dei deo. [Itaq̄ q̄ resistit potestati, dei ordinatiōi resistit] Siue bona sit illa potestas, seu mala, quicūque ei resistit subtrahendo seruitium ab ea, denegādo tributum, & honorē nō præbendo, quem ei debet præbere, dei ordinatiōi resistit & dispositiōi, cui⁹ ordinatiōe illi principātur. Quisdam male sentientes, has potestates interpretati sunt dæmones, de quibus in epistola ad Ephesios dicitur. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Sed iste sensus valde est superfluus, quia in nullo debem⁹ subdi dæmonibus. [Qui autē resistunt] potestati⁹, regibus videlicet, & principibus, & dñis suis [ipsi sibi damnationem acquirunt] Pro qualitate enim culpæ acquirūt sibi vindictam, quia iratæ illæ prætes dū subditi eis parere contemnunt, aut occidunt eos, aut in carcerem mittunt, aut etiā in exilium dirigunt, si quæserit aliquis, cur dominus damnauerit seruum, aut princeps

subiectum? respōde, resistebat mihi, & idcirco vindictam accepi ex illo. Considerandum autē, quia nō de damnatione æterna loquitur Apostolus, sed de corporali, eo modo quo dictum est. [Nam principes nō sunt timori boni operis, sed mali] .i. nō sunt ad hoc constituti vt timorē incutiāt bene laborātib⁹ & bono operi insistentibus, sed malefacientibus & seruire nolentibus. Nā ad hoc sunt cōstitutī, vt bene laborātes laudent & adiuuent, male vero facientes dānent. Sed si quis bonum facit, nō timet potestatem, qui vero malum, timet ab ea damnari, vnde subdit Apo. [Vis autē nō timere potestatem? Bonū fac, & habebis laudē ex illa] Nō dicit laudabit te illa potestas, q̄a multę potestates sunt que in subditis magis malū quā bonū diligunt, sed habebis laudē ex illa potestate. i. ipsa erit occasio vt laude dign⁹ sis quia si tuo exēplo ad fidē vel iustitiæ opera fuerit perducta, laudaberis tam ab illa, quā etiā ab illis, & apud deum quoq̄ laude dignus eris, Aliter si potestas illa vsq̄ ad mortem pœnis te afflixerit, aut in aliquo cōtraria extiterit: tu quoq̄ legitime decertando mortem aut aliquā iniuriā patienter pertuleris, habebis ex illa laudē. i. ipsa præbebit occasionem vt tu lauderis: quia percipies pro persecutiōib⁹ eius tibi irrogatis perpetuā beatitudinem, & laudaberis apud deum & hominem. Consideremus Laurentium qui pro Christi nomine acerrime est vlt⁹. Nō fuisse laude dignus perfecte inuentus, nisi a suo persecutore fuisse vlt⁹, ideoq̄ ipsa potestas fuit occasio laudis ei⁹. Sic de ceteris sanctis martyrib⁹ est intelligēdum, et de omnibus qui iniuste damnātur. [Dei enim minister est tibi in bonum.] Dei enim minister est, id est, a deo constitutus est ad bonum tuū, vt suo timore & adiutorio custodiat & tueat te, ne interficiaris ab inimico tuo, & tuā substantiam non diripient alijs. Aliter, Sunt multi qui nolunt agere malum, sed timent potestatem mundanam, & causa huius timoris non percipiunt quod cupiunt. Ergo ad bonum illorū ne faciāt malū, potestates illæ præpositæ sūt, quia quo amplius homo malū facit, eo amplius pœnas sustinebit maiores. [Si autē male feceris time] id est non leue feras potestatem timere: poterit enim te damnare inuenta occasio. [Non enim sine causa gladium portat.] Per gla-

dium intelligit vindicta. Nō sine causa gladium portat, nō sine causa viciscendi potestatem habet. Sūt nempe quedā enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices quam per antistites et rectores ecclesiarū iudicantur, sicut cum quis interficit pontificem apostolicū, episcopū siue presbyterū siue dyaconum. Huiusmodi reos reges & principes mundi damnant. Ergo non sine causa gladium portat, qui talia scelera iudicat. Sunt etiam maxime cōstituti propter latrones, homicidas, raptos, vt illos damnent, et alios suo timore compescere faciant. Vnde subditur, [Dei enim minister est, vindex in iram, .i. in vindictā [ei q̄ malū facit. Ideoq; necessitate subditi estote.] Hoc est, quia illi vobis dei ministri sunt in bonum obedite illis, vt cum eis pacem habere possitis, vel necessitate subditi estote, quia viciscuntur se de vobis, si eorū potestati contradixeritis. Ad hoc enim a deo est prepositus vt beneficientes iusteq; viuentes sua protectione muniendo defendat, vindictam vero inferat peccatibus, sibiq; reusentibus. Quapropter subditur [nō solum propter iram] siue vindictam qua cōsurgēt in vos [sed et propter cōscientiā] .i. propter mētem quā debetis habere mundā in dilectiōe eius cui subditi estis, maxime propter hoc quia a deo cōstitutus est, cuius ordinationi reluctari nō debetis, verbi gratia: Es subditus illi timēs dānū tēporale dum seruis ad oculū, esto subditus propter conscientiā mētis vt in ipsa cōscientia quā dñs intuetur, nō habeas illum odio cui p̄sas obsequiū, sed tua mēs perhibeat tibi testimonium quod ex corde diligas illū [Ideo etiam & tributa prestatas.] Subaudi quia a deo prepositi sunt vobis, vel quia defendūt vos ab hostib⁹, & suo timore cōstringunt inimicos vestros, ne interficiamini ab illis, neq; vestra bona diripiāt, vel etiam ne in vos suam vindictā exercent, si in aliquo rebelles fueritis, & eorū irā patiamini, sicut passi sunt Iudæi, qui noluerunt Romanis tributum dare, vnde & sequitur [Nisi enim dei sunt, in hoc ipsum seruitēs] subaudi vt vos defendant, reos puniant, tributum a vobis recipiant. Sic & Ioannes Baptista, militibus quærentibus quid agere deberent, respondit: Neminem conculcatis neque mini calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris. Vbi notandum est, quia non dixit, Nolite militare,

Luc. 1.

quia milites a deo constituuntur, vt ab eis patriæ sibi cōmissæ tueantur. [Reddite ergo omnibus debita] .i. cōsuetū obsequium: sicut dominus ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei deo [cui tributū] debetis reddere, reddite ei [tributum] sicut & ipse cōditor pro se & Petro didrachma. Tributū dicit a tribunis, & tribuni a trib⁹. Siquidē Romulus cōditor & autor Romæ, in tres partes populū sibi subiectū diuisit rationabili distributione, in senatores videlicet, qui & consules vocabantur, in milites & agricolas, & vnicuiq; parti principem vnum cōstituit, qui tribunus dicebatur, eo q̄ vni ex tribus partibus preesset. Censū vero quia subditis exigebatur [cui vectigal, vectigal] Vectigal est tributū fiscale, & dicitur a vehedo eo q̄ accipitur de vectis .i. de exportatis mercibus [cui timorē, timorē] debetis, vt dominis, reddite illis [cui honorem, honorē] debetis, reddite illi, non solum in conquiescendo & humiliādo, sed etiam munera dando [Nemini quicquam debeat, nisi vt inuicē diligatis] sic omnibus seruitutis vestre obsequia & debita reddite, vt nemini quicq; pro quo vobis irascatur, debeat, nisi vt inuicē diligatis. Reddite debitū & obsequiū, quod omnibus potestatibus, & principibus seruare debetis. .i. eos qui vobis prepositi sūt, diligere debetis. Hoc debitū charitatis quandiu in presenti seculo viuatur, debetur in futuro quoq; sine pondere plenius firmabitur, [Qui enim diligit proximā legem impleuit.] Proximus iste nō tantum propinquus cognatione aut aliqua affinitate, sed etiam omnis homo intelligitur, quē diligēdo, legem Moyse impemus, quia quod Moyses prohibet per legem [Non occides, non adulterabis, & cetera talia] si dilectionem habemus cōtra proximum nō agimus. Si enim proximum diligis sicut teipsum, non occides illū, quia nō vis occidi, non pollues vxorem eius, quia tuā ab illo adulterari non vis, sic de & ceteris intelligendū est. Et vt abunde iustitia nostra super iustitiam scribarum & pharisæorum ceterorumq; Iudæorum inimicos etiam nostros debemus diligere propter dei amorem, & licet ab illis persecutionem sustineamus, non tamen debemus diligere & amare in illis vitia, sed naturam, adimplentes quod veritas præcipit, Diligite inimicos vestros, & orate pro Luc. 5.

persequētibus vos. Sed queritur cum dominus dicat in dilectione dei & pximi totam legem consistere, quare dicat Apo. in sola dilectione proximi legem impleri? quod hoc mō soluit, q̄a in dilectione, proximi consistit & dilectio dei. Neq̄ enim proximus sine deo, nec deus sine pximo potest diligi. Vel ideo etiā in dilectione proximi totā legē impleri, quia in dilectione dei non sic facile possumus probari, vtrū deū diligamus an nō, sicut in dilectione proximi. Verbi gratia: Dum malū pro malo nō reddo, dū peccāti in me fratri dimitto, cū colligo vagū ad hospitium, dū hilari mēte & vultu eleemosinam impedere satago, dū oro pro persecutentibus, apparet utiq̄ in his & talibus, quia diligo proximum, & dū diligo proximum ostēdo me diligere & deum, cuius mandatis obtemporo. Hoc em̄ mādātū habemus a deo ut qui diligit deū, diligat proximum suū: quia per dilectionem proximi peruenit ad dilectionē dei, & per dilectionē dei ad proximi dilectionē peruenit. Quāuis enim dilectio dei maior sit dignitate, tñ dilectio proximi prior erit in operatione. Qui enim non diligit fratrem suum, inquit Iohannes, quem videt, deum quē non videt quomodo potest diligere? intelligamus & per proximum, illum Samaritanum qui fecit misericordiam cū saucio vulnerato a latronibus. i. Christū, qui nobis est factus proximus per assumptionem carnis. Ergo qui hūc diligit, legem charitatis adimplet, & legē Moysi, quia nihil cōtra volūtātē eius facit [& si quod est aliud mādātū,] subaudis pręter ista quę enumerauimus de adulterio videlicet, homicidio, fornicatione, falso testimonio, & concupiscentia [in hoc verbo] id est dilectione Christi [instauratur] id est redintegatur, vel adimpletur. [Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum nō operatur.] Non solum non operatur, verum etiam malum nō cogitat de proximo. [Plenitudo ergo legis] Moisaicę atq̄ euangelicę [dilectio est] dei & pximi. Vbi charitas est, quid est quod possit deesse, & vbi Charitas non est, quid potest prodesse? Quapropter appetenda est dilectio dei & proximi, & summis viribus tenēda. Nam dilectio dicitur eo quod duos liget deum videlicet & hominem cōiungat, vel vnumquemq̄ proximum cum alio [Hoc scītes, quia hora est iam nos de somno sur-

gere.] Mos est sacre scripturę, horam sapissime pro tempore ponere, sicut & diem. Quę est ergo ista hora, de qua Apo. loquitur tempus est non legis, sed euangelicę prędicationis, sed videlicet etas, finisq̄ seculi, in qua sumus iā positi, de quo idē Apo. alias dicit: Ecce nūc tēpus acceptabile Dicit Apost. Romanis & omnibus credētibus, etiā necdū credentibus. Hoc scientes, inquit, id est hoc scimus scientes, quia hora est siue tēpus, iam nos de somno pigritię & desidie surgere, de somno quoq̄ infidelitatis & vitorum atq̄ ignorantia. De hoc somno pręcipit etiā nos propheta expergisci, dicens: Expergiscimini ebrii. Et quare dicit, iam tempus est surgere? Ille surgit, qui iacebat, & nos si haecenus iacimus in vitiis, & torpore vitorum, surgamus ad bona opera agenda, & laboremus viriliter studiosq̄. Poterat aliquis obiicere Paulo: cur pręcipis nos iā de somno surgere? ad hęc ille reddens causam, [Nunc enim] inquit [propior est nostra salus quam cum credimus.] Quę est ista salus? Vita æterna, gaudium sine fine mansurum, beatitudo perpetua quam soli electi cū angelis possessuri sunt, ista beatitudo & salus æterna propior est modo nobis quam eo tempore quando credidimus quoniam dum finis mundi magis ac magis appropinquat, vita futura & salus æterna magis ac magis festinat. [Nox pręcessit, dies autem appropinquauit] nox est cęcitas infidelitatis, nox est ignorantia, nox est etiam conuersatio tenebrosa in peccatis Ista nox quotidie pręcedit in electis, & ad vitam æternam prędestinatis appropinquat dies, illuminatio videlicet fidei, cognitio sanctę trinitatis, & splendor virtutum: quoniam dum transeunt quotidie per mortem corporis ab ærumnis huius seculi, in lucem supernę claritatis colligunt: vel etiam, per noctem possumus intelligere omne spatiū presentis vitę vsq̄ ad finem seculi. Per diem vero, vitam æternam cuius claritatis cōparatione vita præsens non in cōgrue nox appellatur, quia vita præsens semper in dolore versatur & tristitia, non habens perpetuitatē. Illa vero gaudiis sine fine mansuris florebit, nihil tristitię admittēs, quę tunc plenissime manifestabitur, cum dominus de iudicio in regnum transferit. Ergo quia iam appropinquat [Abiciamus opera tenebrarum.] id est adulteriū, homici-

Ioan. 3.

dium, fornicationem, & cetera talia quæ a regno celorum separant, & ad tenebras perpetuas operatorem suum trahunt. Quæ etiã merito opera tenebrarum vocantur, eo quod in tenebris permaxime exercentur, iuxta quod dominus manifestat dicens, Omnis qui facit malum, odit lucem, [& induamur arma, lucis.] Arma lucis sunt, fides, spes, charitas, pax, patientia, & ceteræ virtutes, quæ nos ad lucem æternæ beatitudinis perducunt; quæ nõ immerito arma appellântur, quia nos defendunt ab improbitate malorum spirituum. Abijcimus ergo opera tenebrarum, quãdo expoliamur vitijs & induimur virtutibus. Induamur igitur arma lucis, hoc est, vndique muniamus nos omnibus virtutibus, vt si mus protecti & tuti cõtra aduersa diaboli. Et quomodo debeamus illa arma indui, & his virtutibus exornari, Apostolus declarat, subnectens: [sic id est tali modo induimini arma lucis, [vt in die] hoc est in claritate virtutum [honeste ambulemus?] Qui in die ambulat, honeste ambulat, quia nõ offendit pedem suum ad lapidem, non cadit, non impingit sicut ille qui in nocte ambulat. Nos autem secundum hoc momentum Apostoli, honeste & sine offensione fidei & gratiæ siue scientiæ ambulare debemus. [non in comessationibus?] Comessatio dicitur mensæ collatio, siue mensæ alternatio. Sunt enim conuiuia quæ celebrantur alternatim, & preparantur a socijs per dies & vices. Sunt etiam alia conuiuia, quæ ex communione preparantur, quando vnus offert panem, alius carnes, alius vinum, atque alius aliud, & idcirco comessationes, hoc est, mensæ collationes appellantur. Vocantur quoque eadem comessationes turpia & inhonestæ conuiuia, quia sicut omnes proprijs cibis vtuntur & communibus ita etiã pro libitu suo vnusquisque quicquid scurrilitatis & otiositatis sibi placet loquitur. [nõ in ebrietatibus] Briam genere masculino dicimus calicem aptum potationi, a quo dicitur ebrietas, quæ est nimia potatio vini [nõ in cubilibus.] Cubilia proprie sunt lectissive lustra ferarum dicta a foedis cubitationibus, quibus assimilantur lecti illorum, qui cum meretricibus in lupanaribus coeunt. [& impudicijs.] Impudicitia est inuerecundia & irreligiositas siue turpis atque irrationabilis coitus. Generaliter omnis libido & incontinentia vel immudicitia impudicitia appellat.

Operatores vero dicuntur impudici, inuerecundi, atque irreligiosi [nõ in contentione] Contentio est altercatio siue contentio, quæ plerumque ex questionibus scripturarum solet oriri, vt videatur quis aliquid sapientiæ habere, dum alium vicerit sua pulsatione, & maxime ex re nullius utilitatis nascitur. Ideo vero vitanda est, quia rixam generat, de qua procedit odium, & de odio enormitas mali. [& æmulatione.] æmulatio varias habet significationes. Significat enim imitationem, significat studium, significat et inuidiam qua quis alterius felicitate torquetur, vt in hoc loco, vnde & æmulus dicitur imitator, dicitur studiosus & inuidus [sed induimini dominum Iesum Christum.] Sensus ex superioribus patet, vbi præcipit sic indui arma lucis, vt in honeste ambulemus. Nolite [inquit] ambulare: id est viuere in comessationibus & reliquis vitijs, sed induimini dominum Iesum Christum. Sed questio oritur, quomodo possimus induere dominum Iesum Christum, qui quadagesimo die resurrectionis suæ celorum altitudinem penetrauit, vbi sedere nunc creditur in plenitudine paternæ maiestatis, Christus ergo ipse est sapientia, ipse est instantia ipse est pax, & reliquæ virtutes in ipso sunt. Christum itaque induit, qui omnes virtutes quas scit in illo esse, inquam valet cum dei adiutorio illas assumit, iuxta quod alias Apostolus dicit, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. i. omnes virtutes tunc induistis, quia ab omnibus peccatis mudati estis. Similiter & in hoc loco intelligendum est, induimini [inquit] dominum Iesum Christum, id est omnes virtutes quas scitis in ipso esse, vt ipse sit decus atque ornamentum vestrum, [& carnis curam ne feceritis in desiderijs.] Non ait necessitatem carnis ne feceritis, quia necesse est vt maducemus, bibamus, dormiamus, vestiamur. Hoc quia necessarium est, nõ prohibuit, sed carnis curam in desiderijs, id est malum, vt pote adulterium, crapulam ebrietatem, vsum quoque balnearum vltra quam expedit & cetera quæ desiderat misera caro, ne phiscatis ait, & nõ dixit, ne cogitetis, quoniam impossibile est cessare penitus a cogitatione delectationum. Sed hoc considerandum quia quod prohibuit in desiderijs concessit in necessitate. Adhibenda est & enim cura carni in necessitatibus, in des-

cijis vero & luxuria atq; omni concupiscentia: penitus excludenda.

CAPVT XIII.



Infirmum autem in fide assumite] subaudis in effectu charitatis [non disceptationibus cogitationū] id est non in diiudicationibus siue in contentionibus. Infirmus est in fide, qui in aliqua parte fidei dubitat, nec credit perfecte sicut credēdū est. Infidelis est i toto qui nihil fidei habet. Firmus autē est in fide existens, qui in ea nihil dubitat. Ergo infirmus est in fide Iudæus qui nouiter ad fidem ueniens, non putat omnes cibos mundos: firmus uero in fide est gentilis, qui illud seruat euāgelij, Quod in os intrat, non coinquinat hominem, & illud Apostoli: Omnia munda mundis, & in Genesi: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Qui taliter sunt firmi in fide, debent assumere in affectum charitatis & in dilectionem suam Iudæum, qui putat suillam carnem, leporinam, aquillinam, immundam esse, & cætera a quibus lex prohibet, & quæ ille ante gratiam fidei quasi communiat: id est, munda dicebat. Istum tamen præcipit Apostolus assumere in dilectionem. Assumite (inquit) illum talem Iudæum in affectu charitatis & nolite diiudicare illum in cogitationibus uestris, neq; cõtendatis cum illo, licet quædā immunda putans, nolit manducare. [Alius enim credit se manducare omnia.] Alius, id est gentilis firmus in fide credit omnia munda esse mūdis hominibus. [Qui autem infirmus est, holus māducat] Iudæus qui infirmus in fide, qui quasdam carnes abominatur, dum nō vult eas comedere, holus, id est herbā hortorum, & quicquid cordi eius placet, hoc sumat. Tu autem noli illum diiudicare. Per holus, oīa genera herbarum designantur, apta comestioni. Dicit Beatus Hieronymus: Qui infirmus est impetu libidinis, abstinat a carnibus & vino, quibus libido excitatur, & holus manducet, id est viles cibos & aridos (quibus frenatur & restringitur fluxus libidinis) edere discat. Crassitudo enim carniū & delitiosæ epulæ prouocāt carnem corporis ad libidinem. [Is] id est gentilis [qui manducat] indifferenter omnes cibos, [non manducantem Iudæum

Mat. 13.
Titu. 1.
Gene. 1.

nō spernat] in animo suo quasi minus iustum. [& qui nō māducat.] omnia vt Iudæus [manducantem] omnia, gētilem videlicet, [nō iudicet] neq; repræhendat quasi reū & peccatorem. Vtrosq; enim, Iudæos & gentiles, alternis instruit sentētijs. Potest & spiritaliter intelligi secundum beatum Grægoriū: Qui manducat, inquit, i. qui meditādo & scrutando sacram scripturam penetrare valet, nō manducantem id est illū qui nō valet penetrare, non despiciat neque spernat. Econtra qui non manducat, id est, qui non intelligit nec valet penetrare profunditatem diuinarū scripturarum, illum qui intelligit & sapiens est, nō cõtinet neque despiciat, [Deus enim illum] subaudis gētilem māducatem omnia [assumpsit] ad fidem suam, quem perfecte docuit, vt nil putet immundum esse mundis: hominibus [Tu quis es qui iudicas alienū seruum?]. Et est sensus. Si deus illum gentilem assumpsit ad fidem suā vt omnia māducat, tu quis es, qui illum de comestione sua reprehendis? Potest tamē & hæc sentētia ad Iudæum in fide assumptum referri, secundum quod sequentia manifestant vt dicitur, Deus assumpsit Iudæum ad fidē suam, licet ille quædam immūda adhuc putet & reiiciat, tu quis es o gētilis fidelis qui iudicas alienum seruum? Iudæum scilicet seruū Christi per fidem? [Suo domino stat] subaudis si perfecte est in fide [aut cadit] domino suo, si in ea dubitat. Domino suo stat Iudæus, si perfectus est, & si omnia credit munda, quia in fide domini sui stat. Si autem cadit, nō credēs omnia munda, nō tibi cadit o gentilis, qui non potes eum releuare, sed suo domino quem offendit, qui potens est eum erigere & solidare in fide. Nam cadere sponte possumus, sed surgere, nisi a deo erigamur, nequimus. [Stabit autē] id est perficietur & stabilietur in fide, Quare? [Potens est enim deus] cui cecidit, [statuere illū] & in recta fide firmare. verbi gratia, venit modo Iudæus ad baptismum, trāsit ad gratiam euāgelij, nunquam comedit carnem suillam; aut anguillam, neq; nauprēdā, abstinet adhuc quasi a carne immūda, adhuc nouellus Christianus est. Hic talis, dū per interualla tēporum perfectius eruditur, dum discit qd nihil sit immundum, quod a fidelibus cū gratiarum actio ne sumitur, ecce statuitur a deo & domino suo cui cecidit

putās aliquid immundum, ecce in fide firmatur. [Nam alius iudicat diē inter diē.] Ille iudicat. i. discernit & differētiam facit inter diē & diē, qui alternis dieb⁹ a carne vel vino abstinēt, alternis nō abstinēt. Verbi gratia: Sunt modo multi, qui in secūda & quartā & sexta feria a carne & vino abstinēt, tertia, quinta, & septima comedunt carnem & vino indigēt, [alius iudicat] .i. decernit & eligit [omne diem] in abstinentia carnis vel vini, sicut eremite, & multi monachorū. Aliter Diem inter diem iudicat, qui quasdam sententiās veteris & noui testamēti intelligit, quasdam penetrare nō valet. Om̄em autem diē iudicat qui ex integro veteris & noui testamēti intelligit. Non immerito ergo sacra scriptura p̄ diē intelligitur, quia sicut ignorantia est cecitas, ita cognitio sanctę trinitatis quę ī veteri & nouo testamēto cōtinētur, lux & illuminatio cordis est. Tertio modo diem inter diē iudicat, qui tantum de præsenti examinat & adiudicat. Verbi gratia: videt quis hominem bene facientem vel male, quem cernit bonis operibus intentum iudicat eum propter iustitiam præsentem bonum, & quę videt malis operibus deditum, iudicat eū propter iniustitiam suam malum. Si autem ille qui hodie bonus est, cras malum fecerit, iudicat illum malum esse quem antea laudauerat, & si ille qui hodie malus est, declinauerit a malis & pura mente deo seruire cōperit, iudicat eum iustū, iste talis diem inter diem iudicat, quia secundum varietatem temporis & mutationem vitę, imutat iudicium suę sententię. Qui autem iudicat omnem diem, deus omnipotens intelligitur, qui nouit qualis quisque sit in præsenti, ī prætérito, & in futuro: quia oīa sunt ei præsentiā, & ipse potest eum qui hodie fecit malum: cras facere bonū. [Vnusquisque in suo sensu abundet.] Nō dicit indicatio modo abundat, sed imperatio abundet. Et est sensus: Secundum quod unicuique homini concessum est intelligere abundet in suo iudicio: id est, qui intelligit a carne abstinendum, abstineat: & qui nō intelligit: id est, qui non vult abstinere, aut non potest, comedat. Aliter: vnusquisque in suo sensu abundet. Qui magna intelligit & sublimia, obseruet illa, & abundet bonis operibus: & qui sublimia diuorum sacramentorum arcana capere nō valet, ea quę veraciter cre-

dit & intelligit: humiliter & deuote domino seruicō, ad implet abundādo bonis operibus. In suo sensu abundabat Cyprianus, quādo semel mergebat ī baptisate paruos quia quā intelligebat, studiose adimplebat, bonis operibus abundādo, licet in hoc facto nescius delinqueret. Sed quia bonis operibus abundabat, postea correptus a domino abundauit altiori sensu, ter illos mergendo. Non est ergo de hæretico intelligendum, aut de praua doctrina: vt vnusquisque magis ac magis abundet in errore suo. [Qui sapit diē] id est qui eligit per omne tēpus abstinendū: [dño sapit] .i. dño consentit, quā placet illi eius abstinentia. Aliter: Qui sapit diē, id est qui iudicat peccatorē per penitentiā posse saluari, nec desperat de salute illius, domino sapit, id est dño concordat. In hac parte, qui peccatores nō statim punit vt peccāt, sed expectat ad penitentiā. Ergo qui nō iudicat & dānat peccatorē, sed credit illum omni die posse venire ad veniā per domini misericordiā, domino sapit, quia cū domino concordat qui dixit: In quacunq; die peccator conuersus fuerit ad me, saluabitur. Dum ergo peccator nō desperat, cum domino sapit, qui peccatorem expectat & eum qui hodie videtur iniustus, fieri posse iustum non desperat, cum domino intelligit & cōcordat [& qui māducat,] subaudiis omnia vt gentilis, [domino manducat.] propter hoc quod subditur: [gratias enim agit deo.] videlicet quia omnia credit esse munda, & omnia licet ei edere. Domino enim māducat, qui de perceptis ab eo beneficiis gratias refert. [& qui non manducat,] omnia sicut Iudæus, scilicet minus adhuc perfectus in fide, [domino non manducat.] hoc est, domino abstinēt, quia pro amore omnipotentis dei, abstinens est a cibis, a quibus ipse præcipit abstinendum esse, [& gratias agit deo.] pro eo quod dedit illi virtutem abstinentię, & notitiam per legem a quibus abstinere deberet. Notandum autem, ab vtroq; gratiarū actionem referri omnipotenti deo: Gētilis enim gratias refert illi pro libertate vescendi omnia, Iudæus vero p̄ fructu abstinentię, licet in hac parte qua abstinēt, minus perfectus sit. [Nemo enim nostrum sibi viuuit, & nemo sibi moritur.] Hoc spiritualiter intelligitur, quāuis & ad literam possit dici: Nullus enim nostrum sibi viuuit, quia non

habet a se vitam: & nullus sibi moritur, quia non habet in
 p̄tate q̄n uiuat, & q̄n moriatur, Sed dū dixit, Nemo nec tr̄u
 id est fidelium perfectorum, ad altiore nostrum excita-
 uit sensum. X̄ps d̄ns noster semel mortuus est pro peccato,
 quia nullū fecit peccatum & nos ad exemplum mortis eius
 semel mortui sumus peccato, purgati ab oībus delictis in ba-
 ptismate redempti Christi sanguine. Non ergo nobis mo-
 rimur peccato in baptismo, sed Christo, dum non in no-
 stra potestate ablutionē cōsequimur, sed per passionē & ba-
 ptismum, atq; per fidē illius abluimur. Et nemo sibi uiuit
 subaudiis virtutibus, sed Christo, qui resurgens a mortuis,
 iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ad cu-
 ius exemplum postquam de fonte baptismatis surgimus,
 mori peccando nullatenus debemus. Mori autem peccan-
 do dixit, quia aīa quę peccauerit ipsa morietur. [Siue em̄
 uiuimus,] virtutibus & vita spiritali, [d̄no uiuimus,]
 quia abstinendo a peccatis post baptismum: exemplar re-
 surrectionis eius attendimus, postquam ipse iam non mo-
 ritur quatenus ad cælum pariter cum illo ascendamus. [si
 ue morimur] subaudiis peccato tempore baptismatis. [do-
 mino morimur] quia ut ei placeamus, ad similitudinē il-
 lius qui nunquam peccauit, per fidem & redemptionē san-
 guinis eius: ab originalibus & actualibus peccatis in bap-
 tismate mūdāmur, [siue ergo uiuimus, siue morimur, domi-
 ni sumus,] subaudiis serui, quia in potestate illius consisti-
 mus, possunt hęc uerba ex martyri p̄sona intelligi dicta &
 omniū perfectōrū, qui non sibi uiuunt, quia non volunta-
 tem suam querunt adimplere, sed domini, dum per dilec-
 tionem quod alijs expedit, faciunt. Quod autem non si-
 bi moriuntur morte temporalis: in qua sibi non concedun-
 tur neq; relinquuntur: sed a deo assumuntur: seu etiam si-
 bi non moriuntur morte spiritali, peccatis uidelicet, qui-
 bus moriuntur, dum per spiritum sanctum & aquam rege-
 nerantur, hoc aperte innuitur, quia non debent ocio to-
 pere, sed dei & proximi dilectione semper seruere. Mar-
 tyres quoq; non sibi moriebantur, sed domino, quia non
 propter suam malitiam perimebantur, sed pro dei noticiā
 & confessione fidei dicente ipso domino. Beati eritis cum
 eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filiū

1. Cor. 2.

Sup. 6.

Luc. 6.

hominis. [In hoc em̄ Christus mortuus est, & resurrexit]
 vel morte carnis, vel morte peccati, quia nunq̄ peccauit,
 [ut & uiuorū & mortuorū d̄netur,] .i. ut corū d̄netur, qui
 uiuūt iam uirtutibus, gratia dei abluta peccatis: & illorū
 qui quotidie moriuntur peccato, ad hoc ut uiuāt similiter
 uirtutibus in nouitate uitę ambulando, [Tu autē] iudex
 [quid iudicas fratrem tuum?] gentilem mādūcātem om-
 nia [Aut tu] gētilis [quare spernis] & despicias [frat̄ tu-
 um?] Iudęum infirmum adhuc in fide, & nolentem mādū-
 care oīa, cum idem Paulus alibi dicat: Nescitis quia ange-
 los iudicabimus, quanto magis secularia: & iterum ipse iu-
 dicando, qui talia agūt regnū dei nō cōsequēf, cur hic p̄-
 hibet ne iudicemus? Sciēdum q̄ de apertis reatibus libera
 potestas nobis iudicandi, conceditur, sicut de homicidio, a-
 dultorio publico, atque furto. De occultis uero quę pos-
 sunt bono & malo animo fieri, interdicitur nobis iudicare
 quia horum iudiciū deo est reseruādū. [Omnes enim]
 id est boni, & mali, p̄fecti & imperfecti, gētilis & Iudei,
 [stābimus ante tribunal Christi,] Tribunal est sedes iudi-
 cis, quę in celso loco collocat, quō iudex ex omnibus pos-
 sit uideri, & ipse accusantes & accusatos ex eminenti loco
 possit intueri. Ita & d̄ns iesus quasi in tribunali sedebit
 quia & ab oībus uidebitur, & ab ipso omnium cōsciētā
 & causę diuidicabūtur apertissime. & est sensus: Vos qui
 a iunicefratres iudicatis, quantum in uobis est, deo au-
 fertis suā potētiam. [Scriptum est em̄: uiuo ego dicit d̄ns]
 Hoc proprie iuramentum dei est in ueteri testamento,
 si dici fas est, sicut Amen in nouo: Ipse enim propriē uiuit
 & uita est, quia mutari nō potest, cuius cōparatione mor-
 tuū est quicquid mutari potest, quoniā nulla creatura est
 quę a se habeat uitā. [quoniam mihi flectetur omne genu
 & omnis lingua confitebitur deo] Quomodo ergo ange-
 li qui sunt spiritus, flectent deo genu? Per flexionem ge-
 nuū subiectionem debemus intelligere, quia in iudicio om-
 nia Christo subduntur. Flectetur ergo deo omne genu, dū
 omnis creatura subiicietur illi. Omnis quoque lingua ho-
 minū cōfitebitur deo. dū laudabit deū patrē per filiū quod
 de electis tantum sentit. Nam de impijs dicitur: Quia non
 est speciosa laus in ore peccatoris. Angeli autem eo modo

Eccle. 15.

quo sunt incorporei, laudant & laudabunt deum, vox enim angelorum in laudem creatoris, ipsa est admiratio intime contemplationis. [Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo.] Et est sensus: O Iudaei & gentiles qui vos iam in uicem iudicatis, cur dei iudicium vestro iudicio praueitis, & eius potestatem quantum in uobis est, temere usurpatis. Hoc uobis sufficiat, quod unusquisque pro se rationem redditurus, non solum operum & sermonum, sed etiam cogitationum. [Non ergo amplius inuicem iudicemus.] Subaudi cum futurum dei iudicium minime ignoramus. Hoc dicitur de occultis, non de apertis, [sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum] id est hoc maxime caute, & magis decernite, ne quis uestrum malo uerbo, aut peruerso exemplo scandalizetur & offendatur: uel hoc statuite, ne causa carnalium ciborum offensionem fratribus minus perfectis generetis [Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum] creatum est. Iudaei cibos ex lege sibi permisos dicebant tanquam modo mundos, quibus autem gentes committere uidebantur, communes. id est mundos appellabant sicut & Petrus ait, Commune non manducaui. id est immundum, inde dicit Apostolus: Scio (inquiens) & credo in domino Iesu siue per dominum Iesum, qui mihi hoc manifestauit, quod ipsum nihil est immundum creatum, sed omnia munda ab eo facta sunt, sicut scriptum est. Vidit deus cuncta quae fecerat. & erat ualde bona. [nisi ei.] forte Iudaeo, uel alij cui libet. [qui existimat aliquod] alimentum [commune]. id est immundum [esse, illi commune est] quia immundum uidetur ei hoc secundum eius sensum: non secundum deum: qui omnia fecit munda. [Si enim propter cibum] quem ille immundum putat, & tu suades ei ut comedat, [contrista ueris fratrem tuum] Iudaeum infirmum adhuc in fide: [iam non secundum charitatem ambulas] id est non habes charitatem: quia non diligis fratrem tuum: sicut te. [Noli cibo tuo illum perdere:] dādo occasionem offendendi & scandalizandi. [pro quo CHRISTVS mortuus est.] Tūc enim illum perdis cum animum illius scandalizas: quia offendit deum: dum contra te irascitur: qui es proximus eius. [non ergo blasphemetur bonum nostrum.] Bonum hic uel charitatem possumus intelligere: quia debemus proximo

imum diligere: uel fidem, qua credimus omnia esse munda & quia: habent libertatem manducandi omnia. Non ergo blasphemetur neque reprehendatur charitas nostra ut infirmo fratri Iudaeo non exhibeatur uel non blasphemetur fides & credulitas, qua libertatem accepimus comedendi omnia. Tūc blasphematur libertas nostra, quoniam cogimus eos qui aliquid immundum putant, nobiscum comedere ipsi quod horrent. Nobis ista libertas bonum est, quia omnia munda sunt mundis hominibus, Et erant omnia ualde bona bonum est scripturae concordari. Noli tamen cogere Iudaeum ad manducandum hoc quod spernit, sed neque comedas illud coram eo, ne tua libertas blasphemetur ab illo, [non est enim regnum dei esca, & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.] Et est sensus. Stultum satis est de non manducandis & de manducandis nos disputare de his uidelicet, quae in regno caelorum non erunt necessaria: cum potius debeamus de iustitia & pace & gaudio spirituali tractare. Iustitia erit in regno caelorum, quia qui modo iustitiae opera exercet, illi intrabit in regnum caelorum. Pax erit ibi & gaudium in spiritu sancto. id est illi qui modo per spiritum sanctum illuminati pacem sectantur, & gaudia patriae caelestis toto nisu mentis quaerunt gaudentes in presenti de spirituali gaudio, & spe patriae caelestis. Aliter: Iustitia in illo regno erit, quia nullus ibi alteri nocebit. Erit ibi pax, id est plena concordia: quam habebunt electi cum deo et angelis: erit gaudium ineffabile de uisione omnipotentis dei. In his quocumque modo possumus, debemus alios imitari & super rare [Qui enim hoc seruit Christo]. id est in iustitia, & pace, & gaudio spirituali in gratia spiritus sancti, quem per has uirtutes habet habitator. [placet deo & probatus est hominibus] atque laudabilis & laude dignus, quia non solum deo placet, sed etiam hominibus, [Itaque quae pacis sunt sectemur] id est, quae amorem fraternum conseruant, diligenter & studiosae quaeramus, sicut supra de hospitalitate dictum est: Hospitalitatem sectantes, [et quae aedificationis sunt, inuicem custodiamus.] hoc est, deponamus omnem contentionem de re nullius utilitatis, & custodiamus quae ad aedificationem nostram & fratrum pertinent, ut uerbo & exemplo, omnique conuersione nostra aedificetur in nobis templanum dei aedificatione fidei custodita, ut fratres adhuc in-

firmi in fide, per nos edificetur. [noli propter escā destrue re opus dei.] Opus dei intelligitur hō corpore & anima a deo factus. Istud opus tunc destruitur quando scādaliza tur, quia iracūdu efficitur, quod omnino deo displicet. Opus dei etiā intelligitur charitas, quā deus in nobis opera tur, vel per quā opus nostrū illi offertur, quæ tūc destrui tur, cū frater a nobis scādalizatur. [oīa quidem] alimēta a deo creata, per se & in sua natura, [mūda sunt, sed malū est homini] gentili [qui per offendiculum māducat] Qui autē ideo māducat indifferenter oīa vt fratrem suum Iudeum scandalizet infirmum adhuc in fide, culpam peccati & of fendiculi sibi attrahit. [Bonū est tibi] o gētilis [non man ducare carnem, & non bibere vinū neque aliquid tale, in quo frater tuus] Iudæus [scādalizatur, aut infirmatur,] in fide. Infirmatur in fide, dum suades illi, vt comedat cibos quos immundos esse deputat: vel dum contristas eum ex hoc, quod in pręsentia illius cibos comedis quos ille abomi natur. Manducare carnem & bibere vinum nec bonū est nec malum, sed medium: Similiter nō manducare carnem & nō bibere vinum, medium est: quia multi sunt isti qui comedunt carnem, & bibunt vinum cum sobrietate. Et multi sunt paganorum atque hæreticorum, maximeq; hę pocritarum, qui nō manducant carnem, neque bibunt vi num: & tamen nō ideo iustificantur. Tamen melius est abstinere a carnalibus et vino in pręsentia a Iudęi credētis: q̄ in aliquo illum scandalizare. Potest & generaliter de om nibus intelligi: qui causa abstinentiæ vel ieiuniorum: scāda lizant plurimos: vel certe qui causa gulositatis: aut etiam qui simplici animo diebus priuatis carnib; vescūtur: vn de plurimis offensionem generant, bonum esset nō come dere, quia minus caute hoc peragunt. [Tu fidem habes apud temetipsum, habe & coram deo.] Non de fide sanctę trinitatis hic loquitur, sed de fide qua credimus omnia esse mūda, iuxta quod supra diximus, Gētilem alloquitur: O gētilis, habes fidem penes temetipsum, id est credis in cor de tuo omnia esse munda, & ad manducandum licita, ha be illam coram deo in corde, non in ostentatione verbo rum: & iactantia, ne alium scandalizes, dicēs te habere po testatē omnia comedēdi. [Beatus] est ille gētilis [qui non

iudicat] neque reprehendit [semetipsum] subaudis, q̄a fra trem suum Iudæum nō scandalizauerit, [in eo quod pro bat.] omnia esse mūda. Beatus dicitur esse in hac parte gē tilis, cuius cōscientia non reprehendit illum q̄ fratrem su um Iudæum scādalizauerit, vt illum cogeret ad manu cādum carnes quas ille detestabatur, sed neq; in pręsentia illius comederit aliquid quod ille abhorreret, licet ipse om nia probaret, & cognosceret, esse munda. [Qui autem dis cernit] id est qui iudicat & facit differētias inter cibos mū dos & immundos. Postquam ad fidem venit, sicut Iudæus [Si māducauerit, damnatus est, quia non ex fide.] Hoc est quia infideliter agit, non credens omnia munda esse. Hoc dicit, si quilibet gentilis ad fidem veniens cognouerit om nia esse munda, & postmodum fecerit differētiā inter ci bum & cibum, dicens alios mundos aliosq; immundos, si manducauerit postea ex illis cibis, quos immundos repu tauit, damnationem sibi acquirit, quia nō agit fideliter du bitans in fide, & ea comedit quæ immūda dicebat alijs com edētibus, & quod nō sint omnia mūda a deo facta. [om ne autem] subaudis quod ad manducandum pertinet, [& quod non ex fide] id est quod non creditur esse mundum a deo factum, si manducauerit, [peccatum est,] quia quod immundum dixit, hoc manducauerit.

CAPVT XV.



Debemus autē nos] ego videlicet, et coapo stoli mei, alijq; credētes [Firmiores] i fide qua credimus esse oīa mūda. [Imbecillitates infirmorū sustinere] id est infirmitates fi dei illorū sustinere qui adhuc non credunt omnia esse mūda, & ad manducādum licita, & nō nobis placere suadendo. s. illis vesi communibus vel coram eis edere illos cibos, quos ipsi abhorrēt. [Vnus quisq; vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificā tionem] fidei, vt verbo & exēplo vestro, omniumq; con uersatione edificetur illi in fide qui adhuc infirmi sunt [Et enim xp̄s nō sibi placuit] solummodo [sed] patri (de quo ipse dicit, quę placita sunt ei facio semper) & bonis homini bus [sicut scriptum est: Improperia]. i. cōiuitia maledictio nes, blasphemię, detractiones [improperatiū tibi], o pater

Ioan. 8.

[cciderūt super me] vox Christi ad patrem de improprie
rijs ludæorū. Quādo enim improperebant filio dicentes,
Samaritanus es, & dæmoniū habes & cætera talia deo pa-
tri improperebant qui erat in filio, sed ipsa impropria
super Christum ceciderūt, quia vsq; ad mortem persecuti
sunt illum. Bene ergo dicit Apost. Christus sibi nō placuit:
quia ipse nō quæsiuit sua, sed patris & nostra, sicut ipse di-
xit. Nō veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit
me. Similiter nos nō debem⁹ nobis placere: neque propriā
volūtatē quærere, sed dei & fratrum. [Quæcūq; enim
scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per paciē-
tiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus.] Iū-
git sic Apostolus omnibus credentibus, & vult ostendere,
omnia quæ in diuinis libris scripta sunt, nō propter illos
esse scripta sunt, quorū gesta et facta ibi narrātur, quia illi
non erāt calecturi, quia olim mortui quiescebant, sed tam
propter nostram salutem & futurorum, vt habeam⁹ vbi
possimus exēplum fidei bonorumq; operū sumere, & vbi
possimus cognoscere quibus operibus placatur de⁹ & qui-
bus ad vindictā prouocatur, videlicet quomodo appeten-
de virtutes, & respuēda vitia, & qualiter paciētes in fide
& spe esse debeamus. Quid em̄ profuit Abraham; q̄ scripsit
Moyſes illum fuisse obedientem, et quod laudauit illū deo
placuisse? Quæcūq; inquit scripta sunt in lege, pphetis, &
Psalmis: & reliquis scripturis, ad nostrā doctrinā scripta
sunt, vt nos inde doceamur quī ad fidē venimus. Quomo-
do? vt per patientiam præcedētium patrum edocti paciē-
ter aduersa huius seculi perferamus, & per consolationem
scripturarum spem habeamus. i. expectationem futurorū
bonorum teneamus, Videamus quomodo pertineāt ad no-
stram doctrinam ea quæ scripta sunt in diuinis libris: Dū
Exod. 14 legimus populū Israel de Aegypto egressum per mare ru-
Nūc. 20. brum transductum. Pharaone & Aegyptijs submersis, a-
Exo. 16. quam eis de petra datā, manna de cælo largitum, & post
multa prælia quæ cōtra hostes viriliter peregerūt. terrā
repromissionis ingressum debemus inde & doceri & do-
cere, vt per Aegyptū intelligamus hūc mundum, per ma-
re rubrum, baptisum qui consecratur rubore sanguinis
Christi: per Pharaonē, diabolū: per Aegyptios origina-

lia peccata & actualia, quæ in baptisate pereunt, p petra Ioh. 2.
Christū: per aquam, doctrinā illius de qua ipse dicit: Qui
sicit, veniat & bibat, siue mysteriū redēptionis atq; ablu-
tiōis nostræ, per manna vero, corpus illius quod quotidie
sumit a fidelibus in ecclesia, per prælia quæ illi sustinuerūt
certamina & bella quæ habemus aduersus dæmones: post
quorū debellationē: si recte in fide permanferimus, merebi-
mur peruenire ad patriā cælestē, quæ significatur p terrā
repromissionis de qua Psa. ait. Credo videre bona dñi i ter Psal. 27.
ra viuētium, Hanc terrā. i. soliditatē æternæ patrię, nō nisi
veri Israelite accipiūt. Iterum dū legimus fidē & obediē-
tiā beati Abraham & patientiā: quomodo aduersa huius se-
culi pertulit, quādo per multorum annorum curricula pe-
Gēn. 2. regrinatus est i terra aliena, & quomodo obediuit verbis
dei, qñ voluit filiū vnigenitum immolare, nō dubitans de
promissione: quia dixit ei deus: In Isaac vocabit tibi semē
debemus fidē illius imitari, quī filij eius dicimur per fidē
& paciētiā & obediētiā, nō deficientibus in tribulatio-
nibus. Similiter dum legimus beatū Iob grauiter esse per-
Iob. 2. cussum & flagellatum, intātum vt filiis & filiabus omni-
que substantia priuatus, in sterquilinio sederet testa sanie
radens, qui quondā erat vtpote potentissimus regum, &
quomodo omnia aduersa paciētissime sustinuerit: pro qua
iterū meruit sanitatē recipere, & oīa duplicata quæ amise-
rat, & insuper futura præmia, debemus ex hoc magnā cō-
Iob. 2. solationem recipere: & si forte aliqñ talia euenerit nobis:
debemus ista ad memoriā reducere: & paciētie eius imita-
tores existere dicētes cum illo, Sicut domino placuit: ita fa-
ctum est, sit nomen domini benedictum: Talia & his simi-
lia sedulo animo reuoluētes, debemus spem firmā tenere:
expectātes gaudia futurorum bonorum [Deus autem pa-
tiētie & solati] det vobis id ipsum, sapere in alterutrū secū-
dum Iesum xp̄m] More patriarcharum dat modo benedi-
ctiōne Apo. Romanis. Verbi gratia: Sicut Isaac benedixit
filiis suis Esau, & Iacob, & postmodū Iacob duodecim pa-
triarchas, & Moyſes duodecim tribus filiorū Israel, Sicut
autem dicitur Deus iustitiæ: eo quod ipse iustitiā tribuat
omnibus qui merentur iustificari & in illorum cordibus
habitet: sic dicitur D E V S paciētiæ, quia ipse tribuit

patiētiam, & in illorū cordibus habitat, qui inter aduersa patiētiam seruant. Similiter dicitur & deus solatiij, quia ipse solatiū præstat in se confidentibus, atq; in illorum cordibus habitare dignatur, qui alijs consolationem impedire student, vel qui in aliorum patientia cōsolationem accipiunt in aduersitatibus constituti. Deus autem (inquit) patiētij & solatiij, det vobis id ipsum sapere in alterutrū, vt vnū sentiat de fide, spe, & charitate, & quod vnus credit hoc speret alium credere, & quod in se est boni, hoc in alio vel id ipsum det vobis sapere, vt sicut sibi vnusquisq; sic proximo velit. i. quod sibi vult euenire, hoc optet proximo suo: & sicut diligit illū, ita credat se diligi ab illo. Et bene addidit, secundū Iesum Christum. i. secundum quod voluntas est Iesu Christi, quia multi sentiunt vnum & videntur se diligere, sed nō secundū Iesum Christum. Verbi gratia: Sicut sunt heretici, qui nō sentiūt in se errores, quod & in alijs hereticis: & sicut sunt illi, qui nō causa amoris dei diligunt alios, sed propter beneficia temporalia quæ ab illis captant, vel quia in malitia concordant cum eis, [vnanimis]. i. vno intellectu, atq; vno consensu, vel vna fide [& vno ore]. i. vna cōfessione [honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi.] Deus omnipotēs pater, pater est domini nostri Iesu Christi, tam secundum diuinitatem in qua genuit illum cōeternum sibi & consubstantialem ante omnia secula, quam secundum humanitatem qua creauit illum in fine temporum in vtero virginali. Deus vero est solummodo hominis assumpti a verbo, hoc est secundū humanitatē, vnde ipse dixit Mariæ post resurrectionis gloriam. Vade ad fratres meos: & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrū quem tunc glorificamus siue laudamus, quādo eius fidem sincerissimam tenentes in corde omniq; intellectu, cōfitemur eum ore verum deum esse, & fidem quam habem⁹ bonis operib⁹ exornamus. iuxta quod ipsa veritas admo net, dicens, Videant opera vestra bona: & glorificent patrē vestrū qui in cælis est [Propter quod] subaudis decus honoris, suscipite adinuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorē dei.] Ad ea quæ paulo super⁹ dixit Apostolus de infirmis adhuc fratribus in fide loquens, & differentia

Ioan. 1. 10.

Mat. 5.

eiborum quos p̄cepit suscipit in affectū charitatis cū tranquillitate inquiring. Infirmū autē in fide assumite, pertinet ista p̄sentia, & est sensus: Propter hoc talia dico vt suscipiatis in charitatis affectu fratres adhuc infirmos in fide, neq; scandalizetis eos suadentes eis vt comedant cibos quos ipse detestā quasi immūdos, & ita suscipite illos cū charitate, sicut & Christus suscepit vos ad fidē suā in honorē dei patris, vt deus pater laudet p̄ vos. Si ergo Christi⁹ dignatus est recipere ad fidē suā Iudeos blasphematores, & vos gentiles idolatras, oīq; immunditia repletos, atq; a cognitione dei alienos multo magis nos debemus non despiciere fratē nostrū infirmū in fide, neq; in aliquo cōtristare aut scādalizare, sed potius in affectū charitatis debemus eū colligere. Ideo ergo dicit nos susceptos in honorē dei patris, vt deus pater per nos & per bona nostra opera glorificetur & laudetur cū filio suo, qui dixit in euāgelio discipulis & omnibus in se credituris. Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. [Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatē dei ad confirmandas promissiones patrum.] Circumcisio in hoc loco duplici intelligētia accipi potest videlicet tam carnalis quam spiritalis, quoniam vtriusque minister extitit dominus in se suscipiendo, & alijs ministrando. Circumcisionis enim carnalis minister extitit, quia antequam veniret in mūdum per incarnationis mysterium, ipse qui est verbum patris, ministravit illam dando & præcipiendo vt obseruaretur, quia ipse qui loquebatur per angelū ad sanctos patres, sicut in libris prophetis sapissime manifestatur. vbi dicitur, Os, siue verbum domini locutū est veniens in carne etiam minister extitit circumcisionis, quia illam in semetipso suscepit, non vt illam præciperet seruari & custodiri post suum aduentum, sed vt ostenderet legem sanctam esse iustam, & bonam. Nam mittens apostolos dominus ad prædicandum non dixit: Ite, prædicate circumcisionem seruandam omnibus gentibus, sed ite prædicatē euāgelium omni creaturæ, & baptizate in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Hoc quidem non de circumcisioe carnali dictū est, sed melius, i. altiori sensu de circum-

Mat. 11.

Mat. 3.

cissione spiritali intelligendum. i. de gratia baptismatis. Circuncisio spiritalis que est: Expoliatio vtiq; vitiōrū que fit per baptismā, cuius minister extitit ipse dñs in se suscipiendo & alijs dādo. Suscepit enim baptismū qñ baptizatus est a Ioāne Baptista ministravit aut postmodū, quia baptizauit Apostolos, aliosq; ad se per fidē accedentes, iuxta quod euan gelium narrat, dicens, Quia Iesus baptizabat & discipuli eius. Mittēs quoq; apostolos ad prædicationis officium per quadrifidū orbem, indixit eis, dicens: Ite, docete omnes gētes, baptizātes eos in nomine sanctę trinitatis. Ecce quomodo fuit dñs Iesus minister circūcisionis spiritalis. Possūm? etiā & hoc veraciter dicere, quia quotidie ministrat ipse eadem circūcisionē dimittendo peccata in baptisinate Ministeriū etenim tingendi corpora, tradidit suis fidelibus potestatem dimittēdi peccata, sibi proprie reseruauit, sicut Ioānes p̄cursor eius de eo dicit turbis: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Et iterum, Ego inquit Ioā. nesciebam cum quod sibi esset seruaturus potestatem baptizādi nulliq; traditurus: sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manētem super eum, hic est qui baptizat. Apostolo dicēte Christum Iesum ministrū fuisse circūcisionis spiritalis poterat aliq; ei obicere. Cui? rei gratia extitit ipse minister circūcisionis? Ad hæc Apostolus. [Propter veritatē] inquit dei patris [ad confirmandas promissiones patrum]. i. vt cōfirmaret deus pater p̄missiones suas, quas locutus est ad sanctos patres de salute gētium, dicens Abraham: In semine tuo benedicetur omnes gentes, siue vt verax appareret cōplēdo promissiones quas patribus promiserat de salute gētium & quæ p̄dixerat de eadē circūcisionē spiritali. Nisi enim p̄ gratiam baptismatis mūdarentur gentiles & per fidē domini saluatoris, nequaquā ī filiationē abrahę trāsirēt, nequaquā etiā esset completū quod dicit Moyses, in nouissimis diebus circūcider dominus cor tuum, & non carnem tuam. i. mundabit illud ab infidelitate, omnibusq; peccatis per baptismum illud quoq; Ezechielis prophete, dicentis, Effundā super vos aquā mundam, aquam videlicet baptismatis [gentes autem super misericordiam] id est de misericordia [honorare Deum] subaudi debent, quia gratis sine

vllis meritis præcedētibus vocati sunt ad fidem, gratisque acceperunt remissionē omnium peccatorum per spiritalē circuncissionem: per gratiā videlicet baptismatis non per circuncissionē carnalem, cui enim plus dimittitur, plus debet diligere [sicut scriptum est: Propter hoc cōfitebor tibi ingentibus domine, & nomini tuo cantabo] Psalmista loquitur ex persona filij dei: deo patri gratias referētis propter obedientiam gentium ad fidem venientium. Quomodo ergo laudat & glorificat filius deum patrem: qui equalis est ei in omnibus? In gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quādoq; enim gētes laudant & glorificāt deū patrem: filius dei laudat illum per ora & opera gentium: cuius sanguine redēptæ sunt. Ideoq; dicit. Propterea: quia populos multos & gentes mihi subiugasti per fidē: confitebor tibi domine pater: & glorificabo te per ipsas gētes & nomini tuo cantabo: id est nomen deitatis tuę laudabo. [Et iterum dicit:] scriptura in Deuteronomio: [Letamini gentes cum plebe eius.] Moyses legislator extendens oculum prophetæ ad tempus vocationis gentium: alloquitur eas hortādo vt laudent deum patrem cū plebe Israelitica: que olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur. O gentes credentes in filium dei: per cuius passionem estis redēptæ, & per cuius baptismum mundatæ & expiatæ estis ab oibus peccatis, sociantes vos in affectu charitatis credentibus ex Israel letamini letitia spiritali: [Et iterum: Laudate oēs gentes dñm, & magnificate eū oēs populi.] Chorus Apostolorum alloquitur multitudinē gentium ad fidem Christi & baptismi gratiam concurrentem & præcipit vt laudes gratiarum referant domino corde, ore, & opere: cuius gratia sunt redēptæ cuius misericordia ab omnibus reatibus sunt expiatæ. In hoc vero quod subdite magnificate eū oēs populi: Iudæos hortatur vt gaudeant de salute gentium, inquiens, Et vos omnes populi. i. omnes Iudæi magnificate deum. i. magnum prædicare propter salutem fratrum vestrorum gētiliū, & propter ineffabilia magnalia quæ vobis cōtulit a diebus antiquis: [referētes gentibus quāta et qualia vobis libentissime præstitit.] Et rursum Isaias ait: Erit radix Iesse: & qui exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt, [Iesse ipse est: Isai pater

Dauid regis de cuius plapia ortus est Christus scdm carnē per Mariā virginē. Hoc quod dicit, erit radix Iesse, dupliciter itelligi potest hoc modo: Iesse ipse est radix, Dauid vero filius eius, ipse est arbor, Maria virgo, ipsa est ramus eiusdē arboris: flos vero rami istius, Christus qui dicit ad ecclesiā in Canticorum: Ego flos campi. Radix ergo huius flosculi. i. Christi, Iesse fuit, quia sicut flos ex radice arboris processionem habet, ita & Christus secundū carnem ex Iesse originem traxit. Altiori autē intellectu, radix Iesse Christi est, verbū. s. dei patris, quod inter cetera quæ Ioannis. x. creauit, Iesse quoq; creator ex titit, Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Qui ergo secundū carnem ex Iesse originē duxit, ipse quoq; secundū diuinitatem radix & creator Iesse extitit, Iesse interpretat, Est mihi. Est, verbum substantiuū est, Quod vero dicitur, erit radix, similiter Erit ab eodē verbo substantiuo venit, & ponitur pro futuro tēpore: Quicūq; ergo in eum credit, qui dixit ad Moysen: Qui est, misit me ad vos, ille veraciter potest dicere, Est mihi. i. credo in eum qui semper est, & ipse est mihi deus & erit. Sed quæri potest, quare dixerit ppheta, Erit radix Iesse, & nō potius erit radix Booz vel Obed cum & ipsi iusti extiterint, & patres Isai? Ad quod dicēdū est, ideo dixisse prophetam, Erit Radix Iesse, & non radix Booz vel Obed vt ostenderet dominum Christū Iesum de progenie regali etiam secundū carnem descendere, qui ante secula genitus est a deo patre, rege regū, & dño dominātium, Notādumq; quia quod dixit, Erit radix Iesse, sub verbo futuri temporis loquens, ad natiuitatem Christi humanā respexit, quæ adhuc futura erat quādo ista prēdixit. Dicitur itaq; hoc modo, Erit Iesse radix Christi secundū humanitatem, & ipse Christus qui exurget nascēdo per virginē vel a mortuis resurgendo regere gentes, in eo gentes sperabunt, Christus igitur regit & gubernat gentes, in se credentes, & ipse defendit illas ab insidijs & infestationibus dæmonum, omniumq; aduersariorum, quoniam ipsi in eo sperant, [Deus autē spei repleat vos omni gaudio & pace in credēdo] Ex hoc quod Isaias propheta dixit de Christo. In eo gentes sperabunt, sumpsit Apostolus occasionem vt diceret illis hanc benedictionem, D E V S autem spei

qui tribuit spem futurorum bonorum in se credentibus repleat vos omni gaudio spiritali & pace. i. cōcordia amore fraterno in se credēdo, credētes in eū qui vos p sanguinem suum pacificauit deo patri, sitis & ipsi inuicē cōcordes & pacifici, qui hacten⁹ fuistis inuicem dissidentes, [vt abūdetis ī spe & virtute spiritus sancti, i. per virtutē spiritus sancti, plenam habeatis spē aternę remunerationis, eiusq; dono atq; auxilio subleuati, virtutē totius bonitatis adipisci mereamini. [Cert⁹ sum autē fratres mei, & ego ipse de vobis, qm pleni estis dilectione] dei & proximi [repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrū monere] .i. inuicē vos castigare & corripere. Perfectos in fide blande alloquit [Audacius autē scripsi vobis fratres experte] Audacius, licet sit cōparatiuus gradus, ī hoc tamē loco pro positiuo ponitur quod est audacter. i. cū audacia & securitate. Ideoq; addidit, ex parte, quia multa sciebat ipse in corde, quæ nō proferebat ore, & quæ illi nō poterāt capere, ex quibus partē scribebat eis: vel etiā idcirco dixit, ex parte, quia iam legerāt ipsi epistolas ei⁹, quas alijs ecclesijs destinauerat: & quæ ibi nō legerāt ex parte, ī hac inferre studuit, vnde & subdidit: [tāquā in memoriā vobis reducens.] subaudis iam legisse mea dicta in quibusdā epistolis meis, quod tale est, ac si alijs verbis diceret. Dū reduxi ad memoriā legisse vos iam mea dicta, pauciora vobis scripsi & hoc [propter gratiam quæ data est mihi a deo vt sim minister Iesu Christi in gentibus] Gratiam hic appellat sapientiam, quā prae omnibus apostolis accipere meruit vt beat⁹ August. dicit potest & de ministerio apostolat⁹ intelligi, quod ei gratis a deo collatū est. Scripsi vobis (inquit) pauca ex pluribus quæ in corde meo firma habentur propter gratiam sapientię, quæ mihi a domino ad hoc data est, vt illam pro capacitate auditorum expenderem, siue etiam vt ministerium apostolatus mei complerē in gentibus, [sanctificās Euangeliū dei] id est sanctum esse demonstrans prędicādo illud sine errore & mendacio, sancteq; viuēdo: & miraculis virtutum testificādo, gloriam propriam non quærēdo neque pro lucris tēporalibus hæc & omnia, sed pro remuneratione aternę vitæ agēdo, Ille sanctificat euangeliū siue sanctum demōstrat, qui absque errore & mendacio

illud prædicat, & quod prædicat ore, cõfirmat miraculis: exornat sancta conuersatione, & qui non quærit suã laudem, sed dei. [vt fiat oblatio gẽtium accepta,] id est vt gẽtes offerantur deo per me in gratiarum actione, & sit ipsa oblatio amabilis ei[& sanctificata] per baptismũ, p̄ passio nem Christi, & per fidẽ [in spiritu sancto] id est per gratiam spiritus sancti. Põstificum est doctrinã, prædicatiõis operam dare, & illorum est sacrificium offerre deo. Nã sicut in veteri testamento p̄stifex siue sacerdos hostiam & oblationẽ quã offerebat deo, studiose prouidebat vt absq̄ macula esset, ita & qui euangelium annunciat, prouidere debent, vt neq̄ in prædicatione, neq̄ in doctrina, seu magisterio aliqua culpa nascatur, vt sicut illæ hostiæ deo erant acceptæ, ita sint & auditores illorum in sacrificio dei trãseunt, imitantes ipsi prædicatores egregium doctore & magistrũ gẽtium, qui illos quos deo sua prædicatiõẽ & misterio i fide obtulerat, optabat vt sine macula grauioris peccati permanentes accepti essent deo. [habeo igitur gloriam] præparatã [in Christo Iesu ad deum.] ac si diceret: Per virtutes quæ sunt i Christo Iesu quas ego amplector habeo gloriam præparatam mihi, & honorem maximum apud deum patrem. [Nõ enim audeo aliquid loqui eorũ] verborum [quæ per me, nõ efficit Christus] verbo & factis, id est nõ audeo alia loqui & prædicare, nisi quæ Christus inspirat mihi i corde. Quicquid enĩ operabatur, quicquid loquebatur, totum Christus per eum efficiebat sicut ipse alias dicit: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? [in obedientiũ gentium in verbo & factis] Hoc est, idcirco insto ego verbo prædicatiõis, & factis miraculorum, vt gentes obediant euãgelio. [in virtute signorum & prodigiorũ, in virtute spiritus sancti.] Signa appellantur multis in locis, in quibus cum sit aliquid mirabile indicatur quoque per ea aliquid futurũ sicut in sanatione filij reguli ostensum est, domino dicente: Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Per hoc enim quod viso miraculo sanitatis in filio illius, per pauci crediderũt, pater videlicet illius cũ suis, significabatur quod paucitas Iudæorum crediture esset in deum. Ecce signum quod vtrunq̄ in se continet, quædam scilicet miracula & quædam

2. Cor. 3.

Joan. 4.

dam futura. At vero prodigia dicuntur quasi prodigia, vel perrodictia, eo quod aliquid in futurum tantummodo ostendant, quasi digito ostendo. Signa autẽ & prodigia pro vno accipiunt hoc loco, miracula videlicet, quæ p̄ virtutẽ spiritus sancti operabatur, [ita vt ab Hierusalẽ per circuitum vsq̄ ad Illiricum] quæ est provincia in initio Europæ, [repleuerim euangelium C H R I S T I.] subaudis oẽs gentes & prouincias, Illiricum prouincia est, vt diximus. [Est autem finis Asiæ, & principium Europæ.] Sic autem prædicaui euangelium hoc [Quo modo?] nõ vbi nomina tus est C H R I S T V S, a prædicatoribus, siue vbi in eum iam crederent, [ne super alienum fundamentum ædificarem] Non prædicaui (inquit) vbi iam Christus esset prædicator & crederetur, sed vbi penitus ignorabatur, ne super aliorum prædicationem & fidem ponerem meam. Ap̄ostolus ergo ipse iacebat fundamenta fidei, & ipse erigebat parietes. Illis utiq̄ prædicabat, de quibus olim prædictũ erat, [Quoniam quibus non est annũtium] a prophetis, [de eo,] id est de Christo, [videbunt,] illum per fidem] & qui non audierunt,] prædicantem eum, [de eo intelligẽt.] per prædicationẽ apostolorũ, [propterq̄] subaudis opus prædicationis, [& impediẽbar plurimum] ab edificatione verbi [venire ad vos]: o Romani: & prohibitus sum vsq̄ adhuc, Non impediẽbatur a satana, sed ab utilitate p̄dicatiõis, vt primũ ecclesia fundaret Asiã, postmodũ ad exteras pergeret nationes. [Nunc vero alterius locũ nõ habens] vacuum ad prædicandũ. [In his regionibus cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniã proficisci cõperõ, spero q̄ præteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis primũ ex parte fructus fuerõ,] videt hoc in Achaia positus dicere, apud Corinthũ ciuitatẽ eiusdem prouinciæ, quæ utique Achaia, vicina & choerens est Macedonia, in quibus locis degens, cũ singula quæq̄ peragrasset, euangelium prædicans in his duntaxat finibus, in quibus Christus nõdũ fuerat prædicatus, in agnitione dei in vniuersa repleset, designat iam adessẽ tempus quo desiderium suum debeat adimplere, videndo videlicet eos qui Romam morabantur. Bene autem his quos nondum secundũ car-

nem viderat, & ad quos nondum in corpore aduenerat. presentiam sui & rerardationem pollicetur, Desiderabili⁹ enim suscipimus bona, quæ cito meminimus auferenda, securius vero negligimus, quæ nos diutius possidere credim⁹.
 Actu, 4. Frui, est cum delectatione & gaudio aliquid possidere, vel amplecti & videre. [Non igitur] subaudiis posse quam ad vos veniam proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis: Sanctos appellat illos, qui pro Christi amore omnia sua relinquerant, aut vendiderant, & pretium illorum ad pedes apostolorum attulerant, vel illos qui deprædati fuerant a Iudæis non credentibus, quos laudat in epistola ad Hebræos. Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio susceperitis. De istis etiam dicit Isaias: Et qui recessit a malo eorum prædæ patuit. Isti omnes qui propria relinquerant, vel expoliati fuerant, qui scientiam prædicandi non habebant, ut ad prædicandas gentes possent ire, erant in Hierusalem vacantes iugiter orationibus ac ieiunijs, quibus apostoli de singulis provincijs & locis in quibus prædicabatur quicquid pecuniarum, auri, argenti, vestimentorum accipiebant, eis mittere satagebant, maxime tamen Paulus: qui plurimis gentibus prædicabat. Unde dicunt doctores, quia aliquando amplius quam tres aut, quinque modios argenti eis mittebat. [Probauerunt autem Macedonia & Achaia] id est sanctum & bonum visum est illis: [collationem aliquam facere] munerum [in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalē.] Macedonia & Achaia: quæ & Achaia vocatur, a qua & populi eius Achæi dicuntur: provinciæ sunt nobilissimæ græcorum sibi adiacentes: quas Apostolus ecclesijs repleuit. [placuit enim eis: & debitores eorum sunt] Quid acceperunt Macedones & Achæi siue Achæi a sanctis qui erant Hierusalē, ut eorum debitores essent? Tribus modis, erant debitores eorum: vel quia eos in fide præceperant qui ab apostolis & prædicatoribus erudiebantur, vel quia ipsorum exemplo & doctrina proficiebant: vel quia etiam vnus fidei erant, & vnum patrem deum habentes, fratres erant in fide. Omnes enim christiani, qui fratres sunt in fide, debitores sibi sunt, ut alter alterius onera portet. Potest & quarto modo intelligi, in hoc eos existere debitores eorum, quia illi die ac nocte pro salute illorum ora-

Heb. 10.
Esa. 36.
Gal. 6.

tionibus insistebant, ut fides Christi eis roboraretur [Quoniam si eorum spiritualium honorum participes facti sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis] Iisdem modis erant participes eorum, quibus & debitores, & est sensus: lam quia in spiritualibus rebus illis præstant supplementum, & quod in se non habent: habent in illis, iustum est ut in temporalibus beneficijs eis subueniant [Hoc igitur] opus ministratiōis [cum consummauero] .i. cum perfecero [& assignauro eis fructum hunc.] collationem videlicet munerum, quam eis mittunt per me fideles [Proficiscar per vos in Hispaniam] Cōgrue autem dicit proficisci per Romaniam quia euntibus de Achaia, in Hispaniam in medio itinere Roma habetur. [Scio autem quoniam veniens ad vos. Sup. 1. in abundantia benedictionis christi veniam] Spiritu prophético afflatus, talia cum securitate dicebat. Quod autem dicit in abundantia benedictionis CHRISTI veniam, tale est, quale & illud quod in exordio huius epistolæ dixit: Desidero (inquiens) venire ad vos, ut aliquid gratiæ spiritualis impartiar vobis, ad confirmandos vos. In abundantia benedictionis veniam. .i. plenitudine virtutum, ut mea prædicatiōe quod minus habetis in fide percipiat ex virtute miraculorum, quæ apud vos operabor, roborem in eadem fide, ut maiorem gratiam Christi in meo aduentu percipere mereamini. Sic etenim fecit: quia veniens quod illis deerat in fide, in charitate, & in cæteris rebus spiritualibus, suo aduentu suppleuit. [Obsecro ergo vos fratres.] Romani [per dominum Iesum, & per charitatem spiritus sancti.] per dilectionem quam debetis habere erga deum & proximum quæ per spiritum sanctum datur, fidelibus [ut adiuuetis me in orationibus vestris ad deum] id est apud deum, [ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa & obsequij mei] .i. ministerij vel obedientiæ meæ [oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, & refrigerer vobiscum] Ille querit refrigerari, qui calore solis vratur, vel qui pugnando & luctando calescit atque lassatur. Et beatus Apostolus fortiter pugnabat contra phariseos, contra Iudæos, contra hereticos, ideoque desiderabat ad tempus tam corpore quam spiritu requiescere Unde ipse dicit quodam loco, Si ad bestias pugnem Ephe 1. Cor. 4.

fi Bestias appellat philosophos & hæreticos. Ideo aut exorabat, vt Romani suis oratiõib⁹ ei subuenirēt quia timebat comprehendī dum veniret Hierosolymā ab infidelibus Iudæis, & retrudi in carcerem, vel occidi, & non posset neque sanctis deferre munera & oblationem suam, neq; post modum venire Romam, sicut in desiderio habebat. Hinc percutitur pontificum superbia & prælatorum atq; principum & potentium huius seculi, qui dedignantur exorare subiectos suos quatenus pro eis preces orationesq; fundant. Si enim ille qui & apostolus & pontifex erat omnium gentium, omniq; gratia spiritus sancti repletus, non est dedignatus auxilium subiectorum expetere in orationibus, quanto magis isti qui pleni sunt rapacitate, superbia, omniq; nefario actu non debent dedignari? Ita q; imitandus est omnibus viribus [Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.] Deus pacis intelligitur sancta trinitas, cuius misericordia reconciliatum est genus humanum & cuius dono, pax & concordia datur cunctis fidelibus, Et satis pulchre in pace finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis, ostendens quia non nisi in pacis deus pacis (qui pacem præstant) possit habitare.

CAPVT XVI.

Commēdo autem vobis Phœbē sororē nostrā] nō carne, sed cōmunem in fide [quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cēchris vt eā suscipiatis in dño digne sanctis] hoc est, sicut conuenit sanctis siue vt quidā codices habēt digne satis. i. abūde & hūane, [& assistatis ei]. i. auxiliamini, & subsidiū præbete [in quocūq; negotio] siue causa [indiguerit vestrī,] auxiliij. Cēchræ portus est Corinthi, vbi erat ecclesia fidelij, cui ministrabat Phœbe nobilissima matrona victū & vestimentum, vt pote fidelissima in fide Christi. Ergo tunc temporis quando Apostolus istam scribebat epistolam, Romani omnibus gentibus imperabant, & si quis nobilium præcipuam habebat causam ex aliquo negotio, siue ex oppressione aliorum, siue ex prædiorum vel mancipiorū ratione, Romam concurrebat, vbi erat imperator & iudices causarū. Potuit ergo fieri vt Phœbe matrona ob huiusmodi causam tūc deueniret Romā, qua ppter præce-

pit Paulus credētibus, vt ei in omni negotio auxilium ferrent, siue in vestib⁹, siue in victu, vel aliquo subsidio temporali reddiditq; causam quare talia præcipiat. [Etenim ipsa quoque assistit]. i. ministravit atq; auxiliū præbuit [multis & mihi ipsi. Salutate Priscā & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu,] in prædicatione videlicet & alijs operib⁹, [qui pro aīa mea] .i. pro vita mea vt illā seruarent, [suas seruitutes supposuerunt] periculose opposentes. Prisca ipsa est, quæ & Priscilla appellatur in Actibus apostolorū, & erat Iudæa gr̄c. vxor Aquilæ Iudæi, qui quodam tempore dum Iudæi vellent Apostolū interficere apud Corinthū isti se in medio opposuerūt & liberauerunt eum, vnde & subdit: [quib⁹ nō solū ego] Paul⁹ [gratias ago,] p hos factos [sed & cūctę ecclesiæ gentiū] quibus ego præsum, quia per meā prædicationē ad fidem venerūt. Iste ē ergo Aquila & Priscilla vxor eius, apud quos manebat Paulus Corinthi positus, quia eiusdem artis labori insistebant: cui & Paulus structuræ videlicet tabernaculorū, quæ & scenofactoria ars appellatur. Sutores etenim erant, & suebant ex pellib⁹ siue linteaminibus tabernacula & papilioes, i. quibus maxime Saraceni habitant, vendebantq; ea quæ opera bantur, indeq; viuēbāt. De his ergo ita legitur in Actibus apost. Post hæc autem descēdens Paulus ab Athenis venit Corinthum: & inuento ibi quodā Iudæo, nomine Aquila Pōtico gr̄c, qui nuper venerat ab Italia, & Priscilla vxor ei⁹, eo q; præcepisset Claudius imperator discedere oēs Iudæos ab vrbe Roma, eo quod seditioſi essent adhesit eis, & quia eiusdem artis erāt, manebant in vnum, & operabantur simul. Erant em̄ artifices tabernaculorū, vt diximus. i. sutores cōponētes, tabernacula ex pellibus seu cortinis linteis. Sed questio hic oritur. Cū in Acti. apo. dicat̄ sicut Paulus superius ostensum est, q; apud Corinthum simul hospita bātur Paul⁹, Aquila & Prisca, quare in hac epistola a Corintho eis verba saluatoria scribebat, quasi Romę de gētibus Quæ ita soluitur, q; pulsus Iudæis ex vrbe p præceptū Claudij, Corinthū isti duo venerint, rursusq; reddita libertate redeundi in morte Cæsaris, reuersi sunt ROMAM, vbi eos Apostolus nunc salutat. Horum etiam domesticos & vernaculos salutat, quos & ecclesiam appellat dicens:

Actu. 18.

& domesticam eorum ecclesiā,] subaudis saluto [Salutate Ephenetum dilectū mihi, qui est primitiu⁹ ecclesiæ Asiæ] Hic Ephenetus videt⁹ prim⁹ credidisse ex Asia, vñ & primitiuum Asiæ illū vocat: siue quia primum oim credidit seu etiā quia magnæ dignitatis atq; nobilitatis erat. Idcirco autem mentionē istius fecit, vt ostenderet nobiles etiā ad fidē venire, ac per hoc inuitaret primos Romanorū ad fidem. [Salutate Mariam quæ multū laborauit in dño] officium scilicet prædicationis faminis sui sexus impendēdo per domos. Nā in ecclesia non docebant mulieres, sed viri;

2. Cor. 2. quia ipse Apostolus phibuerat hoc, dicēs: Mulieres in ecclesia taceant [Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & cōcaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis q̄ & ante me fuerunt in Christo.] Potest fieri vt secundū carnem isti cognati fuerint Apostoli. Iudæique similiter exiitēs & sunt exules effecti ppriæ sedis ob gratiā fidei, sicut & Paulus quando appellauit Cæsarem. Crediderunt autē ante illum in Christum, & nobiles habiti sunt in apostolis. i. apđ apostolos duodecim, de quib⁹ & illud intelligere possumus, q̄ fortassis ex illis septuagintaduob⁹ apostolis fuerint & ipsi nobiles. [Salutate eos qui sūt ex Aristobuli domo] Iste Aristobulus cōgregator intelligitur fuisse fratru in Christo credētium, cuius factum sic probat, vt eius discipulos sua salutatiōe dignos ducat. [Salutate Appellē probum in Christo] Licet quidam faciāt ex hoc duo nomina propria, dicētēs ita: Salutate Appellem et Probū, nō est illud, sed vnum nomen est proprium cum adiectiuo. Salutate inquit, Appellem probum, id est, probatū in fide, & laudabilem. [Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo.] Iste Narcissus, vt in alijs codicibus inuenitur, presbyter erat tūc tēporis [Salutate Rufum electū in domino] id est, promotū ad sacerdotium, [& matrem eius atq; meam] per adoptiuum amoris. Hæc mulier magna religione pollebat, quæ apud Apostolum hoc donū promeruerat, in matre apud illum vocaretur. Nō enim putādum est, in istis salutationibus inaniter fieri per singulos quosque laudis & salutationis differentiā, Qui enim scit quia C H R I S T V S loquitur in Paulo, certus est q̄ p̄ vitæ merito, alius quidam

probus dicitur ab eo, alius charissimus, alius laborās in domino, alius electus, vt hic Rufus (de quo nūc sermo est) electus in domino salutatur, & mater illi⁹ mater apostoli dicitur, causa summę dilectiōis. [Salutate inuicem in osculo sancto] .i. in osculo non ficto, vel subdolo, quali osculo tradidit Iudas saluatoreē. Vel quali osculātur incesti alios causa immunditiæ, quod osculū non castum vocatur, sed colūbinum, & est sensus, iam quia ego nō sum presens, vt vos possim omnes osculari, osculamini vos inuicē mei amoris causa cum acceperitis hanc epistolā. Ex hoc loco alijsq; similibus, mos traditus est ecclesię, vt cōuenientes fideles in ecclesia ad audiendum verbum diuinum missarumq; celebrationem, post orationes osculo dilectionis suscipiant se inuicē. [Rogo autē vos fratres, vt obseruetis eos qui desensitiōes faciūt] .i. declinate ab illis qui discordias & rixas mouent inter vos. Cōtra pseudo Apostolos & Iudæos nō recte credētes loquitur ista. [Huiusmodi enim] subaudis homines, qui dissentiones generāt inter vos discurrendo de domo in domum, adulantes & laudantes quosdam, alij vero detrahentes, & cōcitantēs vnum aduersus alterum per detractiones [non seruiunt Christo, sed suo ventri,] quia ideo adulantur alijs, & detrahunt alijs vt possint suā vētrem implere [& p̄ dulces sermones & benedictiones se ducunt corda innocentum.] Ad hoc, inquit, prædicant, & dulces sermones adulationis & benedictionis proferūt, vt corda simplicium fratrum seducere possint, & innocentia eorum auferre valeāt. [Vestra enim obediētia] qua obediētis euangelio venientes ad fidem [in omnē locum] vestræ potestatis, [diuulgata est] hoc est qđ in principio huius epistolæ dixit: Gratias ago deo meo, quia fides vestra annūnciatur in vniuerso mundo [Gaudeo igitur in vobis] o Romani quia credidistis sicut & ego [volo vos sapiētes esse in bono] vt quicquid sapitis & intelligitis, totum opere studeatis implere, [simplices autē ī malo.] vt vitia & omnia quæ mala sunt vitetis & contemnatis. Simile est hoc illi dicto, quod ad Corinthios scribit, dicens. Malitia paruuli estote, sensu autem perfecti estote, ac si diceret alijs verbis: Bonum sapite faciendo, malum ignorate vitando, & ita in vobis implebitur quod subditur. [Deus autem pacis] 1. Cor. 14

quia pacem amat, & pacem tribuit suis [cōterat sathanam sub pedibus vestris velociter,] Sathanas in lingua nostra interpretatur aduersarius, et potest in hoc loco significare diabolu & Neronem, qui Christianis aduersabatur. Postquam etiam & omnia aduersa per hoc nomen intelligere quæ animæ tendenti ad deū resistunt, & aduersantur que exorat Apost. cōteri & subijci potestati illorum. Deus pax, cui pax placet, cōterat hoc quod contrariū est paci, & dissensiones operatur. Quod autem dicit, sub pedibus vel simpliciter accipiendum est sub potestate, vel etiā in breui tēpore & velociter [Salutat vos Timotheus adiutor meus] in p̄dicatiōe [& Luci, & Iasō, & Sosipater cognati mei] Timotheum adiutorem suum dicit: omnesq; simul cognatos appellat. Et quidem de Timotheo plenissime fertur in Acti. Apost. fuerit ex Derben, filius mulieris vidue, fidelis patre gentili. Ipse quoq; Apost. dicit, q̄ propterea rogauerit eum manere Ephesi, vt d̄nuntiaret quibusdam ne aliter docerent, neq; attēderent fabulis & genealogijs infinitis. Lucium autem, quidā ipsum perhibent Lucam esse qui euāgelium Actusq; Apostolorū scripsit, B. enim Apost. nō curat de proprietatibus nominū, pro eo q̄ soleant nomina interdum etiam secundū patriā declinationem, interdum etiam secundum Græcā Romanāq; proferrī. Iason ipse est, cuius mentionem liber Actuum Apost. facit, Sosipater ipse fuit fili⁹ Pyrrhi Berœensis [Salutat vos. Gaius hospes meus.] Iste est Gaius conceptiuus, qui baptizatus est ab Apostolo, sicut dicit in epistola ad Corinthios. Gratias ago deo meo q̄ neminem vestrum baptizauī nisi Crispū & Gaium [saluto vos ego. Tertius, qui scripsit epistolam hanc in domino] Tertius, propriū nomen est scriptoris credentis, qui Apostolo dictante hanc scripsit epistolam cui concessit Apostolus suo nomine plebem Romanam salutare, & vocatur Tertius nomine, non numero [salutat vos Erast⁹ arcari⁹ ciuitatis.] Erast⁹ arcarius erat ciuitatis Corinthiorū, id est princeps vel dispēsator qui præerat arce vbi ponebantur census regis tributorum & vestigalium. Quod autem addidit [& Quartus frater] proprium est nomē sicut & tertius [Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amē.] Gratia dicitur gratis data, & nomine

Actu, 15.

1. Cor. 2.

gratię debemus intelligere quicquid boni gratis accipit electi a deo, fidem videlicet, spem, charitatē, remissionēq; peccatorum. [Et autem] honor in secula seculorum [quod potens est confirmare] in fide perfecta & in omni bono [iuxta euāgelium meum] videlicet vt sic sitis cōfirmati sicut monet euāgelii quod prædico, vt de eo nihil vobis desit. Quod autē subdit [& prædicationem Iesu Christi] ipsum est quod euāgelium, quia Christus illud prædicauit [secundum reuelationem misterij temporibus cōfirmati sicut] abscōnditi æterna tempora, intellige seculā immensā que præcesserunt mundi exordiū, a cuius exordio homine creato potuit reuelari mysterium sanctæ trinitatis, & mysterium dominicę incarnationis passionis & cetera talia, sed noluit tam venerabile mysterium omnipotens pater nisi paucis innotescere, præsertim cū homo neglecto deo, se totum diabolo concesserit. Iḡitur a temporibus æternis, que præcesserūt creationem mundi, & [vt ita dicamus] ex quo mundus cepit esse, tantum occultumq; fuit mysterium sanctę trinitatis [quod nūc] in aduētū Christi [patefactū est] ab ipso Christo [per scripturas prophetarū] qui de illo mysterio aliquādo apertis, aliquādo obscuris prophetauerūt sermonibus, verbi gratia: Dixit Moyses in principio crea **Gene. 1.** uit deus calum & terram: & spiritus dei ferebatur super aquas. Ecce trinitas sed nō nisi a paucis intelligebat. quid dicit Christus? Cum venerit paraclitus, quem ego mittam **Ioan. 15.** vobis a patre meo, & alibi: Baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. De natiuitate quoq; **Mat. 28.** illius dixit Iſaias propheta. Ecce virgo cōcipiet & pariet **Esa. 7.** filiū. Natus est Christus de virgine, patefacit mysteriū propheticę scripturæ. De sepultura etiam illius dicit idē **Esa. 11.** propheta, Erit sepulchrū eius gloriosum. Sepultus est Christus patefactum est illū mysterium quod latebat. Quid plura? Surgēs a mortuis, aperuit discipulis sensum vt intelligerēt scripturas. Illis intellectis & cognitīs, cognouerunt mysterium iam esse completum & manifestum, quod antea latebat. Concordātibus em̄ & adimpletis in C H R I S T O de conceptione, natiuitate, morte, atque ascensione mysteriis, & ceteris propheticiis annuntiationibus nulla remanet iam dubitatio quin per prophetas patefactum

sit mysterium a seculis & temporibus æternis occultum; secundū præceptum æterni dei] quia præcepit filius DEI quivnius substantiæ & cū patre & spiritus sancto, dicens: Euntes in mundum: prædicate euāgelium omni creature, & baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti [ad obediētiā fidei in omnibus gētibz] id est ut omnes gentes obediant fidei & euāgelio eius. Quod ergo dixit, Ei honor & gloria ī secula, manifestare voluit subiūgens [soli sapiēti deo cognito per Iesum Christum] .i. patri & filio & spiritus sancto qui vnus substantiæ sunt & qui in trinitate vnus est deus. Ideo autē dixit, cognito per Iesum Christum, quia per illum est cognitus est manifestatus deus pater spiritus sanctus, mysteriū videlicet trinitatis. Sapiens autem deus non ex accedenti vel accidenti dono, sicut Salomō, aut aliquis hominum, sed essentialiter dicitur sapiens & est, quia nihil est ei aliud esse, quam sapientem esse: nec sapientē esse, quam esse. Finis huius epistolę in Gręco apertior habet, in quo scripta est epistola. Nā q̄ dicit [ei honor & gloria,] & postea addidit [cui] cū fuisset qđ pręmissum habebat. Ei gloria in usitato nostrę locutionis genere vsus est. Et quod dixit [in secula seculorum,] morem sacrę scripturę tenuit, & immensitatē temporum per hoc voluit designare, & tale est ac si diceret, in omnia futura secula, honor & gloria sit omnipotenti deo [Amen] autem idcirco supposuit (quod est iuramentū vel affirmatio in lingua Hebręa: latine autem sonat verum) vt confirmaret omnia vera esse; quę per totum textū huius epistolę ab eo scripta sunt.

FINIS.

¶ IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIOREM ARGUMENTUM
Haymonis.

PRæcepto domini saluatoris admonitus Apostolus Paulus, venit Corinthum, quæ est metropolis ciuitas Achaïę, prouincię gręcorū, vbi morat⁹ est anno integro & mensibus sex: ibiq; cōstanter prædicauit

euāgelium, tantum vt pene omnes eiusdem ciuitatis habitatores ad fidem Christi cōuerteret. Sed postquam ipse discessit ab eis, multi illorum seducti sunt a Iudæis & pseudo Apostolis. Quod audiens Apostolus, scripsit eis hanc epistolam ab Epheso, & miit per Timotheum, volens eos ad fidem Christi reuocare, qui ad tempus ab eo recesserāt & reliquos confirmare.

¶ IN EPISTOLAM PAULI AD CORINTHIOS PRIOREM EX EGESIS.

CAPVT I.



Aulus vocatus Apostolus Iesu Christi per volūtatem dei. Subauditur patris. De nomine Pauli in epistola ad Romanos prout melius cognoscere potuimus auctoritate doctorum dicere studuimus, & quomodo ipse vocatus sit Apostolus, in hoc autem q̄ dicit, vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei patris ostendit vnā voluntatē esse patris & filij. Sicut enim vnus substantię vnus maiestatis atq; potētia; nam pater & filius, ita vnus voluntatis existūt, & qui vocant^r a filio, vocantur a patre: sicut Paulus per filium vocatus est, ita a deo patre Apostolus. i. missus & legatus, quia legatione euāgelij functus est. Quibus verbis percutit pseudo Apostolos, necnon & Iudæos, qui dicebant illum nō esse a deo vocatum Apostolū, [& Sosthenes frater] in fide, & in predicatione, nō tamen apostolus. Quare interponebat Apostolus nomina discipulorū suorum in suis epistolis. Ob duas causas. Siue vt maioris auctoritatis essent secundū quod dominus dixit. In ore duorum vel triū testium stabit omne verbum, ne aliquis diceret, quia vnus mēdatio ista ex cogitata sunt: Siue vt completeret quod ipse docebat, dicēs in quodam loco: Si cui reuelatū fuerit aliquid sedēti prior taceat. Nam quando dictabat epistolas discipuli eius ad e¹. Cor. 13. rāt in presentia, & si forte alicui illorum aliter aut alia reuelata essent per spiritū sanctum, quam ipse dicebat, quæ

idē spiritus sanctus erat in discipulis, & in magistro, sicut ab illo dicebatur, ita ponebat in ordinem, non inuidens bonus magister discipulis, & insuper nomē illius in exordio cum suo ponebat, quia quandam partem ibi habebat. [ecclēsiā dei quæ est Corinthi] Generaliter ad omnē ecclēsiā .i. multitudinem Corinthiorū scribit quia carebāt illi adhuc episcopo cui specialiter scriberet. [sanctificatis in Christo Iesu] .i. per fidem Christi Iesu per passionē ei⁹, p̄ aquā baptisatis [vocatis sanctis.] Non ideo vocati sunt Corinthi ad Christum p̄ paulū q̄ sancti essent sed vt sanctificaretur sancteq; viuerent. [cum omnibus qui inuocant nomē domini nostri Iesu Christi.] sacerdotū est inuocare domi-
 nū pro salute populū vt de ipsis dicitur in veteri testamēto, vos inuocabitis nomē meū, & ego bñdicā eis. Et in Psalmo: Moyses & Aarō in sacerdotibus ei⁹, Samuel inter eos qui inuocāt nomen eius. Hoc dupliciter potest intelligi, cū omnibus subaudis sacerdotibus qui inuocant nomē domini vel cum omnibus, iudæis credentibus, cum eis habitantibus, [in omni loco ipsorum & nostro.] subaudis salutē optamus. In omni loco ipsorum, id est vbiq; illi fuerint, qui apud illos sunt & apud nos, salutē optamus cum eis. [gratia vobis] sit. .i. fides, remissio peccatorum [& pax] qua reconciliamur deo patri per passionem Christi [a deo patre & domino Iesu Christo.] Spiritus sancti persona in donis suis accipitur, in remissione videlicet peccatorum & pace, quia dominus discipulis promissit inquit, Vos autem baptizabimini i spiritus sancto. [Gratias ago deo meo] id est, gratias vel laudes refero deo meo [semper pro vobis] Cū dixit Apostolus, Gratias ago deo, id est laudes nō sine causa addidit, meo, cum enim omnium creaturarum vnus sit per naturā atq; potētiam, eo quod sit creator omnium illorū, tamē proprie dicitur deus esse, qui merito fidei & iustitię eius cultores esse probantur: sicut beati Pauli, aliorumque apostolorum. Hinc dicitur, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, per gratiam & vitæ meritum, & quare dicit se gratias agere deo semper pro salute illorum, cū nemo hominum semper possit intētus esse orationibus aut gratiarum actionibus. Nā sicut in scripturis patrum legimus Apostolus ab hora prima vsq; ad quintam operi manū

Psal. 98.

Luc. 3.

Exod. 3.

insistebat, ab hora autē quita vsq; ad decimā predicationi operā dabat, post decimā vero iterū procurabat pauperā peregrinorūq; hospitalitatē, suiq; corporis necessitatē, per noctem vero orationi intētissime insudabat. Igitur ppter nimiam assiduitatē, qua per singulos dies & noctes deo gratias referebat tam pro Corinthiis quam pro omnibus quos Christo acquisierat, dixit se gratias deo semper referre p̄ illis [in gratia dei] subaudi patris. .i. p̄ remissioe peccatorū [quæ data ē vobis] subaudis gratis a deo patre [in Christo Iesu] hoc est p̄ fidē Christi Iesu. Illis em̄ tātmōdo largitur deus pater gratiā suā. .i. remissionem peccatorum quos videlicet veraciter cognoscit credere in filium suū. Gratia dicitur gratis data. Et nō immerito remissio peccatorū & fides, gratia dei appellatur quia quicquid donorū habemus, dei gratia est: q̄ nō gratis nobis tribuit nullis precedentibus meritis [quia in omnib⁹ diuites facti estis in illo] hoc est in christo. In quibus rebus illi erant diuites effecti in fide: in doctrina, i diuersitate linguarū, i efficaciatā miraculorū. Istæ sunt diuitiē spirituales quibus ditatur electi, [in omni verbo] .i. in doctrina noui testamēti [et in omni sciētia] subaudis veteris & noui testamēti, vel vt ita dicamus in oī sapiētia & scientia, siue in intellectu veteris & noui testamēti [sicut testimoniū Christi cōfirmatū est in vobis] Testimoniū xp̄i appellat euang. in quo narrantur testimonia natiuitatis Christi miraculorū quoq; necnō & passionis resurrectionisq; eius et ascensionis ad celos & aduentus illius ad iudiciū. Quæ testimonia Christi ante passionem suam prædixit, & omnia in morte sua cōfirmavit. Videamus vnū testimonium ex multis, & cōsideremus quomodo illud prædixit, & quō cōfirmavit, longe ante passionem suā dixit discipulis. Ecce ascendemus hierosolimā & cōsummabūtur omnia quæ scripta sunt p̄ prophetas, de filio hominis &c. vsq; dū ait, Et die tertia resurget. Sic omnia illo veniente hierosolimā completa sunt, quia traditus est gentibus, Pilato scilicet & militibus eius illus est occisus, & die tertia resurrexit, vnde dicit Apostolus, Sicut testimonium CHRISTI, id est euangeliū confirmatum est in vobis, hoc est creditum est a vobis, & confirmatum in vestris cordibus, quia omnia creditis vera esse quæ ibi

Luc. 18.

cōtinentur. [ita vt nihil vobis desit in vlla gratia]. i. neq; in fide, neq; in doctrina, neq; in aduersitate linguarū, neq; in virtute miraculorum. Quęstio oritur in hoc loco. Si Corinthij diuites erāt facti in omni verbo, & in omni sciētia, & si tanta gratia erāt repleti. vt nihil eis deesset gratiæ: sicut in sequentibus dicitur quare Apost. in subsequētib; hui⁹ epistolę locis dicat, illos contentiosos esse, et insup ad dat, ad verecūdiam vestram dico. Quę hoc modo soluitur. Sicut in omnibus ecclesijs duo sunt genera hominū, bonorum. s. & malorum, ita apud Corinthios tūc tēporis erāt. Primū ergo Apost. a laudibus cōp̄it & gratiarū actione alloquens eos qui in fide bonisq; operibus perfecti erāt a būdātes diuitijs spiritualibus, vt ipsi semper in melius proficerent, sicq; postmodū fortiter cōp̄it redarguere illos q; in fide errabant, dissensionēq; seminabant, more peritissimī medici agens, qui vulnus secandum videns, sed ægrū timidum esse cōspiciens diu palpat sana mēbra, subitoq; percūtit more etiā arietis, qui primū humiliato capite incedit sed postmodum fortiter fecit. Primū enim laudauit bonos & deinde percussit malos: verecunde etenim mentes, nisi fuerint palpādo reprehēsa, ita vt ex alijs rebus audiāt qđ in consolationem sumāt, per increpationem durā protinus ad desperationem cadūt [expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.] Reuelatio manifestatio est. Christus ergo modo absconditus est quodammodo, & non apparet, quia nō videtur a nobis nisi mēte. Videbitur autem in die iudicij quando se manifestabit omnibus hominibus tam electis quam reprobis, sicut dicit scriptura: immo propheta per scripturā, videbit omnis caro salutare dei, & tūc dabit electis gloriam quam eis promisit, & vitā sine fine mansuram, vnde Apost. alias, Mortui, inquit, estis peccato & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit in vita vestra, tunc & vos apparēbitis cū ipso in gloria: quia eritis sicut angeli dei in cōlo, & qđ maius est, similes ei erimus spiritu, qm̄ videbim⁹ eū sicuti est [qui et cōfirmabit vos]. i. roborabit in sua fide & in bonis operibus [vsq; in finem]. i. vsq; ad diē mortis vestrę vel vsq; ad diē iudicij. [Sine crimine] Nō dicit sine peccato, sed sine crimine, i. sine capitali peccato quoda

1. Ioh. 3.

regno cælorū separat. Nā nullus homo est super terrā qui faciat bonum et nō peccet, aut in verbo, aut in cogitatione vnde & Ioannes ait: Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. Quod autē dicit, cōfirmabit vos vsq; in finem hoc exposuit, subnectens, [in die aduentus dñi nostri Iesu Christi] qñ ipse veniet reddere vnicuiq; scđm opera sua. Duę autem sunt vocationes: vna est, quę fit singulis hoībus, qñ ab hac vita p̄ mortē corporis trāseunt vocati a dño. Altera erit gñalis in die iudicij, qñ oēs tā boni q̄ mali ad iudiciū vocabūtur & quos in ista prima vocatione inuenerit de⁹ oīpotēs bñ laborātes, illos vtiq; in secunda non vocabit ad hoc vt dānet cum reprobis, qui audituri sunt. Ite maledicti in ignē æternum, sed potius vt remuneret cū electis, quibus dictū regnum est. Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis paratū ab origine mundi. In omnibus enim verax apparebit, sicut sequentia manifestabūt. [Fidelis deus, p̄ quē vocati estis in societate filij eius Iesu christi] Fidelis pater dicitur, quia verax est & cōpletor sui sermonis. Promisit enim Abrahę daturū se illi terram peregrinationis suę, & q; in semine eius benedicendę essent omnes gentes, id est in Christo, compleuitq; illud sicut modo cernimus promisit nobis per filium suum regnū cælorum, verax apparebit vtiq; quia dabit illud nobis, si permāserimus in fide eius. Societatem hic secundum Ambrosiū fraternitatē debemus accipere. Fidelis (inquit) deus pater & verax est, qui dabit omnia bona patrię cęlestis, per quem deum patrem vocati estis in societatem i. in fraternitatem filij eius Iesu christi, vt simus fratres Iesu christi & filij eius, nō per naturā sed per adoptionem. Per filium suum vocauit nos ad fidē suam, vt sit ipse nobis pater, & simus nos fratres filij ei⁹. Quicunq; enim in deum veraciter credit, eiusq; voluntati obtemperat, ipse vtiq; frater dñi nostri Iesu Christi est, nō per naturā, sed per gratiam adoptionis, sicut ipse dicit in euāgelio: Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater soror, & mater est, & ad mulieres post resurrectionē: Ite, inquit, nunciate fratribus meis [Obsecro autem vos fratres vt ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.] Hactenus laudauit illos qui

Mat. 7.

Mat. 28.

permāserunt veraciter in fide, amodo vero ex hoc loco incipit redarguere illos, qui diuisiones (quæ schismata græce appellantur) seminabant dicentes se potius filios hominū a quibus baptizabantur, sicut sequentia manifestant, quā filios dei. Quapropter dicit eis Apostolus: Obsecro vos fratres per nomen dñi saluatoris, per quod saluati estis, vt id ipsum dicatis oēs, subaudis quod ego dixi superius, quia filij dei estis, non dicētes, vos filios alicuius hominis, sed dei. [sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia] quod vnum est, i. in eodem intellectu manete, quæ a me accepistis & dicite vos filios esse dei, sicut dicebatis qñ a vobis discēdebā [significatū] id est relatum [est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia cōtentiones sunt inter vos] Chloes locus est, & tale est ac si diceret ab his qui sunt Antiochiæ, aut aliquid tale. [Ego quidem sum Pauli] subaudis filius, vel baptismate baptizatus. Apud Corinthios emerferant hæretici post discessum Apostoli, maxime hi qui ex circumcisione erant Iudei credētes, qui quoscunq; baptizabāt suos esse dicebāt filios, baptizātes eos in nomine suo, & illi qui ab eis baptizabantur, gaudebāt suos appellari filios esse illorum a quibus baptizati fuerāt credentes vero, qui erant fidē & doctrinam Apostoli tenentes, dicebāt: Ego sum Christi, quod utiq; bene dicebant, quia sic est dicendū, Similiter factum est quodā tpe qñ exurrexit Donatus & Nouatianus hæretici, q quoscunq; poterant ab ecclesia expellebāt, iterumq; rebaptizabāt, & dicebāt suos esse filios: & illi gaudebāt se appellari. Donatistas & Nouatianos. Ergo Apostolus, vt cōperit talia geri apud Corinthios, scripsit eis ista quæ dicuntur hic errorum illorum ostendens, sed nomina autorum nō prodēs. Maluit enim in suam & in aliorum fidelium doctorū personam ista transferre, quā illos prodere, ne deteriores efficerētur, si enim ita esset vt illi volebant, vt omnes a quo baptizabantur, illius essent filij, quasi eius baptismate baptizati quod essent baptizatores, tot essent baptismata, cū vnum sit baptismus Christi, sicut vnus deus, & vna fides. Dominus Iesus ministerium quidem tingendi corpora de dit suis fidelibus, gratiam autem baptizandi, id est, pctā dimittēdi nulli tribuit, sed sibi proprie retinuit, sicut lo-

annes dicit de eo turbis: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & iterū. Et ego (inquit Ioannes) nesciebam eum, i. nesciebam quod potestatem baptizandi sibi esset referuaturus sed q misit me baptizare, deus pater videlicet, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manētem super eum, hic est qui baptizat in spū sancto. In tantū ergo retinuit sibi Christus potestatem baptizādi, vt sicut dimittātur ei oīa peccata, q a sancto & innocēte viro tingitur in aqua, ita & illi qui a peccatore & scelerato tātū in nomine sanctę trinitatis illud fiat, Meritū enim vitę baptizātis siue agētis, nec prodest nec obest in hac parte illi q baptizatur [Diuisus est christus] subaudis, si ita est vt dicitis, Non affirmatiue nec interrogatiue hoc legendū est, sed suspensa voce christi? quodā modo dicit diuisus esse qñ honorem & gloriā eius, quā sibi proprie ipse retinuit, hæretici inter se patiuntur diuidētes eius baptismū, similiter hæretici diuidēbant Christū, quādo aliqui dicebant illū verum corpus non habuisse, sicut Manichęi: quidam non habuisse animam, vt Apollinaristę, quidam minorem patre, vt arrius. [Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est?] [subaudis nō & est sensus in illius noīe debetis baptizari, & i illius baptismate debetis credere vos posse saluari, qui p vobis crucifixus est] [aut in nomīe Pauli baptizati estis?] Hic ponit se Apostolus pro omnibus illis, in cuius nomīe se dicebant esse baptizatos, ideoq; a se cōepit, ne forte dicerent illi hæretici. Idcirco Paulus talia prohibet, ne aliquis dicat se nostro baptismate baptizatum, & nostrum filium esse ipse sibi vendicat omnem honorem. [Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizauī nisi Crispum & Caium,] qui fuerūt primitię Achaia. Baptizauit quidem Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa potestas: & idcirco ipse gratulabatur, quod plurimos illorū non baptizauerat vt quia error sub hac re caperat oriri, si ipse plurimos baptizasset, multo magis ex eius nomine augerēt error, & dicerent. Ego sum Pauli, [Baptizauī autē & Stephanū domū.] Nobilis matrona Stephana extitit cuius, familiam baptizauit Apostolus. vtrū vero ipsam baptizauerit an in infidelitate permāserit ignoratur, [Nō em̄ misit me CHRISTVS baptizare, sed euangelizare.] Magis

Actu. 25.

electus est Apostolus? ut euangelizaret, que baptizaret: quia plus est euangelizare, quam baptizare, Ois enim qui euangelizat, potest & baptizare, sed non ois qui baptizat, idoneus est & euangelizare: In episcopo oim ordinu dignitas est. Caput est enim ceterorum membrorum. Et Apostolus qui pontifex erat, oes gradus ecclesiasticos habebat. Ideoque & baptizare & euangelizare poterat, sed maxime predicationi insistebat, sicut alij apostoli. Discipuli vero eius baptizabant, sicut legimus, quod Petro veniente ad domu Corneliij postquam cecidit spiritus sanctus super omnem domu eius, precepit eos Petrus a suis discipulis baptizari. In primordio etenim fidei oes baptizabant & non solum viri, sed etiam foemine, si quoniam necessitas imminebat. Sed ne tantum mysterium vilesceret, aut non recte a simplicioribus impleretur, crescebat numero fidelium per vniuersas ciuitates & villas decretum est a sanctis patribus, ut episcopi tantum & presbyteri baptizarent: & si necessitas fuerit, diacones. [non in sapientia verbi,] subaudis misit me Christus euangelizare, [ut non euacuetur crux Christi] id est, ut non annihilaretur passio crucifixi Christi. Heretici & philosophi predicabant in sapientia verbi. hoc est, culto & polito sermone, ut placerent suis auditoribus: & ipsi apparerent docti: vel etiam in sapientia verbi predicabant, quia ea que mundus id est, amatores huius mundi & philosophi humana sapientia stulta putant, non predicabant illi. verbi gratia, CHRISTI natiuitate ex virgine mortem, & resurrectionem, que omnia illi denegabant, dicentes non posse aliquid gigni, nisi ex commixtione alterius seminis: & deum qui spiritus est non esse hominem factum neque filium dei mori potuisse, sed quando voluit apparuit, & quoniam noluit recessit, neque resurrexit quia non mortuus est. Ista omnia philosophi & heretici, quia per humanam sapientiam penetrare non poterant, dicebant mendacium esse & annihilabant passionem Christi. Sed Apostolus predicabat simpliciter verbis CHRISTVM esse natum de virgine, mortuum & resurrexisse, ut auditores eius intelligere possent que loquebatur. Quicumque enim fidei CHRISTI, verbum vult exornare, non dei gloriam, sed propriam querit. [Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui sunt, id est, nobis, virtus dei est.] Quid er-

go dicit verbum crucis? Crux que inanimata & insensibilis res est, quomodo potest loqui verbum dei? Verbum crucis dixit, id est, euangelium & predicationem crucifixi Christi: in infidelitate neque manentibus & non intelligentibus virtutem dei & sapientiam, stultitia est filium sed dicere crucifixum, credentibus vero & fidem habentibus quod per passionem sunt redempti, virtus dei est ipsa passio, quia per illam meretur saluari. [Scriptum est enim:] in Isaia [Perdidi sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo] Non sapientiam quam ipse deus dat, perdit siue reprobat, sed humanam quam ipsi homines sibi adueniunt deo permittente dialecticam videlicet, ceterasque artes per quas sperant sapientes esse, illam ad nihilum deducit, & stultitiam esse manifestat. [vbi sapiens? vbi scriba?] Hoc ad iudaeorum sapientes: scribas videlicet & phariseos pertinet [vbi inquisitor] vel conquisitor [huius seculi] Hoc ad philosophos pertinet gentium, qui de sapientia conquirebant & de ceteris occultis & abditis rebus, & de naturis creaturarum, & maxime ad astrologos, quod cursu, & moderatione duodecim signorum, solis quoque & lune, & quinque planetarum, dixerunt omnia que in terris aguntur, consistere, & deum non curare de his que in terris agunt, neque de hominibus neque de animalibus. De his ergo dicit Apostolus: Vbi sunt modo sapientes & scribae iudaeorum? & vbi sunt philosophi gentium & astrologi? In ecclesia nullum habent locum. [Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?] id est nunquam non fecit, id est, demonstrauit deus stultam esse sapientiam amatorum mundi & philosophiam, dum compleuit opere quod illi denegabant: vti quod illi negabant posse aliquid gigni, nisi commixtione maris & foeminae, Deus autem omnipotens ostendit sapientiam illorum non esse veram, dum filium suum constituit nasci ex virgine, sic etiam resuscitauit eum a mortuis, licet illi negarent resurrectionem. [Nam quia non cognouit mundus] id est amatores mundi & philosophi [per sapientiam] suam mundanam [deum] patrem [in dei sapientia] id est in filio, qui est sapientia dei patris. [placuit deo] subauditur patri. [per stultitiam predicationis] id est per predicationem euangelij, quam illi stultitiam dicebant, [saluos facere credentes] sensus huiusmodi est, quia

fapientes, istius ſeculi cōfidentes in ſua ſapientia humana noluerunt credere in Chriſtum, qui eſt ſapientia dei: neq; in illo etiam voluerūt cognoscere deum patrē vel quia noluerunt credere vera eſſe quę in ſapientia dei erant, id eſt, euangelio, permiſit eos deus perire in ſua incredulitate, & placuit ei per illam prædicationem quam illi putabāt eſſe ſtultitiam, ſaluos facere illos qui credere voluerunt. [Quoniam & Iudæi ſigna petūt.] In hoc q; credunt deo omnia poſſibilia eſſe, quę rūt ſemp ſigna quomō illud factum ſit, de quo ſermo agit. Sic fecit Abraham, qñ dixit ad deū Gene. 15. In quo ſcire potero quod daturus es mihi terrā hęc in poſſeſſionem, ſic Gedeon & alij plurimi. [& Græci ſapientia] ſubaudis humanam [quærūt] id eſt philoſophiam. Quia ſepem liberales artes apud illos præcipue vigerunt, Ideo pro nihilo ducūt ſimplicem doctrinam fidelium. [Nos autem prædicamus C H R I S T V M crucifixū. Iudæis quidē ſcandalum]. i. rixam & contentionem [gentibus autem ſtultitiam.] Apoſtoli prædicantibus myſteria humanitatis filij dei, videlicet quomō natus eſt ex virgine, quō miracula multa fecit, quomodo Iudæi Chriſtum crucifixerūt innocentem & quomodo ipſe reſurgens aſcendit ad cęlos, ſcandalizabantur Iudæi, id eſt rixabantur ſive contendebant dicētes nullo modo eſſe verū vt virgo pareret, vt ipſi dei filiū interfeciſſent ſed magnum quendam, a cuius diſcipulis dicūt inuenta eſſe illa, quę in euangelio de eius reſurrectione & aſcenſione referuntur, quę omnia denegant vera eſſe: Dicūt inter cætera, Chriſtus quem dicitis vos iam veniſſe p virgine, nōdum venit, quia nobis promiſſus eſt nec naſcet ex virgine, ſed Dauid reſurget, & ipſe erit noſter Meſſias. Similiter philoſophis gētium, ſtultum viſum eſt, & filius dei qui eſt autor vitę, pro hoībus moreret: & dum ea audiebāt prædicari de C H R I S T O, quę rō mūdāna & philoſophorum ſapientia penetrare nō poterat, conſtricti ſtultitiam eſſe illud dicebant. Ipſi enim dicebant virginem nō poſſe ſine ſemine viri parere, & reſurrectionem negabāt [iſtis autem Iudæis vocatis] ſubaudis ad fidem Chriſti, [& græcis] .i. gentibus ſimiliter prædeſtinatis ad vitam & credere volentibus [Chriſtum dei virtutem & dei ſapientia.] ſubaudis prædicamus eſſe, Chriſtus

virtus dei eſt patris, quia per illū deus pater omnia fecit, ipſe eſt etiam ſapientia eius, quę dicit per Salomonē: Ego Ecccl. 24. ſapientia ex ore altiſſimi prodij primogenita, & de qua Pſal. 103. Pſalmiſta ad deū patrē. Omnia, inquit, in ſapientia feciſti. .i. per filium. Ipſe enim recte dicitur ſapientia & verbū patris, quia per illū deus pater ſemetipſum manifeſtauit hominibus, verbi gratia: Sicut homo per verbū ſuum manifeſtat voluntatem ſuam. Vnde ipſe filius dicit in euangelio Pater manifeſtaui nomē tuum hominibus. [quia quā ſtultum eſt dei] id eſt quod ſtultū ab hominibus putatur, [ſapientius eſt hominibus] id eſt, humanam ſapientiam tranſcendit, & eſt ſenſus. Quod hoīes ſtultū putant eſſe, vt deus oīpotens pater filiū ſuum ad paſſiones, ad mortem perfeſcendā mitteret in mundum, omnem ſapientiam philoſophicam tranſcendit: & quia penetrari ab ipſis non poteſt, ſtultum dicunt eſſe, & nolunt credere, non quia vere ſtultum eſt, ſed ſapientius omni ſapientia mūdāna. [& quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus]. .i. quod illi putāt & dicunt infirmum eſſe, q; filius dei potuiſſet mori forti⁹ eſt omnibus hoībus, & oī fortitudine gigantū. Quomodo? Quia mortē quam gigantes euadere non potuerunt, infirmitas crucifixi Chriſti ſuperavit. Quāobrem infirmā dei quod illi dicunt eſſe infirmum, non eſt infirmum, Quia infirmitas Chriſti magna victoria eſt. Superavit enim diabolum, ſuperavit mortē. [Videte] id eſt cōſiderate, & in vobis ipſis probate, [vocationem veſtrā] ſubaudis qua vocati eſtis ad fidem C H R I S T I, [quia non multi ſapientes] ſubaudis a deo vocati ſunt ad fidem prædicandam & euangelium, & cætera vſq; ad id quod ſequitur. [ſed quę ſtulta ſunt mundi, elegit deus vt cōfundat ſapientes.] id eſt piſcatores & pauperes atque idiotas, quos potentes huius ſeculi & philoſophi, ſtultos deputabant, & pro nihilo ducebant. [& infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia:] id eſt vt mendaces oſtendat & erubeſcere faciat philoſophos & potentes huius ſeculi. Apoſtolos appellat infirma mundi, vel quia ſtulti videbant ſapientibus hui⁹ ſeculi, & infirmi ſenſu atq; intellectu mūdano: vel propter infirmitatem filij dei quem prædicabāt. Videamus quomodo per iſta infirma mundi oſtendebat mendaces potentes

& fortes huius seculi, & quomodo faciebat eos erubescere Prædicantibus apostolis mysteria humanitatis filij dii dū a philosophis cōtradicerentur oīa quasi mendacia, præcipiebant apostoli afferri mortuos duos siue quinq; vel etiā amplius: & dū eos per inuocationē filij dei crucifixi suscitabant, apparebant philosophi & potentes mundi mēdaces, & illi veraces [& ignobilia mūdi.] id est quæ sine nomine dignitatis erant [& cōtemptibilia] id est despicibilia [elegit deus] apostolos videlicet, qui despectui habebantur [& ea quæ nō sunt] subaudis elegit, eosdē scilicet apostolos qui nulli⁹ dignitatis vel vtilitatis a philosophis & potētib⁹ hui⁹ seculi videbātur esse [vt ea quæ sunt destrueret] id est vt illorum sapientiā euacuaret, qui apud se aliquid videbantur esse. Et quare elegerit infirma mūdi & non fortia, manifestat ex parte dum subdit. [vt nō gloriatur omnis caro]. i. omnis homo [in conspectu eius] Sapientes, & potentes non possunt gloriari: quia non sunt ab eo vocati propter suam sapientiam aut diuitias: nec habēt sapientiam diuinam & diuitias spiritales. Apostoli nō possunt gloriari, quia gratis quicquid habēt, sine suis meritis a deo perceperunt: & nō possunt gloriari propter sapientiam suam & diuitias se esse electos. [Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu.] Ex ipso, id est deo patre estis, quia ab ipso creati estis: vel ex ipso estis in Christo, id est ex deo patre factum est, vt in Christū crederetis, & firmi sitis in fide Christi Iesu. Propositum enim & dispositio dei patris fuit, vt per Christum veritatem & misericordiam eius cognosceremus [qui] subaudis Iesus CHRISTVS [fact⁹ est nobis sapiētia] a deo patre. Non debemus pueriliter intelligere filium dei secundum diuinitatē esse factum, sed genitum a deo patre ante omnia secula, licet secundum humanitatem factus sit in vtero virginali opere spiritus sancti: sed ita est intelligendum, Factus est nobis sapientia, id est factus est vt nobis esset sapientia, & nos faceret sapientes. Tale quid in Psalmo habetur: Fact⁹ est mihi dominus in refugium, quod nihil est aliud nisi factus est, vt in illo refugium haberemus. Et in prophetis libris: Factū est verbum domini ad Iohel & ad Osee, id est, factū est vt loqueretur verbum domini ad Iohel. Verbum etenim domi-

Psal. 104.

Iohel. 1.

ni non est factum, sed genitum. Dicamus & aliter, factus est nobis sapientia a deo patre. i. ille qui est genitus ante oīa secula, factus est homo, vt nos faceret sapientes Simili modo factus est nobis [& iustitia] quia nos iustificat, [& sanctificatio] quia sanctos nos facit, & sanctificat nos per baptismum [& redēptio] quā sanguine suo nos redemit. Et hoc quare, [vt quemadmodum scriptū est] subaudis in Ieremia [Qui gloriatur, in domino gloriatur] in domino & non in se gloriatur, qui bonum omne quod habet, a deo percipisse fatetur sine suo merito, ideoq; nō querit gloriā propriam & laudem, sed illius a quo quicquid habet accepit.

CAPVT II.



IT ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis id est, in fatu- cundia eloquentiæ [aut sapientiæ] mudang quia nihil vobis per humanam sapientiam polito sermone prædicaui [annūtiās vobis testimonium Christi.] testimonium Christi est euāgelium, quia ibi sunt testimonia incarnationis eius passionis, mortis, resurrectionis, ascensionisque ad cœlos, & aduentus ad iudicium. [Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixū.] Quod nihil aliud est: quā nihil vobis aliud prædicaui, nisi Iesum Christum crucifixum. Quæstio oritur in hoc loco, Cum in subsequentibus dicat, Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniā Christus mortuus est pro peccatis nostris: & quia resurrexit tertia die, loquēs de mysterijs humanitatis eius, quare modo dicat non alia se prædicasse nisi Iesum Christum crucifixū, id est passionem eius Quæ hoc modo soluitur, quia in hoc quod dicit Christum Iesum crucifixum: comprehendit omnia mysteria pertinentia ad humanitatem eius, ille enim crucifigitur, qui ante nascitur, ille moritur, qui crucifigitur, ille sepelitur, qui moritur, ille resurgit, qui mortu⁹ fuerat, ac si diceret aliis verbis quia vos idonei non eratis ad capienda aīta mysteria diuinitatis Christi licet multa sapientia in me esset iudicaui siue statui, & decreui in animo meo ea tantummodo mysteria vobis prædicare, quæ ad humanitatem Iesu Christi pertinent, & quæ vos penetrare possitis, [Et ego in infir-

mitate] subaudis corporis [& timore] mentis, et tremore multo [membrorum] sui apud vos o Corinthij, Forfitā veniens Apostolus Corinthum infirmatus est corpore, & timebat nimium, ne in ipsa infirmitate positus interficeretur a pseudo Apostolis, quibus contraria prædicabat, & timebat ne Corinthij ab ipsis pseudo Apostolis decepti, recederent a rectitudine fidei quam ab ipso perceperat. Vel aliter, In infirmitate sensus fuit apud illos quia quodammodo infirma videbatur eius sapiētia dum propter infirmitatē auditorum, & tarditatem sensus eorum non manifestabatur plenissime, in timore etiam & tremore erat timēs interfici, vt dixim⁹, ab hereticis & pseudo apostolis: [& prædicatio mea,] subaudis fuit [non in persuasibilibus humanæ sapiētie verbis] .i. non philosophica & culto sermone prædicauit vobis Christum: vt vos deciperem et deluderem per obscuritatem verborum, sicut philosophi faciunt, [sed in ostensione spiritus & virtutis] .i. in exhibitōe miraculorum siue per virtutem Spiritus sancti operibus confirmabam meam sententiam vel prædicationem, quia quod dicebam & prædicabam verbis, miraculis roborabam & ostēdebā vera esse quod philosophi vestri & pseudo Apostoli non poterant agere. Hoc autem idcirco faciebam [vt fides vestra non sit in sapientia hominum] humanā tantummodo sapiētiam [sed in virtute dei] hoc est in virtute miraculorum probetur [sapiētiam autem] diuinā [loquimur inter perfectos] in fide & sensu, qui valent eā capere. Perfectos hic appellat Apostolos aliosq; credentes qui tantum etiā profecerant in fide, vt socij essent & adiutores in officio prædicationis, sicut erat Timotheus, Titus, Sosthenes, aliquando quam plurimi, & est sensus. Nos quidem habemus sapiētiam diuinam, sed vos non potestis eam capere neque tunc poteratis, quia adhuc paruuli probamini esse in sensu. [Sapiētiam vero non huius seculi,] id est mundanam sapiētiam non loquimur, qua vtuntur amatores huius seculi [neque] sapiētiam [principū huius seculi] loquimur id est philosophorum [qui destruuntur] Quomodo destruuntur Philosophi & potentes huius seculi? Per mortem corporis rediguntur in puluerem, & destruitur, siue annihilatur eorum sapiētia, Destructus est

Plato & Aristoteles per mortē, & eorum sapiētia in ecclesia pro nihilo ducitur. Vel etiam tunc destruebatur illi eorumq; sapiētia, dum quod illi per humanam sapiētiam edocti, dicebāt nullo modo posse fieri, deus omnipotens per Apostolos ostendebat verum esse, verbi gratia. Negabant illi, qd̄ filius dei esset natus ex virgine sine semine viri, eo quod humana natura hoc non admitteret, dum per inuocationem eiusdem filij dei Apostoli mortuos suscitabant, euacuabatur & destruebatur eorum sapiētia, & ipsi stulti reputabantur. Si ergo Apostoli sapiētiam humanam non loquebantur, quid prædicabant? Hoc Apostolus exponit, [sed loquimur] inquit [dei sapiētiam quæ abscondita est in mysterio], .i. in obscuritate intelligētia. Sapiētiam hic duobus modis possumus intelligere, euāgelij Christi videlicet, vbi inenarrabilis sapiētia latet: vel, quod meli⁹ est, sapiētiam substantialem, quæ est verbum dei patris, quæ loquitur per sapiētiam: Ego sapiētia ex ore altissimi patris primogenita. Istam ergo sapiētiam loquebatur Apostoli, quia ipsa loquebatur per illorum ora, & ipsam prædicabant illi, sed si abscondita erat, quomodo loquebantur illam Philosophis utiq; & potentibus huius seculi, erat abscondita, & illis erat manifestata per seipsam. Vnde sequitur [quam] sapiētiam, id est Christum [prædestinauit deus] pater secundum humanitatem [ante secula in gloriam nostram], .i. ad glorificationē nostram, qui credimus per illū redēpti & mūdati a peccatis vt gloriificari mereamur adhuc. Igitur ante omnia secula prædestinauit de⁹ pater hominem assumēdum a verbo, vt esset verus filius dei, & nos per illum gloriificaremur. Vnde Apost. in epistola ad Romanos nos ait. Qui prædestinatus est filius dei in virtute. Sequitur [quam] sapiētiam [nemo principum huius seculi cognouit.] principes huius seculi dupliciter intelligēdi sunt in hoc loco, Principes huius seculi. i. Octavianus, Tiberius, Herodes, Pilatus, scribæ, & pharisæi, sacerdotescq; Iudæorum non cognouerunt Christum esse filium dei, quia vidētes illum hominē esse videntes eum fatigari, sitire, esurire non putabant, esse deū, vnde Petrus, Scio, inquit, fratres, quia per ignorantiam hoc fecistis, sicut & principes vestri. Quid ergo, si per ignorantiam serui occiderunt filium dei, nun

Ecccl. 24.

Roma. 1.

Actu. 1.

Ioan. 15.

Ephes. 6.

quid immunes sunt a peccato? Absit ut peccatum eis non adscribatur quia per opera miraculorum poterant cognoscere operatorem, quam nisi filius dei esset, nequaquam talia facere posset quae nemo ante eum alius fecit. Unde ipse dicit, Si non venissem & locutus fuisset eis, & opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit peccatum incredulitatis non haberent. Et quid sequitur. Nunc (inquit) excusationem non habent de peccato suo. Et quamuis deum esse nescirent, tamen quia rem impia faciebant & iniusta, innocentem dantes, non erant nescij ideoque rei tenentur. Alio modo principes huius seculi possumus intelligere aereas potestates, demones videlicet per hunc aerem discurrentes de quibus ipse dicit in epistola ad Ephesios, Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię in caelestibus; de quorum principe dominus ait, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & veniet princeps mundi huius, in me nihil inuenit. Quamuis enim Marcus euangelista dicat de daemonibus, Sciebant, inquit, illum esse Christum & ipsa daemonia, subaudis dicunt: Sciimus quia tu es filius dei, tamen non veraciter poterant credere illum esse filium dei, videntes illum iterum post facta miracula esurire sitire, fatigari, Sciebant quidem illum posse esse promissum in lege sed nesciebant quod potestatem, quam in hoc mundo tenebant, per illum essent amissuri & quae tanta potentie esset futurus. Quapropter subiungit Apostolus de utroque ordine principum, [Si enim cognouissent] subaudis principes huius seculi, illum esse filium dei: [nunquam dominum glorie crucifixissent] Dominus glorie verbum dei patris est, per quod glorificatur deus pater quia per illud omnia fecit. Sed querendum est studiosissime, si gloria dei patris verbum eius est: quomodo ipse dominus glorie qui spiritus est, potuit crucifigi? Christus filius dei ex duabus substantiis consistit, diuina scilicet & humana in unitate personae. Diuinitas ergo verbi quae genita est a deo patre ante omnia secula a tempore conceptionis illius hominis, quem assumpsit in utero virginali, in eodem homine plenissime mansit, & eadem gloria & potestas quae erat in verbo, cepit habitare in homine, & factus est ipse homo gloria dei patris sicut ei deus pater dicit: Exurge gloria mea

de sepulchro. Et non solum gloria dei patris est ipse homo, sed etiam deus est. Si enim verbum caro factum est, id est si deus homo factus est, utique & homo deus factus est. Et tamen hoc est diligentissime attendendum, quia licet Iudaei & principes huius seculi deum persequerentur tamen in forma serui crucifixus est ipse, quia erat dominus glorie, & diuinitas impassibilis mansit. Videamus ex hoc aliquam similitudinem, Rutilate sole, & ex clara lampade fundente lumen, radius & splendor eius illustrat & perfundit arborem, dum ergo adeunt eandem arborem homines cum securibus incidendam: nunquid erigen- to & deponendo secures incidunt radios solis licet arborem incidant? Sic utique sicut impassibilis manet radius solis, licet semper videatur ferri insuper arborem quam illustrat, ita illius diuinitas, quae omnia implet immensum sufferret. Multa possent ex hoc dici, sed ista pauca dicta nobis sufficiant, tenentibus firmissime, quia si demones Christum esse filium dei cognouissent, qui dominus glorie est & maiestatis per quem deus pater glorificatur, nequaquam ad crucifigendum eum Iudaeos ac milites Romanorum compellerent. ipsi enim illum crucifixerunt, qui ad crucifigendum suaserunt, & ipsi principes Iudaeorum & milites nequaquam illorum suasionibus obedirent ad hoc ut crucifigeretur, si filium dei esse veraciter crederent. [Sed sicut scriptum est, in Isaia. [Quod oculus] corporis [non vidit,] qui non est corpus neque color, [nec auris] corporis [audiuit,] quia non est sonus, [nec in cor hominis] humana sapientia [ascendit] quia cor id est intellectus hominis illuc debet ascendere, [quae preparauit deus his qui diligunt eum] id est qui eum non offendunt corde, verbo, & opere. [Nobis autem] Apostolis & credentibus in se [reuelauit deus per spiritum suum,] id est spiritum sanctum, quod non reuelauit demonibus, neque philosophis humana sapientibus, [Spiritus enim] sanctus qui est in nobis [omnia scrutatur,] id est omnia secreta inuestigat, & non solum secreta cordium, sed [etiam profunda] subaudis mysteria [dei] & praesentiam illius, quia vnus substantie est cum patre & filio [Quis enim scit hominum quae sunt] in corde hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? subaudis nullus est sensus: sicut quae in homi-


ne sunt, nemo scit nisi spiritus hominis, qui in ipso est, [ita & que dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus dei] & cui idē spiritus sanctus reuelare dignatur, [nos autē] Apostoli & credentes, [non spiritum huius mundi accepimus] id est, spiritum diuinationis & spiritum phitonicum, [sed spiritum qui ex deo est.] id est spiritum sanctum [& in doctrina spiritus loquimur] id est simplici sermone, & sicut spiritus sanctus nos docet interius cum miraculorū virtute, [spiritualibus] viris qui possunt penetrare que dicim⁹ [spiritalia] mysteria [comparantes.] Quod tunc fit quando capacioribus diuina committuntur mysteria. [Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei] id est quid gratiæ crux Christi conferat credentibus. Animalis homo dicitur, qui spiritum dei non habet, qui licet ratione a pecore distet, tamen ipsa ratione nō bene vitur, quia non putat aliquid esse post mortem, sed secundum ritum animalium versatur. Ideoq; animalis dicitur est ab anima, carnalis a carne, eo q; totus ex anima cōstet & carne, [Stultitia est em̄ illi] subaudis quod audit de mysterijs dei, [& non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.] .i. discutitur & diiudicatur. Et quia homo non potest intelligere quod audit, nec vult credere, a spiritualibus viris diu dicatur & condemnatur. Philosophi mundana sapientes, & hæretici apud Corinthios de gentes, vt facilius animos auditorum peruertere possent, & a rectitudinis statu dei cere, sua praua dogmata honesto sermone pollebant. Ideo que dixit parumper superius. Nō loquimur nos in verbis doctis humanæ sapientiæ. Dicebant enim culto sermone, quod humana natura nō reciperet: vt deus cōprehensibilis & incorporeus homo fieri posset, & nec esse credibile, vt

su. eodē.

virgo hominem sine virili semine conciperet, aut post partū virgo esse posset, nec posse fieri, vt homo post mortem de puluere terræ resurgat, & alia luculentissimo sermone proferebant, & vt hoc credatur, stultum esse dicebant, ideo quia ipsi per humanam sapientiam penetrare non valebant. [Spiritualis autem] vir [diiudicat omnia,] id est, discernit & probat omnia quæ audit, videt & cogitat: quid sit verum & falsum, quid sit bonum & malum & cognoscit vera esse quæ prædicamus, vel dicitur

scernit omnia genera hominum carnalium [ipse autē a nemine iudicat] .i. neq; a spiritualibus viris sui similibus, neque a deo damnatur vel reprehēditur, [quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum?] .i. quis hominum potest intelligere & penetrare intellectū & sapientiam domini quo omnia fecit? quis subaudis homo instruat & doceat siue corrigat ipsum dominum, & dicat. Hoc & illud nō bene fecisti, ita debes corrigere istud, & ita meliorare illud, subaudis nullus. Insuper magnificabit & laudabit sensum & intellectum domini atq; potentiā, si cognouerit ab illo omnia esse facta, dicens eum sapienter cuncta fecisse. [Nos autem sensum Christi habemus] id est, intellectum Christi habemus & sentimus vera de illo per spiritum sanctum illuminati, qui omnia nouit cum patre & filio & ē sensus. Ideo quia nemo potest penetrare intellectū & sapientiam dei, nisi ipso donāte, idcirco nemo debet dubitare, quin ista vera sint, quæ dicimus de natiuitate & humanitate Christi quia nos spiritum sanctum habemus.

CAPVT. III.



T ego fratres, nō potui vobis loqui quasi [spiritualibus] tarditate sensus vestri, non mei prepeditus [nōdum enim poteratis] subaudis mysteriū diuinitatis Christi capere. Ne illi diceret, modo possimus subdidit, [Nec nūc quidem poteritis] in futurum tamen deo donāte poteritis. Ideoq; quia nō poteratis capere, addo [iac vobis potū dedi, non escam], .i. simplici doctrina nam de humanitate Christi, nō solidū cibum de diuinitate Christi & mysterio trinitatis. [Cū em̄ sit inter vos zelus & cōtentio] zelus, id est, inuidia & cōtentio de varijs baptisimatibus, [cū dicit vnus: Ego quidē sum Pauli] baptisimate baptizatus, & eius filius sum [alius autē, Ego Apollo, nonne homines estis?] id est, nonne carnaliter sapitis? Fidelium Apostolorum nomina pro falsorum ponit ob causam supra memoratā [quid est Apollo? quid vero Paulus?] subaudis nihil per se comparatione Christi, & ipse exponit quid sint, [Ministri,] inquit, [eius cui credidistis.]

ideoq; nō possumus dimittere peccata ī baptisate, quod Christus proprie sibi retinuit. Ille ministrat q; recte p̄dicat. [& vnicuiq; sicut cōuenit ministrat, [sicut dominus] ministeriū [dedit. Ego plantauī,] p̄dicando vobis fide. [Apollo rigauit,] id est baptizauit & tinxit corpora [sed deus incrementum,] id est augmentum dedit, mihi p̄dicanti, & Appollo riganti, quia ego fidem exterius p̄dicauī, deus firmavit eam in cordibus audientium, & multiplicauit numerum credentium, & Apollo tinxit corpora sed deus peccata dimisit. Deus om̄ia ex se & a se habet nos autē & ex illo & ab illo, [Itaque neque qui plātat] id est p̄dicat, [neq; qui rigat] id est baptizat [est aliquid] cōparatione dei: quia non potest fidem infundere: neq; peccata dimittere, si deus auxilium nō dederit. [Qui autem plātat, & qui rigat vnum sunt.] id est vnus ministri & serui sunt & vnus natura, quia hō iste & homo ille in personis quidē duo sunt, sed in natura & officio vnū. [Vnus quisque autem propriam mercedem accipiet secundum laborem suum] .i. qui p̄dicat maiorem: & qui baptizat minorem. Similiter intelligitur de omnib; hominibus, quia vnusquisq; secundum qualitatem laboris accipiet quantitatem muneris. [Dei enim sumus adiutores] In gr̄eco melius habetur. Dei operis participes sumus. Deus operatur fidem in p̄dicatiōe, & soluit peccata in baptisate, cuius operis participes & adiutores sunt qui p̄dicabāt, & baptizādorū corpora mergūt. [Dei agricultura estis] Ager est hic mundus. .i. eius habitatores, quorum corda excolit per p̄dicatores suos. Nam sicut ager vomere & ligone excolitur a cultore, ita vomere p̄dicationis excoluntur corda auditorum vt sementum fidei & p̄dicationis recipiant, & fructum bonorū operū reddāt. [Dei edificatio estis,] quia ipse vos in sua fide per nostrā p̄dicationem ædificat, vt ipsum in corde retineatis, [Secundum gratiā dei] .i. secundum sapientiam [quæ data est mihi] p̄ oibus Apost. [Vt sapiens architectus fundamentum posuī.] Architectus dicitur princeps ī structura domus. Sapiēs architectus est, qui eius a quo instructus est voluntatē & autoritatē imitatur, sicut fecit Paulus xpi doctrinā imitādo, nō alia p̄dicās q̄ quæ ab ipso percipiebat: & in mēte videbat

Vel, sapiens architectus est qui super arenā fundamentū nō ponit suum, ne sit infirmū, nec sup̄ vacuam terram. Similiter Paulus vt sapiens architectus fundamentū posuit quia Corinthiis ipse primū p̄dicauit. Nullus em̄ ante ipsum fundamentū fidei in illis locauerat [alius autē] bonus aut malus ædificator vel operator [videat] & cōsideret [quid super ædificet] vt secundum firmitatem fidei siue fundamenti pro edant parietes. .i. bona opera [Fundamentū em̄ aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus] Fundamentum appellat in hoc loco fidem Christi Iesu, Quæ bono fundamento comparatur, quia sicut in domo primū fundamentū ponitur: ac deinde parietes eriguntur: ita primum fides collocanda est in cordibus auditorum, ac deinde bona opera debent surgēdo apparere. Et sicut domus sine fundamento si fuerit: vel si fundamentum infirmū & nō solidum habuerit, non potest subsistere: vt non corruat impulsā a vētis & imbris, ita opera non possunt esse bona neq; deo accepta sine fide p̄fecta: quia sine fide impossibile ē deo placere: & sicut domus firmum fundamentum habēs immota permanet, ita quicumq; veram sincerissimamq; fidem habuerit inter aduersā & prospera huius seculi firmiter permanebit, quia iustus ex fide viuī. Sed sicut fundamentum sine structura parietum nihil utilitatis habet, ita quicumq; fidem sine operibus habere videtur nō ideo perfectus habebitur, quia fides sine operibus mortua est. Quapropter exornanda est bonis operibus, vt quod corde credimus, confiteamur ore, & bona opera sectando studeamus decorare Fundamentū ergo aliud nemo philosophorum, nemo pseuodapostolorū nemo hęreticorum potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: quia alium deum nemo potest p̄dicare, quam illum quem nos p̄dicamus neq; aliā fidem, q̄ illam quam annunciamus, & quæ in cordibus vestris est. .i. fides Christi Iesu. bene autem dicit Christum Iesum fundamentū esse, quia quicumq; fidem eius habēt, in illorum vtq; cordibus habitat ipse. Ideoq; nemo potest aliud fundamentū ponere in cordibus fidelium, q̄ fundamentum fidei Christi: quoniam si aliam fidē cœperit p̄dicare, a fidelibus non recipietur: & si quis illius doctrinā

Psal. 40.

& errorem susceperit, iam nō erit fundamentum, sed potius destructio domus [si quis autē superedificat supra fundamentum hoc] id est supra fidem Christi [aurū] id est doctrinam sanctam, & rectum sensum, [argētum] id est, eloquia diuina, de quibus dicit Psalmista: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, [& lapides preciosos] id est, diuersa genera virtutum, quonia sicut lapides boni insolubiles sunt ab igne, ita & illa æternaliter permanent, nec cōsumuntur ab igne in die iudicij. Si quis autem superedificat [ligna, fœnum, stipulā] id est, prauā doctrinam & mala opera, [vniuscuiusque opus manifestū erit,] in die iudicij, sicut ergo per aurum sensum perfectū per argentum eloquia incorrupta, per lapides pretiosos qui ab igne non liqueunt, virtutes intelligimus, ita per ligna, fœnum, ac stipulā, praua doctrina & mala operatio accipi potest. Aliter, Per aurum & argentum, & lapides preciosos, possum⁹ intelligere bona opera virtutesq; pretiosas per fœnum vero, lignū, stipulam, leuia peccata, sicut est otiosus sermo, risus inhonestus, & cætera talia. Per plumbum vero & ferrum atq; stannum quæ sancti doctores addunt, graua & immanissima peccata, quæ a regno cælorum separant. Igitur sicut aurum & argentū & lapides pretiosi igne probantur, & tamen non consumuntur ita in die iudicij qui habuerint bona opera & bonā prædicationem, licet per ignem transeant, tamen nullam pœnam neq; læsuram sustinebunt: Qui vero habuerint leuia peccata transeundo per ignem expiabuntur, quia cōsumetur ibi sicut fœnum vel stipula, siue vt ligna comburentur ab igne, tamē ipsi nō remanebūt in igne, sed mādari et probati ascēdēt ad dominum. At qui habuerint graua peccata, quæ a regno cælorum separāt, & quæ Apostolus cōmemorat alibi, iniquens, Adulterium, fornicationē, & homicidiū, & cætera talia sicut ferrū & plumbum siue stannū liquehūnt quidē, sed nō deficiūt per ignē, ita illi ponderē peccatorum grauari, remanebunt in igne, & sustinebūt pœnas nō deficientes [Dies enim dñi declarabit,] id est dies iudicij & vindictæ domini manifestabit omnia opera hominum [quia igne reuelabitur] id est, cum igne demonstrabitur ipsa dies, Tradunt doctores, q̄ quantum spatij aeris

occupauit aqua in diluuiō, quæ omnes montes transcendit & (vt philosophi definiunt) vsq; ad circulum lunæ peruenit, tantum spatium occupabit ignis in die iudicij. In quo probabuntur electi sicut aurum, & quorundam leuia peccata cōsumuntur, impijs ibi remanentibus. Dicit enim beatus Effrem, quia tantus terror inuadet omnes in die illa & bonos & malos, dum viderint infernum ardentem, & dominum IESVM cum maiestate & gloria venientem ad iudicium vt si immortales iam non essent effecti, iterum morerentur. Quo timore etiam leuia peccata sanctorum purgabuntur, sicut dicitur: Videntes autem angeli purgabuntur. Angeli hic appellantur electi, [& vniuscuiusque opus quale sit,] vtrum bonum an malum, [ignis] ille probabit, [si cuius opus manserit] quod super fidei fundamentum [edificat mercedem] æternæ retributionis, [accipiet.] De illis modo loquitur, qui ædificant super fundamentum bona opera, quæ designantur per aurum & lapides siue argentum, quæ manebunt, quia non consumuntur ab igne, sed potius probabuntur sicut probatur aurum, [si cuius opus arserit] in igne qui leuia peccata habuerit, quæ velut stipula consumuntur, [detrimentum patietur.] id est, pœnas sustinebit dū cœperint illa probari & consumi, licet ipse patiatur, sicut sequentia manifestant [ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem,] subaudiis transiens, & ab igne purgatus & expiatus. Nam & in hac vita electi aduersitatibus & infirmitatibus probabuntur in modum auri & argenti ab igne, sicut tres pueri & sancti martyres, nec non etiam & beatus Iob. Qui vero leuia peccata attrahunt, purgantur ab illis qui a tribulationibus incenduntur in hoc seculo, vel post mortem in igne purgatorij, vel alia afflictione, orationibusque hominum expiantur. Tamen quod sine illicito amore non habuerunt, vtique sine vrente dolore non perdent. Qui vero plumbum coaceruant sibi, plerumq; in hoc seculo incipiunt cruciari & ex parte pati, quæ in futurū plenius passuri sunt. [Nescitis quia tēplum dei estis?] id est, habitatio spiritus sancti, & quod spiritus dei habitat in vobis?] A tempore baptismatis incipit habitare in nobis spiritus sanctus, & templum illius sunt omnes angeli

& omnes iusti. [Si quis autem tēplum dei violauerit] .i. si quis seipsum corripuerit peccādo, vel alios prauo doctrina: sicut pseudo apostoli, vel quēlibet prauo suo exemplo [disperdet illum deus:] de numero fidelium suorum, & cōtū electorum, sicut latro vel homicida, siue quilibet reus a bonis sententia iudicis diuiditur: & malus tortorū in carcerem mittitur, [Templum enim dei] .i. templū spiritus sancti, patris & filij: [sanctū est, quod estis vos] ideo non debetis illud violare. Fideles alloquitur, in quibus deus per fidem & dilectionem habitat, [nemo vos seducat] .i. nemo falsorum hominum blandiendo decipiat vos [Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo] id est apud seculares homines [stultus fiat] stultam deputans tēporalem sapientiam, deponat illam, [vt sit sapiens] apud deum in futurum. Hoc dupliciter potest intelligi & distingui hoc modo: Si quis vult veram sapientiā habere hic distingue, i hoc seculo stultus fiat. i. hoc credat de xp̄o, quod sapientibus huius seculi stultum videtur. Aliter: Si quis videtur sapiens esse in hoc seculo, & subinferendum, stultus fiat, vt sit sapiēs apud deum: qui potuit agere quod humana sapientia denegabat, [Sapiētia em̄ huius mundi stultitia est apud deum.] Sapientia huius mundi est, qua negat deus absq; coniuge filium genuisse. [Scriptū est enim:] in Iob, in verbis Eliphaz. [Comprehendā] .i. mēdaces ostendam [sapientes] philosophos videlicet, [in astutia eorum] cum filium meum ex virgine nasci fecero. [Nemo itaq; vestrū o Corinthij] [glorietur in hominibus] vt illius nomine se velit appellari a quo baptizatus est, sicut Donatista a Donato, Apollinarista & Manichæi [Oīa em̄ vestra sunt] si vos dei estis, oīa dei vestra sunt. Quę oīa? [siue Paulus,] subaudis minister vester est, [siue Cephas,] minister vester est, nō dñs. Forsitan veniens Romā Petrus p Corinthios transitum fecit, [siue mūdus,] subaudis vester est, q̄a ppter vos fact⁹ est, vt vtamini bene his quę in mūdo habētur. & vt credatis illū per verbum dei esse factū, [siue vita:] subaudis p̄sens in qua oportet bonū operari vestra est, si ita viuitis vt deo placeatis. Vel vestra est in hoc quia in vestra est potestate, vtrū pro dei noīe illā velitis ponere, [siue mors] subaudis vestra est, vt si vultis pro

Iob, 5.

deo moriamini temporaliter, & viuatis aternaliter, [siue presentia,] subaudis bona & cōmoda vestra sūt, vt pauperibus ea distribuatis, a quib⁹ recipi mereamini, & de cetero viuatis & vestiamini, [siue futura] gaudia vestra sunt, vt bene conuersantes in hoc seculo, ad ea possidēda quādoq; pueniatis, [Omnia em̄] quę dixi & quę facta sūt, [vestra sūt] .i. ad vestram dignitatem & vtilitatem creata sunt [vos autē xp̄i] semper esse serui debetis, duobus modis, vel quia per illū qui est verbū dei patris, cū non essetis, creati estis, vel cum perditis essetis, per illū redempti estis [Christ⁹ autē dei] subaudis filius est, & ab illo habet esse, tam secūdu diuinitatem, q̄ secūdu humanitatem, qui ante omnia secula ab illo est genitus, & ab illo habet originem, & in fine temporum secundum humanitatem ab illo factus est.

CAPVT IIII.

IC nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorū dei] Corinthij postquā per prædicationem apostoli venerunt ad fidem quidem illorum seducti a pseudo apostolis non sentiebant de illo quātum dignum erat, quasi nō tantæ dignitatis & gratię esset, eo q̄ a domino per presentiam carnis non esset vocatus, quantæ Petrus alijsq; apostoli qui eum sunt secuti, & eius prædicationem audierunt. Dicebant etiam illum seductorem, & falsę doctrinę prædicatorem, honorātes amplius pseudo apostolos seductores suos, qui eis blande loquebātur, q̄ illū qui veritatē prædicās eorū vitia redarguebat. Quod vt apostolo manifestatum est, inter cætera ista scripsit, quę hic dicūtur, ostendens hoc debere intelligi de se & sentiri, q̄ deus illum ad apostolatus dignitatem elegerat, inquires: sic nos, me, & Barnabam, & sothenem existimet homo, Corinthius, vel alius quilibet, vt ministros CHRISTI ac si diceret alijs verbis: Nolite o Corinthij nos despiciere ac spernere, eo q̄ nos a domino nō sumus vocati cum Petro alijsq; apostolis. quia nō alia prædicamus ego & Barnabas, q̄ quæ illi prædicant, & qui illos in terra positus adhuc mortalis vocauit, atque ad gratiam apostolatus accersiuit, & eadem mihi reuelauit de celo, quę illos docuit in terra. Nec rogo vt me & Barnabā similes Christo existimetis, sed vt ministros CHRISTI

Ioan. 22.

qui vobis euangeliū eius ministravimus. Minister Christi est qui p̄ceptū illius seruādo imitatur illum, sicut ipse dixit: Qui mihi ministrat, me sequat. Ille etiā minister christi est, qui eius euāgelium p̄dicando alijs ministrat, sicut Paulus, q̄ & seruabat vel p̄dicabat & ministrabat. X̄p̄o etiā ministrat, q̄ bona tēporalia p̄ amore eius pauperib⁹ erogat, quod idē apostolus adimplebat, nō de alienis pauperes sustentando: sed de hoc quod labore manū acquirere. Quod autē sequit̄ [Et dispensatores mysteriōrū dei] & ut quidā codices habent, ministeriōrū dei, melius est dicere mysteriōrū dei, quia si dixerimus ministeriōrū, erit sensus, quasi tantūmodo ad disponēdos & ordinādos gradus ecclesiasticos sint vocati: episcopos videlicet, p̄sbyteros, diaconos, ceterosq; ordines, q̄ & ministeria ecclesiastica appellat. Cū vero dicim⁹ dispensatores mysteriōrū, intelligim⁹ illi⁹ electos ad dispēdāda suis auditorib⁹ mysteria & sacramēta veteris nouiq; testamenti, q̄uis & ordines ecclesię, sicut alij apostoli, ita & ipsi ordinauerūt. Dispensatores ergo fuerūt, quia sicut aliquis pater familias elegit dispensatōrē in domo sua, qui cōseruis suis secūdū suā voluntatē singulis illorū bona sua distribuatur, quibusdā amplius, quibusdā minus & quibusdā hora tertia, quibusdā nona: sic x̄p̄s elegit Paulum, & reliquos qui mysteria euangeliij sui secundum qualitatem auditorum distribuere, perfectis videlicet, & qui capacioris sensus intellectusq; erant, alta ac profunda mysteria de diuinitate omnipotentis dei cōmitterēt, simplicioribus vero simpliciora que capere possent quod vtrunq; idem egregius p̄dicator agebat, sicut ipse dixit, Sap̄iam (inquit) loquimur inter perfectos. Et quod dicit eisdem Corinthijs in hac epistola? Tanq̄ paruulis in x̄p̄o, lac potum dedi vobis, non escā. Istōrū mysteriorum diuinorum dispensator erat iste, ideoq; se volebat haberi a suis auditoribus quod erat. i. minister x̄p̄i, & dispensator sacramentorum eius, in quo non verba tantum, sed virtus fulgebat. [Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur,] Licet quidam hunc versiculum interrogatiue velint legere, tamen secundum beatum Augustinum potius est affirmatiue legendus sicut sequens manifestabit sensus: Hic, i. in p̄senti seculo, queritur & con-

Luc. 14.

Mat. 12.

1. Cor. 3.

siderat a deo, ut fidelis dispensator quis inueniatur inter dispensatores alios, sicut ego sum & Barnabas. Pseudo igitur apostoli qui vos decipiunt nō sunt fideles dispensatores: qm̄ a fide & doctrina Christi discordāt. Nā in hoc erāt infideles dispensatores, quia adulterabāt verbū dei et fraudabāt Paulus autem fidelis dispensator erat, quia sicut ex deo corā deo loquebatur. Ille etenim fidelis dispensator euāgelij est, qui nō alia p̄dicat, q̄ quæ in euāgelio habent, sine errore videlicet & mendacio. & qui nō querit suam gloriā ut ipse laudetur ab auditoribus suis, sed ut deus glorificetur p̄ illos: & qui non pro lucris temporalibus, & ut ventre suū impleat p̄dicationi insistit, sed ut a domino p̄miū suū laboris percipiat. Igitur si euāgelij per malos non dispensatur, nequaquā dñs diceret: Quæ dicunt bona, facite: & que faciunt mala, facere nolite. Rursus, si per bonos non dispensatur, sicut & ego Christi. Multi ergo dispensatores sunt, per quorum ministerium peruenitur ad aternā salutem. Sed queritur a deo inter dispensatores in p̄senti, ut fidelis quis inueniatur videlicet ut q̄ p̄dicat ore, operib⁹ exornet, [Mihi autē pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die.] Pseudo apostoli atq; philosophi & quidā Corinthiorum seducti ab illis, dijudicabāt seu deridebāt Paulum, eo q̄ nō discreparet a p̄dicatione Petri & aliorū apostolorum, simpliciter & rustice p̄dicās, dicēs, Si Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes, qui piscatores fuerunt, rustice p̄dicabant, & non scolastice, non est adeo mirum quare autem Paulus imitator illorum, rustice, & nō philosophice siue dialectice disputet, q̄ doctor legis extitit, hoc mirum est. Nō est ergo aliquid nisi quia magus et seductor est, ut qui ante non potuit persequendo Christianos perdere, saltem seducendo sua p̄dicatione falsa decipiat fingens se socium esse Petri aliorumque apostolorum. Aliter enim p̄dicat exterius, atque aliter agit interius in occulto. Sed A P O S T O L V S non curans de eorum detractionibus & irrisionibus, sciens pro certo quia nihil nocet homini aliena verba quem propria non maculat cōsententia, subintulit, inquit: Mihi, inquit pro minimo est, id est, pro nihilo duco, & non est mihi cura si iudicer, id est

Mat. 13.

Infra eo.

si detrahar & irridear a vobis, vel dāner q legib⁹ diuinis debueratis vt, aut ab humano die. i. ab illis q humanis legibus vtunt^r: & humanis laudib⁹ & fauoribus delectant loquētes & prædicātes philosophice, vt ab oībus laudent: quia neq̄ cōtra leges diuinas, neque contra humanas aliquid perpetro. Humanas leges vel laudes diei comparat, quia illi habentur & vidētur clari & iucundī qui in illis edocti sunt: & q̄ ab hoībus extollunt. [Sed neq̄ meipsum iudico]. i. neq̄ meipsum reprehēdo in aliquo cōtra leges diuinas aut humanas egisse, quia nulli vicio subiaceo. Quare [Nihil em] subaudis mali [mihi cōsciūsum]. i. nullius criminis malū in me recognosco, postq̄ per gratiā Christi expiatus sum ab oīb⁹ pctis originalib⁹ & actualib⁹. Et est sensus: Si ego meipsum irreprensibile inuenio qui melius meipsum noui q̄ vos, quō potestis diiudicare cōsciētā meā quō potestis examinare quo animo & intētiōe facio quicquid facio, maxime cū nemo sciat hoīm quæ sunt in hoīe, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Fœlix cōscientia quæ ita secrete de se audet loqui. Et ne videretur apostolus præsumptiue ac superbe talia fateri, subiunxit: [sed nō in hoc iustificatus sum] subaudis apud me vel apud deū, ac si diccret alijs verbis: Licet ego in me nihil mali nihilq̄ reprehensione dignum inueniam, vt quidā mihi detrahant in iuste, quidā extollant suis fauoribus tamen nō ideo iustificatus sum apud me: neq̄ iustificatum esse credo per hoc apud deum, quia nescio vtrum placeāt ei quæ ago, aut qualiter ea accipiat, qui melius cognoscit quid sit in me q̄ ego qm̄ & si in maximis operibus pctōrum nō deliqui, saltem in cogitationibus deliqui & peccaui. Melius quide n ego memetipsum cognosco, q̄ vos qui me diiudicatis & detrahitis, & melius deus q̄ ego. vnde & sequit̄ [Qui autē iudicat me, dominus est]. Non ideo bona est conscientia mea, quia laudat me aliquis: neq̄ ideo mala, si vos illam diiudicatis. Quid enim iudicatis vel damnatis quod nō videtis? Ille debet alium reprehēdere, qui aliquid reprehēibile in eo videt quod eius oculos offendit. Vos autē nolite me iudicare & detrahere quasi seductorem et rusticum aliquid ostentantem exterius, & aliud operantē interius, quia dōminus iudicat me. i. discernit et probat causam meā & cō-

fiderat actus meos, qui nouit non solū de operibus, sed etiā de cogitationibus iudicare. Quātum enim possunt homines de alio iudicare, plus homo vtiq̄ de seipso: sed deus pl⁹ de homine, quam homo de se. Tanta profunditas est in homine, vt lateat plerūq̄ ipsum hominem in quo est. Quāta Ioan. 12. profunditas infirmitatis latebat in Petro, quādo, quid inus in se ageretur nesciebat, & se cū domino, vel pro dño moriturum temere promittebat. Nā hoc illi christus prænūtiabat, quod ipse in se ignorabat. [Itaq̄] subaudis, quia nescitis quid sit in homine, & dominus est qui discernit et iudicat me. [Nolite ante tēpus iudicare, quoaduscq̄ veniat dominus] ad iudiciū. De apertis rebus quæ cognosci possunt quo animo fiant, permittit nobis iudicare. Verbi gratia: Sicut est homicidiū, adulteriū publicū, fornicatio, & cetera talia. Cuius autorē criminis non aliter pmittitur nobis dānare: secundum auctoritatem sanctorū patrū, nisi aut confessus, aut cōuictus fuerit testibus. De his vero de quibus dubium & incertum est quō omnia fiāt sicut est de abstinentia & ieiunio, quādo plerūq̄ hominum dicunt se nō posse abstinere a vino & carnibus, & q̄ nō possint ieiunare, nō est nostrum iudicare, & bono animo & malo fieri: sicut & de cogitationibus et de his quæ in occulto fiūt, quæ licet dicantur, nō tamen per approbationem patent, sed de bem⁹ domini iudicio referuare, quia si quis de his iudicat quæ incerta habētur, omnipotenti deo, quantū in se est, conatur auferre iudiciū. Plerūq̄ tamē nostra credulitas in his fallitur. Pertinet autē ad nos, ne pniciosa opinione fallamur: vt quia non possumus hominū indagare cōsciētā de rebus incognitis iudiciū temere nō proferamus. hoc est vt ille vel ille homo: vtrū sit impudicus pudicus ve nesciamus: odio habeam⁹ impudicitia, & pudicitia diligam⁹, tñ præsumptuose sententiā non proferamus, neq̄ aliorū criminū narratores simus. Et si illum vel illā iniustū esse iustum ve nescimus: amemus iustitiā iniustitiā detestādo: non tamen iudiciū proferēdo: quoaduscq̄ veniat dñs ad iudiciū. [qui et illuminabit]. i. manifestabit, denudabit, reuelabit [abscondita] subaudis opera [tenebrarum] quæ ad tenebras perpetuas ducunt hominem vel abscondita opera tenebrarum dicit: quæ in occulto fiunt a bonis & malis, &

non solum opera reuelabit, sed etiā manifestabit: & confilia cordium] bonorum & malorū. Cui ergo reuelabit opera & cogitationes, siue consilia cordium? Secundum quod beatus Augustinus dicit, singulis electis manifestabit opera & cogitationes omnium electorū, nec erit quod suis nō aperiat amicis, et abscondat alienis vbi nullus erit alienus, similiter credendū est oīa opera & consilia reprobōrū patere ad cōtumeliā & verecundiā iilorū nā modo quandiu nō vides cor meum, & non video cor tuū, nox est. Nō em̄ scimus mortales corda mortaliū, lux autē per quā manifestabunt ista omnia, ipse deus est, qui est vera lux. videam⁹ quid subiungat Apostolus: [& tūc] inquit cū dñs manifestauerit, omnia opera abscondita & cordiū cōsilia iuxta quod dicitur p̄ prophetā, Ecce ego ad hoc veni, vt opera & cogitationes congregē singulorū. [laus erit vniciuiq; a deo.] Non omniū hominū laus erit, sed vniciuiq; bona opera & consilia seu cogitationes habēti, qm̄ tunc laudabit iustus audiēs a dño. Euge serue bone & fidelis, ita in gaudiū domini tui & venite bñdicti patris mei percipite regnū vobis paratū. Vt uerberabitur quoq; iniustus accipiens sententiam: Mittite eū in tenebras exteriores & Ite maledicti in ignem æternū. A qua maledictio qui fuerint alieni & exclusi felices regnabūt cū deo [Hæc autē fratres]. i. nomina falforum Apost. [transfigurauit]. i. trāstuli [in me & Apollo propter vos] videlicet ne nos ad inuidiā & de tractionem prouocarem [vt in nobis discatis] subaudis humilitatem [ne supra quam scriptū est, vnus aduersus alterum infletur pro alio.] Cōcatenatio est huiusmodi, vt a nobis discatis humilitatem, ne infletur. i. ne superbiat vn⁹ ad uer⁹ alterum, pro alio supra quam scriptum est, i. sicut iā supra scriptum est, quod non debeatis agere, videlicet ne vnus Donatista infletur p̄ alio. i. pro Donato a quo baptizatus est aduersus alterum. i. Nouatianum: dicens se a sanctiore homine et meliori baptizate esse baptizati. Et iterum Nonatianus cōtra Donatistam pro alio: pro Nouato videlicet, a quo est baptizatus, dicens sancti⁹ esse baptizatum. Nouati cuius baptizate ipse est baptizatus: Meliori, inquit, baptizate subbaptizatus q̄ tu, quia melior est Nouat⁹ donato [quis enim te discernit?] subaudis fideicem esse ab in-

Mat. 13.


Ibidem.

Mat. 17.

fidei, doctum ab indocto. i. quis te facit meliorem illo cui non donauit quod tibi donauit? Vel quis fecit te meliorem o Donatista quā sit Nouatianus, donādo tibi virtutes quas ille nō habet? Dedit tibi hoc donū Donatus, an deus? Vtique deus donis suis & gratia hoc facit, dans vni quod habet alter. [Quid autem habes] honorū diuinorū [quod nō accepisti?] subaudis a deo [iā saturati estis] subaudis diuinis mysteriis. [iā diuites facti estis] in omni verbo & doctrina & abundantia bonorum operū [sine nobis regnatis] securi de premio. Ironice est legendum hoc, & per cōtrariū quia non erant illi qui seducti fuerant a pseudo Apostolis, saturati diuinis mysterijs neq; diuites, neq; regnabāt sine illis. Hoc autem quod sequitur, optatiue atq; affirmatiue est proferendū [& vtinam regnetis] modo [vt & nos vobiscum regnemus] illi in presenti seculo regnāt cum deo, qui talia opera agūt, pro quibus iā securi sunt de premio æternæ vitæ, & qui cū deo regnaturi sunt, sicut Apostoli & sancti martyres [Puto em̄ quod deus nos Apostolos] me & Barnabam, Softhenem & reliquos, qui vobis prædicauimus [nouissimos ostēdit tanquam morti destinatos,] id est quando misit nos ad prædicandum vobis euangeliū, morti destinauit, quoniā vestra incredulitas & ferocitas nos interficiet. Ideo dixit nouissimos, quia post duo decim Apostolorum vocationem, & post domini ascensionem, ipsi vocati sunt & electi [quia spectaculū] id est ridiculū siue irrisio vel pro miraculo. [facti sumus mūdo & angelis] videlicet immūdis spiritibus & malis, [& hominib⁹] qui gaudent de malis atq; tormētis quæ patimur pro vobis: Spectaculum dicitur a spectando, id est videndo contēplando, quod & theatrum dici potest: iterum enim locus in ciuitatibus, vbi exercebantur ioca regalia, & vbi decollabantur rei, & plerunque innocentes: vt erant sancti martyres, ad quem confluebat omnis populus ad videndum ea quæ ibi agebant. [Nos stulti p̄pter CHRISTVM] sicut vos putatis, quia non contradicimus mala inferentibus, & malum pro malo non reddimus [vos autem prudentes in CHRISTO] sicut vobis videtur, quia sic vultis esse Christiani, vt prudentiam mundi non amittatis, & magna vultis sentire de Christo infirma denegantes.

[Nos infirmi,] quia nostras iniurias nō vindicamus, [vos autē fortes] qui viribus proprijs resistēdum putatis [vos nobiles] de nobilitate generis gloriātes [nos ignobiles] vt vos putatis. Hæc omnia per contrarium intelligi debēt & ironice proferēda sunt: quoniam quod videtur denegare hoc affirmat, & hoc denegat, quod affirmare videtur, quæ si diceret: Nos prudentes, vos stulti, nos fortes qui aduersa huius mundi sustinemus pro Christo: Vos infirmi q̄ talia & similia nō audetis sustinere. Nos nobiles de gñe patriarcharum descendētes vos ignobiles. i. sine nomine dignitatis, de gñe gētilium idola colentiū [vsq; in hęc horā] .i. vsq; ad presens tēpus [& esurimus] longā famē & nuditatem & penuriā Paulus pertulit, qui iuuenis vocatus vsq; ad senectutē in his perdurauit [& colaphis cedimur] .i. pugnis, quibus omnia genera tormētōrū designā [& infra biles sumus] qui pellebantur de loco in locum, effugabant de ciuitate in ciuitatem [& laboramus operātes manibus nostris] Laborabat Paul⁹ scenofactoria arte prima hora vsq; ad quintam, & a quinta prædicatiōis vsq; ad decimā insistebat, quoniā nolebat a Corinthijs aliquid accipere, neq; ab alijs auditoribus, vt libere potuisset eorū vitia redarguere et corripere [Maledicimur] .i. blasphemamur ab infidelib⁹, quasi magi, malefici, atq; sacrilegi [& benedicimus] prædicādo illis Christum [blasphemamur] quasi seductores, [obscramus,] subaudis vt libere audiāt doctrinam domini, quā illi detestantur velut blasphemiam: peccatim⁹ vt dent nobis locum reddēdæ rationis, quo manifeste probemur nō esse tales quales blasphemamur [Facti sumus omniū peripsēma] id est despectissimī & vilissimī omnium. Peripsēma est proprie limatura & rasura æris, aut alicuius metalli, vel purgamentum pomi, siue quisquiliæ domus. [Nō vt confundam vos hæc scribo,] .i. non vt verecūdari vos faciam, [sed vt filios meos charissimos meo] quid agere in exemplū patris debeatis, vel indico vobis qualia perferam, vt & vos similia nō dubitetis sustinere pro Christo, [Nam si decē milia pedagogorū habeatis in Christo,] id est in doctrina fidei C H R I S T I, [sed nō multos patres] potestis habere. Pedagogi dicuntur quædam pedibus agant, id est ductent, siue ducant pueros, Idem

sunt & pedissequi, pater prius generat filium, postmodū vero pedago go committit ad instruendum, & cū multos possit habere pedagogos, non tamen nisi vnum patrem. Sic Paulus per prædicationis fidem generat Christo Corinthios: sed post discessum eius, acceperunt multos pædagogos, non solum honos, sed etiam malos pseudo videlicet Apostolos. Quapropter ipse dicit: licet multos magistros & doctores habeant, tamen non possunt habere plures patres: videlicet nisi illum qui primum eis fidē prædicauit. [Ideo misi ad vos Timotheum, qui est fidelis in domino.] Latēter eos percutit, & in laude ipsius vituperat illos quæ si dicat: vos nō estis fideles. [qui vos communefaciat vias meas,] id est, qui vos commoneat & denunciēt quid agatur circa me. & quæ prædico opere cōpleo, & qualiter uiuo, id ipsum in ecclesia prædico, quoniā in omnibus æqualiter doceo. [Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati] estis superbiēdo, Dicebāt enim Corinthij: Cognoscit se Paulus rusticānum esse nostri comparatione, & ideo non venit ad nos, nec nobis curæ est: quoniā habemus nostros philosophos: Peccatores nos putat esse, ideo que dedignatur venire ad nos nec nobis cura est, quoniā habemus nostros Apostolos, faciat quod vult. Quapropter subiunxit Apostolus: [veniam autem ad vos cito, si dominus voluerit:] sed modo non dimittam Ephesum: vt ad vos veniā, quia maius lucrum hic acquirō deo quam apud vos. [Cū autem venero, & cognoscā non sermonem eorum.] subaudis tantum, [qui inflati sunt, sed virtutem] id est cum venero non considerabo sermonem eorum pompaticum, qui modo superbiūt, sed virtutem, id est vitæ meritum & rationē veritatis, quomodo credant, vel quas virtutes miraculorum possunt operari, qui ita inflantur. [Non em̄ in sermone] Pompatico atq; politico, [est regnum dei,] id est, non consistit in sermone sermo prædicationis & euangelij quod regnum cælorum appellatur, eo quod suos obseruatores ad regnū dei perducatur, [sed in virtute.] boni operis consistit: quia in regno cælorum non regnāt verba, sed facta: vel in virtute miraculorum consistit, quādo quod prædicatur verbis, miraculis confirmatur, [Quid vultis] o Corinthij, vultis vt [in virga veniā ad vos,] id est vindicta



vitiarum vestrorum, & in severitate correptionis, sicut Moyses in Aegyptum, quod significabatur per virgam quam ferebat, [an] vultis ut [in charitate] siue dilectione, [& spiritu mansuetudinis?] veniam, i. in lenitate mentis & humilitate atq; tranquillitate. & est sensus: Si vultis ut in virga non veniam, manebitis incorrepti: sin autē in animo pacifico & lenitate mentis, corrigite vos & emendate agentes poenitentiam.

CAPVT V.

Vdūter inter vos fornicatio talis: qualis nec inter gentes, i. inter paganos, [ita vt vxorem patris sui quis habeat,] nouercam videlicet suam. [Etyos inflati estis], i. in superbiam eleuati superbitis [& non magis luctum habuistis] pro hoc scelere, sicut Samuel lugebat super Saul, & est sensus: Cum debuissetis lugere peccatum illius, & a vestro consortio huiusmodi separare, magis in superbiam estis eleuati, quia intuitu illius sceleris, putatis vos magni meriti esse, & sanctiores illo apparere. [Ego autem absens corpore, praesens autem spiritu,] [subaudiis sancto qui replet omnia, vt B. Amb. dicit, tanta gratia erat concessa Paulo, vt vbicumq; esset: per spiritum sanctum cognosceret quid alibi gereretur ab his quibus euangelizauerat [iam iudicauit eum qui sic operatus est, vt praesens] i. illum qui vxorem patris accepit, iam iudicauit quasi praesens sim corpore [in nomine domini nostri Iesu Christi] id est, vice illius cuius legatione fungor, [congregatis vobis & meo spiritu], i. spiritum sancto, [cum virtute domini Iesu], i. cum sententia domini Iesu quae in me est. Ecce tres personae spiritus sancti videlicet, & domini Iesu, atq; illorum, in quorum numero omne iudicium agitur & roborat, iuxta quod dominus dicit: In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Ab his tribus personis iam iudicatum habebat Apostolus [trade re huiusmodi hominē sathane in interitum carnis] siue in afflictionē, & vt vexaret a diabolo in corpore graui egritudine, nō tamen amentem neq; phreneticum illū redderet, [vt spiritus] id est anima illius, [saluus sit in die domini nostri Iesu Christi], i. iudicij: Dicit beatus Augustinus quia haec potestas & gratia data erat Apostolo, vt peccan-

Mat. 18.

tes & poenitentiam nolentes agere, posset diabolo tradere ad vexandum in corpore, sicut istum, necnō Hermogenē & philetum, de quibus ipse dicit: Quos tradidi, inquit, sathane, vt discant non blasphemare. Eiciebat enim illum talem ab ecclesia, & ab omni societate, & sic diabolus per imperium & permissionem illius nimirū graui infirmitate vexabat illum, putās se animā illius per talia posse auferre, sed pijs simus praedicator i anima nō dabat ei potestatem vt illum amētem redderet, vel extingueret [Nō est bona gloriatio vestra.] o Corinthij, qui gloriamini i peccato illius, putātes vos cōparatione illius meliores esse [Nescitis quia modicum fermentū totam massam corrūpit.] Fermentum hic duobus modis possum? intelligere: prauā videlicet doctrinam, & peccatorem hominē. Sicut modicum fermentum omnem massam farinae cōspersam corrumpit, & ad suum acorem trahit, ita mala doctrina vel vnus peccator homo totā cōgregationem ecclesiae solet corrūpere suo malo exemplo. Et omnes qui possent eum corrūpere et nō corripiunt: vtique similes ei efficiuntur in poena. Siue praua doctrina seu malus & indisciplinatus peccator, q nō vult se emendare ab ecclesia debet expelli, [Expurgate vetus fermentum] Praecipit egregius praedicator Corinthijs fornicatorem, qui vxorem patris acceperat, a suo cōuentu expellere, quem ille iam traditum habebat diabolo ad purgandum, quatenus quo suadente peccauit eo vexante purgaretur, & dum videret se eiectū in praesenti seculo a ceteris fidelium erubesceret de reatu suo, metuēs similiter eijs ei in futuro a societate sanctorū, Ideoq; hoc iussit Apostolus, vt per praesentem tribulationem & miseriam euaderet poenas ignis aeterni & spiritus eius saluus fieret in die domini. Expurgate, inquit, vetus fermentū, id est, fornicatorem qui incestū perpetravit vxorē patris accipiēdo. Quē idcirco, vetus fermentum appellat, quia in conuersatione & peccato veteris hominis Adg, adhuc erat positus q primus peccauit. Omne enim peccatum ad veterem hominē pertinet. Ponitur etiā fermentū aliquando pro bona doctrina aliquādo pro mala. Pro bona ponitur, vt in euāgelio secundum Mattheum ait dominus: Simile est regnū cęlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in fa-

Mat. 13.

rinæ satis tribus, donec fermētaretur totū. Fermentum hic appellat feruorem dilectiōis dei & pximi, & cognitionē sc̄tē trinitatis, quæ feruet ī cordib⁹ fideiū, & cōtinet in doctrina euāgelica. Mulier ista quæ accepit fermētū, sc̄tā ecclesia est, quæ dilectiōē dei et pximi cognitionēq; sc̄tē trinitatis p̄dicauit Asia, Europæ, & Africæ, donec fermētaretur totū. i. donec p̄ quadrifidū orbē istā p̄dicationē spargeret, & ex omnibus gētibus ad fidem C H R I S T I traheret. Ponitur & pro mala doctrina & mala cōuersatiōe, ut idem redēptor noster ait: caueat autē a fermento pharisæorum, id est a mala illorum doctrina: & caueat a fermento Herodis, id est ab homicidio & adulterio illius. Sic in hoc loco ponitur cum additamento pro cōseruatione veteris hominis & pro mala doctrina: quia erant apud Corinthios pseudo apostoli, qui prauam doctrinam seminabant inter illos, quā p̄cepit A P O S T O L V S spernere, [ut sitis noua cōspersio sicut estis azimi] Fermentū, graeco vocabulo dicitur zima, inde latine vocatur azimus panis, id est nō mixtus sine zima, id est fermento, & est sensus, Ideo (inquit) p̄cipio expurgare vetus fermentum a vobis ut in nouitate vitæ permaneatis, sicut estis azimi, id est sicut noui effecti estis ab omnibus peccatis originalibus & actualibus in baptismate, manentes sine zyma, id est sine peccato, in quātum humana fragilitas cum dei adiutorio valet. [Etenim pascha nostrū immolatus est Christus.] Pascha appellatur festiuitas, quam celebrabant Iudei per singulos annos ob memoriam egressiōis suæ de terra Aegypti, & agnus qui immolabatur in eadem festiuitate appellabatur pascha, sicut discipulorum verbis ostenditur, qui dicunt domino: Vbi vis paremus comedere pascha? id est agnum. Secundum hunc morē loquitur Apostolus & hic, inquit, Etenim pascha nostrum C H R I S T V S est immolatus, ac si diceret: vultis scire quid sit pascha? Christus immolatus. Non est nobis immolatus agnus legalis vel typicus, sed verus agnus qui tollit peccata mundi, est pro nobis immolatus in ara crucis, de quo Ioannes ait Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Istius agni carnes quotidie immolantur in ecclesia, & comeduntur a fidelibus. Illi qui comederunt carnes typici

Mat. 16.

Mat. 27.

agni, transitum fecerunt de Aegypto in terram repromissionis, & nos similiter trāfire debemus de tenebris infidelitatis ad virtutes, & de seruitute diaboli ad libertatē christi, & de morte ad vitā. Illi septem diebus celebrabant festiuitatem paschalem, & nos nunc septem diebus celebramus pascha, si p̄ omne t̄ps vitæ nostræ quod septem diebus voluitur, trāsitum facimus a vitijs ad virtutes [Itaq; epulemur] Alia æditio habet, Itaq; festiuitatē celebremus Et nos quibus immolatus est agnus verus Christus, celebremus festiuitatē. i. gaudeamus, & exultemus, & lætemur lætitia spiritali [nō in fermento veteri] subaudis epulemur, vel simus. Legimus in Exodo, q̄ quādo filij Israel egressi sunt de Aegypto, nō detulerunt inde fermentatam farinā sed tantummodo cōspersam. Cogentibus enim Aegyptijs ne moram facerent egrediendi: reliquerunt ibi fermentum. Aegyptus (quæ interpretatur tenebræ) significat tenebras infidelitatis, fermentū significat peccatū. Et nos Aegyptū relinquimus & fermentum peccati, q̄n per fidem deserimus infidelitatem & relinquimus pct̄m, transeuntis per quā baptismatis ad terram repromissionis. Fermētum ergo vetus, appellat vetustatem peccati, & cōuersationem veteris hominis, [neq; in fermento malitiæ & nequitia.] Malitia & nequitia, proprie ad interiorē hominem pertinēt hoc est ad mentem. Sed Apostolus non curans de proprietate verborum, vnum retulit ad exteriorē, ad interiorē alterum, nam malitia est maleuolentia sine mala voluntate. Hic autē pro mala operatione ponitur. Nequitia est, superbia vel audacia ad malū, siue mala cogitatio. & est sensus, Nō epulemur neq; lætemur in vetustate peccati, neque in cōuersatione veteris hoīs, neq; in perpetratiōe mali operis, aut malæ voluntatis, aut in superbia vel audacia mentis aut mali, sicut solent amatores hui⁹ seculi agere, qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis [sed in azymis synceritatis & veritatis.] subaudis epulemur & lætemur. Sincera materia est quæ naturā suā perfecte seruat, & nulla corruptione interius fucata aut corrupta semper in melius proficit non in peius. Et nos tunc sumus synceri, quādo omnia in simplicitate & puritate mentis agimus, semper in melius proficientes, vel malum pro ma

Exod. 12

Io nō reddentes, siue alijs offendiculum per malum exemplū nō generantes. Et nos in azymis synceritatis & veritatis epulamur, quando omnia in integritate & puritate mentis agimus & sine corruptione, nō duplicitate vel simulatione aliquid agentes, aut pro humana laude lucrisq; temporalibus, sed pro remuneratiōe patriæ cælestis & vt deo soli placeamus. [Scripsi vobis in epistola, ne cōmiserimini fornicarijs], .i. ne similes illis efficiamini, vel ne velitis interesse illorū societati. Miserat eis apostolus parua epistolam, ne commiserentur fornicarijs talibus, qualis erat ille qui vxorē patris habebat. Sed Corinthij male cōmiserant hoc, putantes q; de infidelibus gentibus diceret, nō de fidelibus. Ideoq; repetit ista, & corrigit eos, inquit [Nō vtiq; fornicarijs huius mūdi,], .i. nō dixi vel scripsi de fornicarijs huius mūdi, paganis videlicet sed de illis qui sunt inter vos. [Alioqui debueratis de hoc mūdo exisse], .i. si paganis iterum commiseremini ad paganismum transeundo, melius vobis erat ab hac vita transisse, quam illis misceri. Aliter, Alioqui debueratis de hoc mūdo exisse, id est, si in talibus peccatis pmanere vultis, melius esset vobis mori & exire a corpore. Cōmiseretur fornicario quis, aut fornicando, aut etiā illi in aliquo famulatu cibi & potus vel colloquio fauendo, vel non increpando. Idcirco autem melius est ab vita exire, quam in peccatis manere, quia quanto amplius viuit in illis, tanto maiorem pœnam sibi acquirat. [Si is qui frater nominat inter vos,] id est fidelis dicitur esse, [est fornicator, cum huiusmodi] id est, cū tali, [nec cibū sumere. Quid enim mihi] est [de his qui foris sunt iudicare?] id est, quid pertinet ad me, iudicare de his qui foris sunt, de paganis videlicet, qui extra ecclesiā sunt? [nonne his qui intus sunt] in ecclesia [vos iudicatis?] siue discernitis, id est, nōne vos potestis satis discernere, cum quibus debeatis cōmisceri ex his qui in ecclesia sunt [Nā eos qui foris sunt] id est, paganos & infideles: [dominus iudicabit] quoniam qui non credit, iam iudicatus est, [auferte malū ex vobis ipsis] id est, qui malū opus fecit, a vestra societate expellite, ne eius miseria alij vitientur: Vel quicquid mali in vobis est, auferte a vobis, &c.

Audet aliquis vestrum habens] o Corinthij [negotium] quod dicitur quasi nec otiosi, id est causam & accusationem [aduersus alterum] fratrem fidelem, [apud iniquos,] id est, paganos [iudicari,] id est, iudicium accipere, [& nō apud sanctos?] id est, fideles. Quidam Corinthiorum credentium, sed non recte viuentium habentes accusationem & iudiciū aduersus aliquem fratrem fidelem, ibant ad iudices paganos & infideles, vt illorum iudicio damnaretur & iudicaretur ille, cōtra quē falso aut veraciter causam habebant, lucrantes eos muneribus, quatenus falso aut veraciter illum diiudicaret: Qui iudices iniqui appellatur: vel, quia alieni erant a deo: vel etiam, quia leges diuinas hominibus concessas, frequenter accipientes munera cum adulatione, aut spernebant aut falsa interpretatione autoritatem illarū legum idolis suis deputabant dicētes: Sic & sic dicit ille deus meus in lege, quam nobis suis cultoribus tradidit. Quapropter, quia Corinthij hoc faciebāt, redarguit eos A P O S T O L V S, inquit. Audet aliquis vestrum hoc facere? Omnino non debuit tanta p̄sumptio esse in vobis, vt aliquis dimittēs fideles, causa iudicij iret ad infideles iudicari fratrem suum ab illis. [an nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt] id est, nescitis quod sancti amatores huius mundi iudicabūt ex exemplo fidei suæ, & comparatione melioris facti, non potestate sicut iudices seculi. [Et si in vobis,] id est, per vos & vestram comparationē [iudicabitur mundus] amatores videlicet mundi [indigni estis qui de minimis iudicatis?] Hoc quidem non affirmatiue, sed potius increpatiuē & interrogatiue legēdum est: Est autem sensus huiusmodi: Si comparatione vestri damnabuntur seculares homines & mundi amatores, indigni estis, id est, indignos vos iudicatis, vt de minimis iudicij vel causis iudicatis de equo videlicet ablato & aliquo furto subaudis non estis indigni, eavidelicet iudicare quē mūdi sunt, [Nescitis quoniam angelos iudicabimus?] malignos videlicet spiritus, eodem modo quo & mundum, [quanto magis secularia?] id est, amatores seculi. Hī qui dei auxilio freti, obedientiam & humilitatem seruauerunt comparatione sui iudicabunt malignos spiritus, qui per

superbiam ceciderunt, [secularia igitur iudicia si habueritis.] .i. ad corpus pertinentia siue corporea, vt est de veste furata, vel equo, aut aliquid tale, [contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum] Hoc dupliciter potest intelligi. Secundum Augustinum contemptibiles appellat simplices, qui nec notitiam diuinæ legis neq; humanæ habebant, neque prudentiam discernedi in negotijs & quorum personæ despicabiles habebant, quos illi constituerant iudices, ideoq; illi qui aliquod negotium habebant CHRISTIANI, necessitate cogente, q̄a non habebant iudices vtilis sibi, pergebāt ad iudices paganorum, qui in circuitu suo erant. Secundum hunc sensum, nō dicit affirmatiue hoc, sed ironice precipit quod illi agebāt quod & sequētia manifestant. Secularia (inquit) iudicia si habueritis: illos qui nec possunt neq; sciunt discernere illa, illos constituite ad iudicandum. [Ad verecundiam vestrā dico] quia nō debueratis ita agere. Quasi diceret: Non imperatiue hoc precipio, sed ironice & denegando, quia licet vos ita agatis, nō debuistis taliter agere, sed debueratis tales cōstituere, qui aliorum causas discernere & diiudicare scirent: & quorum personæ honorabiles essent: vt non esset necesse aliquem propter hoc ad gentiliū iudicem transire. Igitur nolite constituere amplius contemptibiles. Secundum Greg. contemptibiles possumus intelligere seculares homines, humanarum legum scientiam habētes, in personis quoq; honorabiles qui cōparatiōe illorū qui diuinas leges intelligūt: & mysteria sanctę trinitatis penetrāt: cōtēptibiles sūt & simplices: licet ipsi fideles sint. Et est scđm hunc sensum affirmatiue legēdum: quia tales constituēdi sunt: & a canonibus filij ecclesię appellant, & tales debuerant illi constituere. Vnde & subditur: Ad verecūdiā vestrā dico. Quia etiam me nō precipiente hoc facere debuissetis. Ideoq; tales precipit cōstitui: quia illi qui altario debent deferuire & diuina eloq̄a meditari, & populis verbū predicationis exhibere, a secularibus negotijs & iudicijs alienos se debent reddere: [Sic non est inter vos] id est: nunq̄d non est inter vos [sapiens quisquam: qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater] fidelis [cum fratre] fidelis [contendit.] subaudis certe est. Et hoc interrogatiue atq;

increpatiuē est legendum. Quem superius appellauit secūdum Gregorium, contēptibilem, siue simplicem in diuinis legibus cōparatiōe doctorū, & pdicatorū: modo appellat sapientem in humanis legibus, quē precipit constitui. Secūdū Augustinum autē, quia illi despicabiles constituēbant, dixit iste: Nūquid non est aliquis sapiens inter vos? sit cōstitui, vt fratres inter se nō cōtēdant? & quod peius est, hoc etiam apud infideles faciunt, duplicantq; pctm, & quod litigant, & quod in p̄sentia infideliū litigāt, a quib⁹ blasphematur nomē Christianitatis [Iam quidem omnino delictū] id est offensio & peccatum [est in vobis, quod iudicia habetis inter vos] quia accusatio litem, lis discordiam, discordia odium generat. Ne forte illi dicerent, omnino hoc peccatum nō est, si mea requiro, ideo Apostolus dixit: in veritate dico, delictū est in vobis, quia contra p̄ceptū domini agitis, qui dixit, si quis aufert quæ tua sunt ne repetas, & nobis pacem suam commendauit. [Quare non magis iniuriam accipitis?] .i. quare non magis damnum sustinetis, vt p̄ceptū domini custodiatis [quare nō magis fraudem patimini?] quā vos alijs fraudē faciatis, vel iniurias inferatis [sed vos] nō solum repetitis vestra sed etiā [iniuriam] alijs [facitis] percutiēdo illos, [& fraudatis. & hoc] subaudis facitis [fratribus] vestris in fide cū quibus pacē habere debueratis. [An nescitis quod iniqui] id est peccatores [regnum dei nō possidebunt?] Nolite errare] id est, a rectitudinis via delinare. Errabant Corinthij qui vno vitio nō credebāt hominem separari a regno dei nisi omnibus fuisset implicatus. Ideo subdit, commemorādo quæ vitia singula a regno dei separāt, dicēs: [Neq; fornicarii], subaudis regnū dei possidebunt, nisi p̄nitētiam dignam in hoc seculo positi egerint secundum quantitātē peccati, & eleemosinis illud redemerint: vel nisi p̄nitentiam agētes, mors illos inuenerit, & post mortē hoc quod deest de p̄nitentia, in locis purgatorijs deleatur, & per orationes honorū hominū, & per oblationem sacrificiorū. Dicit etiā beatus Gregorius, quia aliter orationes & oblationes obtinere non poterunt honorum operum, nisi ille pro quo offeruntur, illud in hoc seculo positus bona intētionē promeruerit, & eleemosinis, vt si tempus ei esset cō

Mat. 15.
Gene. 1.
Tit. 1.

cessum, illa plangeret, & alia plangendo non committeret, [Omnia mihi licent] id est, omnia genera ciborum licitum est mihi sumere, quia omne quod intrat in os, non coquinat hominem, & vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Omnia quoque munda mundis, [sed non oia expediunt]. i. non oia sunt vtilia, quia quedam sunt venenata, & vsu horrida: vel non expediunt propter scanda lū fratrum, quia melius est non manducare, quam fratrem scandalizare. Omnia mihi licent, subaudiis quæ permissa sunt apostolis a domino Iesu, vt qui euangelium predicant, de eua gelio sumptus accipiant, ab his quibus predicant. [sed ego sub nullius redigar potestate]. i. nullius potestati me subdam. Beatus Apostolus noluit se subdi Corinthiis, aliquod munus ex eis accipiens, vt omnia vitia libere redarguere posset, ne causa ventris vigor euangelicæ veritatis torpesceret, & ne occasionem pseudo apostolis daret expoliandi domos. essetque euangelium venale. [esca ventri] subaudiis modo seruit. [et venter] seruit [esca, deus autem hunc] subaudiis ventrem destruet per mortem, cum cessauerit officium edendi, & redactus fuerit in puluere, [et hæc] subaudiis esca [destruet] cum homines nasci desierint. [Corpus autem] hominis [non fornicationi] subaudiis debet seruire, [sed domio, & domino corpori] subaudiis immortalitatem dabit. [Deus vero] pater [et dominum suscitauit.] & vere filius suscitauit semetipsum, [et nos suscitabit] deus pater cum filio [per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt CHRISTI] Generaliter tota ecclesia est corpus Christi, quia ipse est caput & princeps eius secundum humanitatem, eo quod homo factus est, propter nos, singuli autem electi, membra sunt eius. Si ergo dominus Iesus Christus tantummodo animam susciperet, membra eius non essent nisi animæ nostræ. Quia vero & corpus suscepit, per quod etiam nobis est caput, quod ex anima & corpore constat, profecto & membra illius sunt corpora nostra. [Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit] quia membra que meretrici adherent & copulantur, desinunt esse membra Christi. [An nescitis quoniam qui adheret meretrici,] in coitu, [vnum corpus efficitur?] & per naturam, & per maculam peccati vnum efficiunt. Per naturam masculus & mulier vnum corpus sunt quia mulier de viro

sumpta est: Per maculam vero peccati concumbendo simul, in ipso amplexu coitus vnum corpus sunt, sicut et ille qui legitime uxori copulatur, vel etiam qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur, quia similis ei efficitur pro peccato. [Erunt enim] inquit duo in carne vna in personis: vel quia ex viri corpore facta est mulier, vel etiam simul concubendo vnum corpus efficitur. [Qui autem adheret domino, vnum spiritus est.] spiritaliter viuunt, & voluntatem dei adimplet per fidem & dilectionem adherendo summo spiritui, efficitur cum eo vnum spiritus [Fugite fornicationem] Non dixit, pugnate contra fornicationem, sed fugite. Cum enim multa sint vitia contra que pugnare debeamus, verbi gratia, sicut contra ebrietatem & gulositatem, abstinendo a nimia potatione vini, & precepto ne ciborum, similique modo contra alia, contra fornicationem non precipit nobis pugnare, sed fugere, quia nullo modo melius vitari potest. Debemus enim fugere locum & declinare personas, quibus facile fornicatio suggeritur, & querere multitudinem bonorum hominum, quorum reuerentia timeamus fornicationem per petrare, licet concupiscentia nobis suggerat [omne enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat] Questio oritur in hoc loco: Cum dominus dicat, De corde exeunt cogitationes malæ, adulterium, fornicatio, homicidium, furtum, ceteraque talia & cum nullum peccatum fiat nisi corpore delectante, & anima consentiente, quare apostolus dicat omnia peccata extra corpus esse, solumque peccatum fornicationis in corpore consistere? Quæ hoc modo soluitur, quia ad exaggerandum tantum malum, hoc dixit Apostolus, quoniam comparatione istius peccati, omnia peccata quasi extra corpus sunt: dum enim facit furtum, homicidium, aut aliquid tale, dum illud agit, aliud potest cogitare, Verbi gratia, Vult facere furtum, cogitat se poenitentiam acturum: Profert falsum testimonium, forsitan de poenitentia quam agere debet, cogitat. Dum autem fornicatur, ita præ omnibus peccatis tota mens absorbetur in coitu, totumque animum voluptas corporis ita facit captiuum atque seruum sibi, vt totus sit homo carnis nihil valens cogitare, præter quod delectatione corporis agit. [An nescitis quoniam membra vestra templum est

Mat. 13.

spiritus sancti qui in vobis est? a tpe baptismatis [quē ha-
betis a deo & nō estis vestri?] Superius dixit, templū dei,
hic spūs sancti, quia in substātia idem est spūs sanctus, q̄ &
deus. Et in quo habitat spiritus sanctus, habitat pater, habi-
tat & filius: quia sicut sunt vni⁹ substātię, vniūsq; deitatis
ita inseparabiles sunt. Quādocunq; animus & delectatio
trahit nos ad libidinē, vel ad aliquod vitium, debemus cō-
siderare q̄ nō sumus nostri, neq; nostrę potestatis, sed Chri-
sti serui sumus, cuius volūtati obedire debemus, cui⁹ sāgui-
ne redempti sumus, sicut sequentia manifestant. Pulsatur
corpus delectatione, vult anima cōsentire, debet rationa-
bilis animæ ad se redire ac dicere: Quid cogitas: quid æ-
stuaris? quo vis ire? Non es tuę potestatis, sed Christi ser-
uus es, qui te remedit p̄ciosissimo sanguine suo a diaboli
captiuitate: vt quid iterū vis captiuari a diabolo & eius
potestati subdi, qui tibi in primo parēte omnem gloriam
abstulit? Dū talia cōperit cogitare, omnipotentis dei gra-
tia protectus, euadet laqueos incentiuę delectatiōis. [Eri-
pti enim estis p̄cio magno] nō auro neq; argēto, sed san-
guine christi. Ille qui erimitur siue redimitur, captiuus tene-
tur, & seruus est illius a quo redimitur. Sic genus humanū
captiuum tenebatur a diabolo, seruusque erat diaboli, quo
niam accipiendo dulcedinem pomi vetiti, vēdidit semet-
ipsum illi. R. edēptus vero sanguine christi, illius seru⁹ est,
eiusque volūtati obtemperare debet. [Glorificate & por-
tate deum in corpore vestro.] Ille deū glorificat, qui man-
data illius seruādo, alios ad laudem dei excitat, iuxta quod
dominus ait, Videant opera vestra bona, & glorificēt pa-
trem vestrum. Deum etiam portat, qui eius notitiam p̄-
ceptaque in mente gerendo, operibusque implēdo, sancte
viuit & iuste, secundum qđ dominus p̄cipit: Sancti esto-
te, quia & ego sanctus sum. Quicunq; ergo sancte viuēdo
sanctus est, deum portat in mente sua, ad cuius imaginem
est factus in anima.

CAPVT VII.

E quibus autem scripsistis mihi,] subaudis per ve-
stras literas [bonū est homini mulierē non tange-
re] siue nō accipere. Pseudo apostolis dicētibus ad
Corinthios, Nō debetis mulieribus adherere, qui mūdi deo

seruitis, sed qui creditis in Christū, vestras vxores debetis
dimittere. Scripserunt Apostolo Corinthij super hac re v-
trū deberent vxoribus adherere in coitu, nec ne. Quibus
Apost. respōdit. Bonum quidē esse ab vxore abstinere, sed
melius esse accipere, q̄ cū alterius perpetrare adulterium
aut aliquo modo fornicationē. [Vxori vir debitū reddat
similiter autem & vxor viro] id est nō se subtrahāt ab in-
uicem a coitu volente viro concūbere, locum det & licen-
tiā mulier. Similiter & vir seruiet mulieri, reddens ei debi-
tum cōcumbendi, illa volente. [Mulier sui corporis]. i. sui
genitalis membri [potestatem nō habet] vt prohibeat vi-
ro coitū [sed ī viri potestate est. Similiter vir sui corporis]
id est sui verendi siue genitalis membri, [nō habet pote-
statem] vt mulieri prohibeat coitū, [sed in mulieris pote-
state est.] Sic sibi sunt inuicem debitores, & quod maius
est, serui: vt vna debeat esse voluntas in lege naturæ, Dies
festi, diesque purgationis & ipsa ratio cōceptus & partus
iuxta legem cessari his debere mōstrantur. [Nolite fraudare
inuicem] id est nolite vos subtrahere ab inuicem, ne for-
te discessio generet fornicationem, [nisi forte ex cōsensu]
id est communi voluntate & consilio. [vt vacetis oratio-
ni] ad tempus. Omni quidem tempore orandū est nobis,
orationique insistere debemus, sed tunc acceptior est Deo
nostra oratio, quando mundo corde et corpore profertur.
Cum enim quis etiam cōcessa non tangit ostendit se velle
accipere quod p̄dicat [et iterū reuertimini in idipsum]. i.
ad licitum coitum. Con filium dat coniugatis, vt post dies
orationis ad vsum naturalem reuertantur, exponens cau-
sam, quare hoc p̄cipiat, [ne tentet] inquit, [vos Sathanas]
siue diabolus [propter incōtinentiam vestram.] videlicet
ne vno subtrahente, alter fornicetur, & sathanas, locū ten-
tandi inueniat. [Hoc autem dico secundum indulgētiam,
non secundum imperium] quia non p̄cipio sed permitto.
[volo autem omnes homines esse sicut meipsum] id est si
feri posset: vellem omnes homines esse, sicut ego sum, &
amare virginitatē sicut ego amo, sed quia non potest fieri,
concedo secundum indulgentiam infirmis, qui se nō pos-
sunt cōtinere, non tamen p̄cipio perfectis secundum im-
perium [quia omnes homines vellent me in omnibus imi-

tari, & in integritate corporis permanere, quia scio quantum valeat castitas apud D E V M, [alius quidem sic] vt virgo maneat [alius vero sic] vt sit cum coniuge. [Melius est enim nubere quam vri.] Non dixit ideo comparatiuo modo, melius est nubere quam vri, quasi bonum sit vri ideoque est melius nubere, sed consuetudinem secutus est. Solemus enim dicere. Melius est lucrum facere quam damnum. Melius est vnum oculum habere quam nullum. Melius est vno pede inniti, & ex altera parte baculo sustentari, quam fractis cruribus repere. Sic melius est nubere & vxorem ducere, quam vri, quod est proprie, calore corporis cogente, libidine explere, & quocumque modo nefas perpetrare, [His autem qui matrimonio iuncti sunt]. i. vxori legitimeque coniunctio matrimonio dicitur a matrona, eo quod sit mater filiorum [peccatio non ego.] ex mea sententia, [sed dominus] in euangelio [vxorem a viro non discedere] excepta causa fornicationis. [Quod si discesserit] causa fornicationis [innupta maneat aut viro suo reconcilietur. Nam ceteris ego dico non dominus] Locutus est superius cum innuptis & viduis atque coniugatis fidelibus, modo dicit ceteris. i. permixtis infidelibus cum fidelibus. Quare dicit, ego dico, non dominus, nunquid dominus non loquebatur per eum? Vtique. Sed ideo dixit, se dicere, & non dominum, quia hoc preceptum non continetur in euangelio dictum a domino, sicut illud superius, quod non debeat vir dimittere vxorem suam nisi causa fornicationis. [Si quis frater] fidelis [habet vxorem infidelem.] siue non credentem, [et haec vxor consentit habitare cum illo:] id est, si nomini Christiano non detrahit, [non dimittat illam.] quia accidere solebat, vt viro credente mulier infidelis persisteret, & plerunque vxore credente: vir infidelis maneret. Ideo talia precepit Apostolus: vt si nomini Christiano non detraheret, non dimitteret aliquis sociam suam. [Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.] iam hoc euenerat in multis post domini ascensionem, vt per mulierem fidelem: sanctificatus esset vir infidelis credendo in Christum, illius predicatione & bono exemplo, quae de superbo facta erat humilis & subiecta viro, & per virum fidelem, mulier infidelis saluata est similiter quondam. [Alioqui filii vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt]. i. si ambo infideles essent

vel ille qui fidelis factus est, iterum reuenteretur ad paganismum propter illum qui noluit credere, vti quae filii vos imitarentur, vel etiam si fidelis dimitteret socium suum infidelem essentque separati ab inuicem, filii forsitan immundi essent, quia idolis deseruierunt patri infideli, vel matre infideli adhortante, & immundi essent etiam ex cibis quos comederent idolis consecratis. Nunc autem dum simul morantur fidelis cum infideli, forsitan filii illorum fidelem imitantur, & sancti sunt. [Quod si infidelis] vir aut mulier a socio fidelis, [discedit] nolens credere [discedat]. i. liberam habeat potestatem discedendi, tamen fidelis non proiciat illum a se, neque propter illum discedat a fide [Non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in eiusmodi] id est in tali facto, id est infidelis si non vult manere cum fidelis, ille qui fidelis non est ita subiectus illi vt debeat illum sequi, neque subiectus est cui propter hoc si ille discedit [in pace enim.] id est ad concordiam [vocaui vos deus] idcirco si vult discedere infidelis qui blasphematur nomen domini: recedat vt pacem possit habere fidelis, id est, non oportet litigare cum eo qui discedit [vnde enim scis mulier aut vir, si vnus alterum saluum faciet nisi sicut vniciusque] viro & mulieri [diuisit.] siue disposuit, [dominus] subaudi tempora credendi, vt prima credat vir, deinde mulier, aut primum mulier, deinde vir, [vnumquemque sicut vocauit dominus] ad fidem [ita ambulet] ita maneat, id est si habes vxorem, tene eam si non habes ducere non compelleris. [Circumcisus aliquis vocatus est non adducat preputium.] Quid est quod loquens Apostolus de vxoribus atque coniugatis, sic subito transiit ad circumcisionem atque preputium? Et quomodo potest adduci preputium quod praecisum est. Notandum in hoc loco quia non de circumcisione, id est expoliatione pellis genitalis membri loquitur, sed circumcisum appellat liberum ab vxore: & preputiatum, vxorem habentem. Circumcisus inquit, vocatus est quis, id est, non habens vxorem, non adducat preputium, id est non ducat vxorem, vt non sit preputiatius: sed alienus a coniugio, [in preputio aliquis vocatus est.] id est non habens vxorem [non circumcitur] id est non relinquit vxorem suam, nisi illa forte casta per manere decreuerit. [Circumcisio nihil est] id est, castitas sit

ne bonis operibus nihil est, & insuper fides sine operibus otiosa est, [& preputium nihil est], .i. coniugium absq; opere bono. Si fuerit quis circumciscus, id est castus siue cœlibatus, quod est sine vxore, carueritq; bonis operibus, nihil ei prodest sua castitas. Si etiam fuerit coniugatus, & non habuerit bona opera, coniugiū illius nec prodest, nec obest ei. [sed obseruatio mandatorum dei] prodest, [vnusquisq; in qua uocatiōe uocatus est] ad fidem [in ea permaneat] siue cum vxore, siue sine vxore, [seruus] subaudi vxoris [uocatus es] cuius uoluntati seruire & parere debes. [nō sit tibi curę] noli deficere neq; dimittere eam, quia non ideo amittes regnū dei licet cōiugatus sis, si ita seruieris vxori, ut nō displiceas creatori [sed & si potes liber fieri] subaudi ab vxore. .i. si tua cōiūx obierit, aut etiā in castitate manere elegerit, [magis utere] subaudi ista libertate, ut cōsentias ei, & aliam noli accipere. [Qui enim in dño], .i. ut in domino crederet, [uocat⁹ est seruus], subaudi vxoris, [liberatus est domini], .i. liberat⁹ est a peccati iugo, & quādam libertatulam habet a domino, ut seruiat vxori ita, ut nō displiceat creatori, [s̄m̄iliter qui liber uocatus est] id est sine vxore [seruus est Christi], .i. nō debet se occupare seruitio terreno & vxorio: sed ex toto debet seruire domino quoniā maius seruitiū requiritur ei a domino quā coniugatio [Pretio empti estis], .i. sanguine Christi [nolite fieri serui hominum], .i. serui vxorum. Illi serui efficiunt hominum qui propter vxorem deserūt creatorem, & ei displicēt immoderate seruiētes vxori. Tam caro ergo precio empti sum⁹: ut nullo alio redimi possemus. nisi sanguine filij dei. Quapropter sicut ille qui emitur, magis seruire debet illi a quo emitur: ut aliquādo vicem reddat emptori, ita & nos omni studio atq; instātia seruire debemus Christo a quo empti sumus. [Vnusquisq; frater] id est fidelis, [in quo uocatus est] ut crederet, [in hoc permaneat] uide licet si cum vxore uocatus est, non dimittat illā, si liber ab vxore, si se potest continere, utatur illa libertate. [De uirginibus preceptum domini non habeo.] quia dominus uirginitatem laudauit non tamen precepit, ne uideretur nuptias damnare. sed dixit, Sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum cœlorum, atq; sustinuit. Qui

Mat. 19.

potest capere capiat. [Consilium autem do] quod non displiceat alijs [tanquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis] subaudi consiliator, & idoneus in dādis salutaribus consilijs, Paulus Apostolus consiliator DEI erat, quia spiritū dei habebat, sicut ipse alias dicit, Patro autem q; & ego spiritum dei habeam. Idcirco dicit, Gratiam & misericordiam cōsecutus sum ut sim fidelis cōsiliator dei ideoq; consiliū meum non debeo uobis abscondere. [Existimo ergo hoc bonum esse] .i. uirginitatē seruire [ppter instantem necessitatem], instantem siue presentē necessitatem appellat tribulationem & angustia quā sustinet cōiugati, & maxime cōiugate fastidium uidelicet in cōcipiendo, dolorē in parturiendo, quo dolore plerunq; solent mulieres mori, curam multam & laborem in alendis & conuendis filijs, tristitiam de egrotatiōe & morte eorūq; maximeq; si omnibus filijs fuerit orbata, de amissione quoq; cōiugis. Similiter etiam labores & dolores sustinet uir de amissione filiorū & morte vxoris, a quibus omnibus sunt illi liberi, qui uirginitatem seruant, imitantes illam uitā quā post mortē erit. Quapropter subdit Apostolus [quoniam bonum est homini sic esse], .i. in integritate corporis uiuere, uirginitatem seruire, ut possit esse liber ab his necessitatibus. Quod uero sequitur, [tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi], illi tales, uidelicet qui matrimonio copulātur, quod supra appellauit necessitatem instantem in hoc loco appellauit tribulationem. [Ego autē uobis parco.] & est sensus, suadeo uobis, & consilium do ut casti sitis, uolēs uos seruire ne in tribulationem carnis incidatis. Aliter: Ego uobis parco id est, dimitto, uel consentio accedere uos ad hanc tribulationem carnis, si non uultis integritatem corporis seruire, [Tempus] subaudi uitæ nostræ [breue est], quia in breui finietur, ideoq; non est populus dei ita propagandus generatiōe carnali, sicut haētenus a principio mūdi, sed est iam regeneratione collegendus. [Reliquum est.] id est hoc remanet, uel hoc super est, [ut & qui habent vxores.] modo [tanquam non habentes sint.] vxorem nanq; habet, sed quasi nō habet, qui hodie uidetur illam habere, sed crastina die moritur, & de finit postmodum vxorem habere, ideoq; debet in præsenti

ti seculo futuram vitam imitari, in qua erūt electi similes angelis dei. Aliter, vxorem habet, sed quasi non habet qui sic scit debita carnis exoluere, vt tamen per eam mādo tota mente non cogatur inharere, videlicet sic reddētis debitum vxori, vt non displiceat creatori [& qui flent tāquam non flentes,] sint. Flet quilibet amissione proximorum, & miseras huius seculi, sua quoq; & aliorū peccata: sed quasi non fiet, qui consolationem habet in spe celestis remunerationis, vt impleat quod dominus dixit, beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur [& qui gaudēt, tāquā non gaudentes,] Multi sunt qui gaudent de temporalibus commodis, sed quasi non gaudent, quia sic gaudēt in temporalibus bonis, vt semper tormenta perpetua considerent, & æternum dei iudicium timeant. [& qui emunt tāquam non possidentes.] Emit aliquis prædia terrena, boves seruos, & ancillas, sed quasi non possidet, dum repente ab hoc seculo trāsīt per mortem corporis. Aliter, Emit multi bona temporalia, atq; ad vsum suum aliorūq; præparant que in hoc seculo necessaria sunt, sed quasi non possident, dum sic adherent terrenis, vt non amittant æterna, cauta cōsideratione præuidentes quia hæc omnia in proximo relicūri sint, spemq; suā in terrenis & transitorijs rebus & possessionibus non ponunt [& qui vtunt hoc modo, tanquam nō vtātur,] Multi vtuntur bonis huius seculi, sicut reges & principes, sed quasi non vtūtur, dū in sperate munus & concupiscētiam eius relinquūt per mortē corporis. Multi etiā vtuntur his que in hoc mundo sunt sicut boni reges & principes diuitesq; vt fuit Abrahā, Iob & Dauid, qui propter dignitatem honoris & principatus quā obtinent, non possunt his non vti, sed quasi non vtuntur: dum non sunt serui diuitiarum, neq; permittunt, hæc eadē suæ menti dominari, cogitātes cuncta transitoria esse. [Præterit enim figura huius mundi] id est transibit figura & species mundi per ignem, remanebit substantia renouata per ignem & melior, ad hoc vt in æternum maneat iuxta quod Salomon dicit, Terra in æternum stabit. [Volo autem vos sine sollicitudine esse] id est sine multa & superflua cura, quam habent coniugati, [Qui cum vxore est, diuisus est,] quoniam ex parte seruit coniugi, ex

Eccle. 7.

Mat. 5.

parte domino. [& mulier innupta & virgo] quod vnū est [cogitat vt sit sancta corpore & spiritu.] id est mente. Ideo addidit, mēte siue spiritu, quia multæ sunt quæ habēt integritatem corporis, sed nō sunt virgines mente, quoniam si possent, iam nupfissent. [Hæc ad vtilitatē vestrā dico] quoniam sanctū est apud deum, & leue in hoc seculo in virginitate permanere [nō vt laqueum vobis iniiciā] id est ideo ista nō dico, vt æternam perditionem vobis immitram [sed ad id quod honestū] est subaudis prouocans virginitatem seruare honestum est, ergo omne honestum sanctū, ideoque virginitas sancta, honesta, & deo accepta est. [Si quis autē existimat] & putat [turpem se videri,] ab alijs [super virgine sua, eo quod sit superadulta] id est eo quod ad nobiles annos peruenerit, timet illam fornicari cum aliquo seruorū suorum, nec potest illā seruare virginem, [quod vult faciat] id est, tradat illā cuiuscūq; vult [nō peccat] virgo [si nubat, si dormierit] id est, si mortu⁹ fuerit [vir eius, nubat mulier cui vult tātum ī domino] id est, fidei se misceat viro [Beatior autem erit, si sic permāserit secundum meum cōsiliū.] id est, si in castitate & viduitate permanserit.

CAPVT VIII.



E his autem] cibus & potib⁹ [que idolis immolātur] subaudis scripsistis mihi inter cætera que Corinthij Apostolo scripserūt per epistolam: etiam super hoc scripserūt vtrum deberēt omnia comedere nec ne, & vtrum essent omnia munda, quia quidā illorum habentes scientiam cuncta esse a deo creata bona manducabant in templis idolorum, & scandalizabāt simpliciores fratres, qui dicebāt. Nisi iste qui maioris scientiæ est quam ego: sciret aliquid numinis & deitatis esse in hoc idolo & in carnibus ei cōsecratis, nequāq; in idolo. i. in templo idolis consecrato residēs, carnes, aliosq; cibos, & vinū idolis consecratum sumeret. De hoc multa dicitur est hic Apostolus. [Scimus quoniam omnes scientiam habemus.] subaudis, omnia esse munda per naturam, sed inuocatio idolorum, & consecratio qua illis cōsecratur, facit ea immūda

[Scientia] subaudis, qua credimus omnia munda mundis & omnia sanctificari per inuocationem nominis Christi [inflat] .i. per superbiam tumorē mentem eleuat, [Charitas vero ex-] diuicat] .i. dilectio fraterna qua cōsulimus fratribus simpli-] oribus, quatenus eos in aliquibus nō scandalizemus, ad-] ficationē habet. In qua virtute. i. charitate, etiam alię vir-] tutes cōprehenduntur, patientia videlicet, humilitas, cor-] disque simplicitas. Sicut enim vinum non temperatum ad] mixtionē alicuius dulcedinis, aut etiam aque, mētem ele-] uat & sicut omnia mera & pura non ita delectātur sicut] cōmixta: sic scientia diuina vel humana nō est utilis, quia] mentem in superbiam eleuat, nisi tēperata fuerit dilectio-] ne pximi, humilitate quoque patiētia atque simplicitate. Tūc] autem scientia magna est & sibi utilis, si charitate humi-] lietur, cū qua etiā amplius crescit [Si quis autem existimat] se scire aliquid] .i. oīa munda esse, & quod licita fidelibus sint] ad vtendum, [nōdū cognouit quemadmodum oporteat] eum scire] .i. nōdū considerat quod expedit etiam mulla] licitis abstinere propter scādalum fratrum [Si quis au-] tem diligit deum] & causa charitatis scientiam mitigat,] [Hic cognitus est ab eo] id est, hic est electus ab eo. [De] estis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est] idolum in mūdo] Idos græce, latine dicitur species vel for-] ma, inde diminutiue idolum id est formula ex aliquo me-] tallo, aut ex lignis siue lapidibus. Ideo ergo idolum nihil est] quia videtur imaginem hominis habere, & non est homo] videtur imaginem alicuius bestię habere, & nō est bestia] videtur aures, oculos, nares, & os habere, sed ideo nihil est,] quia nō videt, nō audit, non olfacit, non loquitur. Dicitur] homo esse, non est homo, dicitur deus esse, nō est deus, ideo] quod nihil est, quia quod dicitur esse nō est. Adoratores quo-] que, cultoresque eius, atque cibi qui illis consecrantur, nihil] sunt quia illius cultura & consecratio facit eos nihil esse] Ex hoc etiam homines idola colentes nihil sunt, quia ois] creatura quæ non adhæret ei qui semper habet esse, nihil] est sicut propheta dicit. Omnes gentes idola colentes, sic] sunt quasi non sint, & quasi nihil, & inane reputatę] sunt ei. Idola quoque propterea nihil sunt, quia facit homo] formam habentem caput hominis ex vna parte, caput bo-

Esa. 60.

uis ex alia parte, caput leōis ex tertia, caput aquilę quarta] reliquum corpus serpentinum, pedes equinos, quod nihil] est, quia deus aliquam creaturā talem non fecit. [Nā & si] sunt qui vocātur] a paganis [dij ī cęlo] vt Saturnus, Iupi-] ter, Mercurius, aut certe a Christianis vt angeli & sancti] nūcupatiue, & nō substantialiter, [siue in terra] a paganis] vt neptunus, Pluto, aut certe iusti homines, [siquidē sunt] dii multi] paganis vel christianis nūcupatiue, vt Moyses Exod. 7. cui dictum est. Constitui te deum Pharaonis, & de quibus Psal. 81. dicit. Ego dixi dii estis [nobis tamen] apostolis aliisque fide-] libus [vnus est deus pater.] substantialiter, [ex quo omnia] cōstant, & a quo originem cuncta sumpsērunt [& nos in] illo,] subsistimus siue in illū, quasi intra illum subsistimus] quia omnis creatura intra illum consistit, & ipse est extra] omnia et intra omnia [& vnus dominus Iesus Christus,] cū patre & spiritu sancto [per quem] dominū Iesum [om-] nia] facta sunt, subaudis [& nos per ipsum] creati sumus &] redempti [Sed non in omnibus est scientia] subaudis ista,] vt credāt vnū verū deum solummodo esse, qui trini-] tatem habet in personis, & vnitatē in substantia. [Quidā] autem cum conscientia vsque nunc idoli quasi idolothy-] tum]. i. idolis datum & cōsecratum [manducant, & con-] scientia ipso-] rum cum sit infirma, polluitur] quoniā dū fir-] miores in fide viderint recumbere idolo, & comedere ido-] lothyta, aliquid numinis & religiosum putant esse in ido-] lis. Et in hoc est illorum conscientia infirma, vel quia putā-] tes omnia esse munda, comedunt idolothyta, vel quia ali-] quid numinis credunt esse in idolis. [Esca autem nos non] commendat deo.] subaudis quam credimus mūdā, id est] non facit nos acceptabiles deo, & laudabiles apud illum] [neque enim si non māducauerimus] subaudis de sacrificijs] idolorum, [desiniemus] vt alios cibos non habeamus, quos] possumus māducare, [neque si māducauerimus] carnes ido-] lis cōsecratas, [abundabimus,] subaudis vt aliorum cibo-] rum refectionem non quæramus, [videte autem ne forte] hæc licentia vestra] qua creditis omnia munda mūdis, &] per inuocationē nominis christi omnia sanctificari, [offen-] diculum fiat infirmis.] in fide, vt credant aliquid deitatis] esse in idolo: & comedant propter hoc carnes illi cōsecre-

tas, [Si quis enim viderit eum qui habet scientiam] id est, qui perfectus est in fide, & credit omnia munda [in idolio recubentem] id est, recubendo manducare. Sic peccatis in fratres, dum comeditis coram illis carnes idolis consecratos, recumbentes in idolio. [si esca scandalizet fratrem meum,] quem libet credere simplicem & adhuc infirmum in fide, [non manducabo carnem] idolis consecratam [in eternum,] ne fratrem meum scandalizem. Erant quidam apud Corinthios, qui scientiam habentes omnia munda esse, comedebant cibos idolis consecratos, & prouocabant simplices & infirmos in fide ad similia, qui dicebant: Nisi isti qui prudentiam & scientiam habent, scirent deitatem esse in his idolis, nequaquam hoc agerent. Manducabo ergo & ego ut consecrer per has carnes. Contra erant alij perfectiores, qui licet scirent omnia esse munda a deo facta, nolebant carnes idolothytas comedere, quia sciebant illas per inuocationem demoniorum esse immundas, & ne scandalizarent fratrem suum: prouocando eum ad comedendum: dicebant ista que Apostolus ex persona illorum loquitur: Ante [inquit] moriar fame, quam ut fratrem meum scandalizem manducando carnes idolothytas. Et non solum abstinere ab illis: sed etiam ab omnibus pro quibus ille potest scandalizari. Potest tamen ex persona Apostoli esse dictum, ut Apostolus ex se talia diceret: prouocans eos ad charitatem.

CAPVT. IX.



Non sum liber? Verba irascentis sunt, & quod videtur negare confirmat. Sunt autem increpatiue legenda: Non sum liber? Sum utique. Liber erat Apostolus secundum carnis profapia: ut pote de genere patriarcharum descendens. Liber quoque erat ab omni debito ipsorum, quia nihil ab eis acceperat. [Non sum Apostolus?] Dicebatur a quibusdam Iudeis non credentibus & insuper a Corinthiis seductis a falsis Apostolis, quod Paulus non esset Apostolus, eo quod CHRISTVM non viderit quos increpat Apostolus, inquit: Nunquid non sum Apostolus a CHRISTO missus? Sum utique, quia ipse mihi dixit, Longe mittam te ad gentes. [nonne dominum Iesum vidi?] Utique vidi illum dum pergerem Damascum

& postea in templo, [nonne opus meum] id est, operatio & platio mea, [vos estis in domino]? Estis omnino [Et si a Iis] subaudis gentibus & Iudeis [non sum Apostolus, sed tamen vobis] Corinthiis [sum,] apostolus, quos pro spatio vni us anni & sex mensibus ad fidem Christi mea predicatio ne adduxi. Non solum ergo Corinthiis erat Apostolus, sed pene omnibus gentibus, sicut ipse dixit, Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi in Gal. 2. ter gentes [nam signaculum] .i. signum & indicium: [apostolatus mei vos estis] & vestra credulitas, qui per meam predicationem credidistis in domino. [Mea defensio apud eos qui interrogant,] subaudis utrum sim Apostolus necne, [hac est,] quia vos estis signum apostolatus mei in domino & per hoc defensor esse APOSTOLVS. Vos enim estis defensio mea, quibus euangelium predicavi. [Nunquid non habemus,] ego & Barnabas [potestatem manducandi & bibendi?] subaudis ex officio predicationis. & a vobis accipiendi que necessaria sunt. secundum quod nobis dominus potestatem dedit, sicut & alijs apostolis. [nunquid non habemus,] ego & Barnabas [potestatem prouocandi mulierculam,] id est, quemlibet fidelem [circumducendi,] id est de loco ad locum, ducendi, ut ministraret nobis [sicut & ceteri apostoli & fratres domini] faciunt. Iacobus videlicet & Ioannes zebedei filij & matertera domini. nec non etiam Iacobus Alphæus, & Iudas, & Ioseph filij similiter matertera domini nec non etiam [et Cephas?] qui & Petrus. Cephas Hebræum est & Syrum, Petrus græcum & latinum. Simo græcum est. Quidam non intelligentes proprietatem græce linguæ, sefellit eos ambiguitas verbi græci, in hoc quod dicit sororem mulierem, quasi uxores habuerint apostoli quas secum ducerent, nam gyne utrumque significat, & uxorem & mulierem. Vnde gynceum appellatur locus ubi plurimè resident mulieres. Fideles enim mulieres habentes terrenam substantiam, ibant cum Petro alijsque apostolis Iudeorum, ministrantes eis de substantia sua que necessaria erant sicut Maria Magdalena, & Martha, aliæque mulieres que secutæ erant dominum de Galilea, sequebantur illum ministrantes ei, quod Beatus Paulus Apostolus non faciebat, qui gentibus predicauit, licet potestatem haberet.

tamen nō dūcebat mulieres secum, ne scandalum oriretur apud gentes, quarum magistri & prepositi hanc consuetudinem nō habebant. [Quis miles [militat] pro vita regis pro defensione patriæ, [suis stipendijs vnq̄] .i. proprijs substantijs, subaudi nullus. Tamen ego milito meis stipendijs labore manuum mearum victum & vestitum acquirrens, [Quis plantat vineā, & fructus eius] id est racemos [nō edit?] Vineæ apostoli, erant Corinthi, quos plātauerat ipse in fide Christi, sed fructum eius non suscepit: sumptum videlicet vnde viueret. [nunquid secundum hominē hec dico?] id est nunquid secundum humanum intellectū & ex proprio sensu ista loquor: nō aligabis os boui trituranti. .i. os prædicatoris alienum a mercede non facies. Recte ergo prædicatores bobus comparantur, quia sicut illi vomere exarant terram, ita prædicatores vomere siue ligone verbi dei excolunt corda auditorum, vt ferant fructus salutis æternæ [nāquid de bobus cura est deo?] Est vtiq̄ deo cura de bobus, qui omnium quæ fecit, curam habet, sicut ei dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et non solum de bobus, verum etiā de passeribus cura est illi, sicut in euāgelio ostenditur, vbi dicitur pascere illos. Sed nō curabat ita de bobus: vt inter præcepta quæ homini dedit ad salutem sui, præciperet curā bouis habere. Nec enim necessesse est per scriptam legem monere hominem, quomodo bovi suo cōsulat, [quoniā debet in spe] subaudi fructus percipiendi, [qui arat, arare. Si nos vobis spiritalia] subaudi bona [seminauimus.] prædicando gratiam videlicet fidei & doctrinæ [magnū est, si nos vestra carnalia metamus?] id est, vt a vobis accipiamus temporalia, quibus contulimus æterna? Non est hoc magnū, increpatiuē legēdum est & interrogatiue. [Si alij] id est pseudo apostoli. [potestatis vestræ] hoc est facultatis vestræ bonorumq̄ temporalium [participes sunt, quare non potius nos?] subaudi, debemus participare bonis vestris, qui sacra monita euāgelij vobis prædicamus. Verū omnia incommoda sustinemus ego & Barnabas, sitim videlicet, famem, nuditatem omnemq̄ indigentiam: [ne quod offendiculū demus euāgelio Christi] .i. ne dicatur de nobis, quā causa questus: & lucri tēporalis potius prædicemus euāgelium, quā causa fa-

DUC. 12,

lutis animarum & remunerationis æternæ, habeatq̄ euāgelium venale. [Nescitis quoniā qui in sacrario] .i. in templo idolorum [operatur] excoriano victimas & coquendo, [quæ de sacrario sunt edūt?] id est de his viuūt quæ ibi offerantur, & quæ pertinet ad sacrarium. [& qui altario] subaudi dei [deseruiunt] in lege. .i. veteri testamento, [cū altario participant.] Si quādo holocaustū offerebat in altari domus domini, totum animal sibi vendicabat altare si quando vero victimæ aliæq̄ sacrificia offerebantur, partim cremabant in altari, partim sumebāt seruitores in suos vsus. [Ita & dominus ordinauit] id est, disposuit & coquens statem dedit. [Ego autem] licet potestatem haberem de euāgelio viuere, [nullo horum] quæ superius dixi, [vsus sum.] quia nullos sumptus a vobis accepi, vt euāgelium nō facerem venale, & vos libere possem redarguere. [Nō aut scripsi hec vt ita fiant in me.] Poterāt illi dicere. Vere ideo APOSTOLVS talia scripsit nobis, & quod antea non accepit a nobis, modo accipiat, vt demus ei quæ necessaria sunt, ad hæc ille. Nō ideo [inquit] ista dico, vt quod hactenus non feci, nunc facere incipiam, sed vt vos ad charitatem prouocem [Bonum est enim mihi magis mori] fame, siti, nuditate, [quam vt gloriam meam] quam spero me recepturum pro mercede prædicatiōis [quis euacuet] siue destruat, dando mihi munera. Tūc enim gloria illius euacuaretur, si mercedem accipiens in presenti, non speraret mercedem aliam accipere in futurum, nec redargueret delinquentes: [Nam etsi euangelizauero,] subaudi solūmodo propter hoc, vt propter assiduitatem prædicatiōis mercedē in presenti accipiam, & laudem ab hominibus, [nō est mihi gloria,] subaudi æterna in futuro. [Necessitas enim] subaudi manducandi, bibendi, vestiendi [mihi incumbit] Ideoque prædico, quoniam vnde viuam, a iude non habeo. Hęc in quibusdam fiebant, sicut in pseudo apostolis, sed in Paulo non erat, qui neq̄ mercedem, neq̄ laudem ab hominibus querebat in presenti, timens audire in die iudicij, Recepisti mercedem tuam si laborasti: [Vt enim mihi est] .i. indigentia me opprimit, & penuriam famis sustinebo si non euangelizauero, [non ex sua persona talia dicit, sed potius ex illorū, qui idcirco prædicabāt quia

non habebant vnde viuerent, nisi ex prædicatione, ideoque fauebant suis auditoribus [Si enim volens] siue spõte [hoc ago] .i. si nõ prædicauero propter sumptus carnales, & ad ministrarero euangeliũ sine mercede temporali [mercedẽ habeo] paratam a C H R I S T O, remunerationem vide licet æternã auditurus ab ipso. Intra in gaudium domini tui [Quę est ergo merces mea?] interrogat Apostolus seipsum quę sit merces prædicationis eius in præsentem, & dicit: Iam (inquiens) volo sponte prædicare euãgelium, quę est merces mea in præsentem? Et respõdet ipse sibi, aut alicui in terroganti quę est merces tua? Hęc est merces mea in præsentem & intentio, [vt euangeliũ prædicans, fidelibus, omnibusque audire volentibus, sine sumptu ponam euangeliũ.] subaudis in cordibus eorum, [vt nõ abutar] siue nõ vtar [potestate mea in euãgelio] quam cum alijs Apostolis habeo. i. ne accipiam aliquid ab auditoribus, quoniam magna merces mihi reseruat a C H R I S T O, [Nam cum liber essem] non solum secundum naturam, vtpote de genere patriarcharũ descendēs, verum etiam [ex omnibus] negotijs hominum nihil ab eis accipiendo, [omnium] subaudis hominum [me seruũ feci] supportando omnes, veluti bonus procurator subaudi supportat infirmos, maxime vos o Corinthij per meam patientiam. Feci autem hoc non calliditatis astutia, sed cõpatientis affectu, [vt plures lucrifacirem.] C H R I S T O [Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus] subaudis legis obseruator, adhuc tõdẽdo caput in Cenchris, quę est portus Corinthij, offerẽdo munera in templo Hierosolymis, secundũ quod in Actibus A P O S T O R V M habet, quãdo purificatus ascendit in templum. & circumcidendo Timotheũ propter Iudæos, [vt Iudæos lucraret Christo.] a cultura videlicet legis, ad gratiã pdu cendo euangeliij [His qui sub lege sunt] id est, a Samaritanis, quinque libros legis habentibus, veniens ad illos factus sum eis [quasi sub lege essem] id est, quasi carnaliter legi seruirem. [cum ipse nõ essem sub lege] Moyse animo, sed sub gratia euãgelij, vt eos Christo lucraret. Feci autẽ hoc, non simulandẽ versutia, sed compatiendẽ misericordia [His qui sine lege erant] .i. gentibus, factus sum. [tanquã sine lege essem] consentiendo gentiliũ phis apud Athe-

Actu. 16.

nas, vnum deum esse qui cuncta fecerat: & aias immortales esse, & hoies ab vno deo principiã sump fisse, visus est eis quasi vnus ex ipsis, licet idola nõ adoraret, paulatimque trahebat eos ad illa quę minus credebant, suadens vt in eũ crederet, per quę oĩa facta sunt. i. in filium. [Factus sum in firmis] Iudæis & gẽtibus i sensu & intellectu, qui magna non poterant capere [infirmus] cõparando & coarquando me illorũ infirmitati & pusillanimitati [vt infirmos] sensu & intellectu [lucrifacere] Italia prædicãdo, quã corũ capacitati cõgruebant, & quę ipsi capere poterant [oibus] subaudis gẽtib? Iudæisq; [omnia] superius dicta [factus sum] infirmus videlicet infirmis. Iudæus Iudæis. Samaritanus Samaritanis, qui repromissionem de Christo expectabãt, gẽtibus gentiis, [vt oēs saluos facerẽ] prædicãdo illis verbum dei [omnia autem facio propter euangeliũ] .i. propter Christum cui euangeliũ testimoniu perhibet. [vt particeps eius] id est particeps euãgelij [efficiar] Sic videtur hæc verba sonare, & sic loquitur Apostolus, quasi euãgelii rationis capax sit, ac si diceret: Vt particeps euãgelij efficiar. i. vt præmia quã in euãgelio promittuntur, i. regno cælorum cõsequi merear. [Nescitis quod hi qui in stadio currunt: omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium] Volens & desiderãs egregius prædicator, Corinthios omnesque fideles, prouocare ad cursum bonæ operationis quatenus fortiter in sudando, perungere ad brauium æternæ vocationis mereantur. Dat inde cõparationem, cuius exemplo accedantur ad victoriam æternam captandam, in quibus: Nescitis quod hi qui in stadio currunt &c. Fuit quodã tempore gigas quidã noie Hercules, apud Græcos fortissimus, omniq; virtute corporis robustus, agilitate quoque seu velocitate pedum in cursu velocius atque (vt ita dicamus) peruolauit centũ viginti quinque passus, sicque subdit vno in loco, quod spatium sui cursus stadium appellauit, a stadio: & est octaua pars miliarij. Inde postmodum inoleuit mos apud Græcos & consuetudo diuturna, vt ex singulis vrbi- bus, castellis, oppidis, necnõ & villulis, iuuenes se præparerent quatenus adueniente festiuitate deorum, possent currere ad illud stadium, quod mensurabatur cõtum viginti quinque

passibus. Post cuius metam ponebatur aurū vel argētum aut equus siue pallium, aut aliquod præmiū, quod brauiū græco vocabulo dicebatur, latine vero palma victoriæ appellari potest vel corona, cunctisque astatibus viris & mulieribus, ad spectaculū illud currebāt omnes: sed vnus qui prior currebat, accipiebat brauium, cæteris in Vanum currerentibus: quia nihil vtilitatis præstabat eis suus cursus, nisi risum & Cachinnum populis excitabāt, sibi autē verecundiam magnam. Altiori vero intelligētia, per stadium, per quod illi currebāt, debemus intelligere fidem nostrā intra cuius metā currere iubemur ab exordio fidei nostræ vsq; ad terminum huius vitæ, quousq; perueniam⁹ ab brauiū repromissum, de quo dñs dicit: Qui perseverauerit vsq; in fidem, hic saluus erit. Hoc tamē distat inter illorū cursum & nostrum, q̄ sibi omnes qui ad hoc erāt parati currebant sed vnus q̄ præ cæteris currebat, prior perueniēdo ad brauium, accipiebat solus remunerationē suæ victoriæ. In nostro autem cursu, oēs qui bene currerint, præmiū sui laboris percipient nec dolebunt se incassum cucurrisse, cū oēs qui peruenerint, remunerationē acceperint. Ille vero vn⁹ significat numerum electorum: qui cōparatione reproborum parvissimus erit, licet in se sit perfectus. Vnde dñs dicit: multi sūt vocati, pauci vero electi, quasi diceret: Multi incipiunt currere, sed ante deficiūt & lassescunt quam perueniāt ad brauium, pauci que sunt qui perueniunt ad palmam victoriæ. Significat enī vnus ille, vnitatem sanctę ecclesię, quæ est corpus Christi. Quicūq; etenim vnitati ecclesię fide bonisque operibus atq; perseverantia iungūtur, illi perueniēt ad palmā. De qua vnitatem dicit dominus: Nemo ascendit in cælū, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, cum corpore videlicet suo, quod est ecclesia. [Sic currit: o fideles in fide, recte credendo, & bene viuendo, [vt cōprehendatis] palmam perennis remunerationis. Sollicitē ac viriliter vult Apostolus vt curramus, quia magna est promissio ad quam tendimus: [omnis enim qui in agone] id est, in certamine & pugna [cōtēdit] siue defudat, [ab omnibus se abstinet] quæ contraria sunt cursui illius. Illi iuvenes qui se ad cursum præparabāt ab omnibus escis & potibus, omnibusque rebus abstinebant,

Mat. 10.

Mat. 20.

Ioan. 3.

que impedire poterāt cursum illorum, Nec solum animi a comestione, & superflua potatione corpus refrēnebāt, sed etiam laminas plumbeas noctibus ponebāt circa lumbos, ne fluxū libidinis per somnum pateretur quoniam libido nimium debilitat corpus, et si illi omnes ita se præparabāt, cum scirent vnū coronandum, & illi solummodo repromissum brauium qui prior veniret, licet oēs post illum ad eūdem locum peruenissent, quanto magis nobis est abstinēdum ab oibus quæ cursum nostrū impedire possunt, cū oibus nobis promissa sit salus æterna? Si querimus ergo a quibus rebus debeamus abstinere, & quæ cursum nostrū incipiendo superent & retrahant a promisso brauiō, interrogemus. Apost. & ipse nobis demonstrabit illo in loco vbi dicit. Manifestata autē sunt opera carnis, adulteriū, vbi Gal. 5. delicta, fornicatio, immūditia, luxuria. Ista et his similia contraria sunt nostro cursui [Et illi quidem] qui currūt intra stadium, ideo currūt [vt corruptibile coronā accipiā nos autē] ideo currim⁹ intra metas fidei nostrę, vt coronā [in corruptam] accipiamus. Quod superius appellauit brauiū græco vocabulo nūc vocat latine coronam illorū corona & remuneratio corruptibilis erat. i. temporalis, quia cum tempore transibat, Verbi gratia. Accipiebāt aurum, argentū, quod corruptibile erat, quia de terra sumebatur, & in terram reuertebatur. Accipiebāt vestes, quæ vetustate & rincis consumebantur. Accipiebant equum, qui corrumpitur per mortem, & consumptus a vermibus in puluerem transibat. Dabatur eis corona terrenis & marcescibilibus floribus conferta, sed quasi ventus transibat. Nostra autem coronā & remuneratio incorruptibilis est, que nulla immutatione corrumpitur. Nec erit adornata marcescibilibus floribus nostra corona, sed in modum regalis diadematis æternis gemmis conferta, in æternum spiritua-liter nobis seruabit. Nostra ergo corona & remuneratio ipse deus omnipotēs erit. & cōtemplatio totius trinitatis videntes deum sicuti est in quo habebimus vitam sine fine mansuram, omnemque beatitudinem atque satietatem, quoniam videntes fulgidum, erimus fulgidi videntes beatū, erimus beati, videntes immortalē erimus immortales, felicesq; per omnia secula. Quapropter debemus currere

crecendo, sperando, desiderando, corpus castigando, elec-
 mosynis infudando, ambulando de virtute in virtutem,
 donec videatur a nobis deus deorū in Sion. Nec debemus
 desperare de premio promisso sicut Apostolus non despe-
 rabat, cū diceret [Ego igitur sic curro,] infra terminos si-
 dei bene viuendo [nō quasi in incertum] quia non dubito
 de remuneratione certum habēs quid sit mihi promissum
 Illi qui currebant in stadio, in incertum currebāt, quia nō
 erant securi de premio. Sed vt nos certi simus de remunera-
 tione, exēpli causa ponit se Apost. in mediū, quatenus il-
 li imitemur, [sic pugno, non quasi aerem verberans.] ele-
 uando & deponendo gladiū, vt. ut stultus miles qui non
 positus contra hostem, verberat aerem: agitando & bra-
 chium & gladium, volens apparere p̄hator. Paulus ergo
 pugnat cōtra aereas potestates, de quibus loquitur
 in epistola ad Ephesios, pugnat contra philosophos &
 magos & bestiales homines, de quibus in epistola prima
 dicit ad Corinthios. Si ad bestias pugnaui Ephesi. Pugna-
 bat autē non materiali gladio: sed p̄dicādo, miracula fa-
 ciendo, orādo, ieiunādo, bonis operib⁹ insistēdo. Ille p̄dica-
 tor verberat aerē, qui sine affectu p̄dicatiōis p̄dicat vide-
 licet verba timō p̄ferēs, nō operib⁹ exornās. q. aliud p̄-
 dicat atq; aliud agit: & hoc qd̄ p̄dicat, miraculis & exem-
 plis, nō roborat Apostolus aut aerem nō verberabat, quia
 in vanum verba non proferebat, cōplens & roborās op⁹
 quod p̄dicabat ore [sed castigo corpus meum] subaudis
 in labore & ḡmna, in fame & siti, in ieiunijs & vigilijs
 multis et ceteris talibus [& in seruitutē redigo,] id ē, ser-
 uum illud facio mihi: vt quod p̄dicō verbis nō destruā
 operibus: sed potius seruiam verbis & exēplis his quibus
 p̄dicō. Castigare corpus, est multis tribulationib⁹ quæ
 superius enumerauimus, affligere, & illa ei dare quæ ad
 vitam æternam proficiunt, non ad luxum. Seruituti vero
 subducitur, dum non suam delectationem perficit, sed vo-
 luntatem spiritus, id est rationabilitatis animæ. Sic debet
 vnusquisque fidelium agere, castigando videlicet corpus
 suum, & seruituti subiiciendo, implens quod Apostolus
 alias ait, Spiritu ambulare, & desideria carnis siue cor-
 porisne perficiatis, Ex cuius rei causa Apostolus corpus

Psal. 45.

1. Cor. 15

Gal. 5.

suū domabat: refrenans illud a prauis delectationibus pro-
 tinus manifestat, subdens [ne forte] inquit [cū alijs p̄di-
 cauerim, ipse reprob⁹ efficiar] Probus dicit laude dignus
 & approbat⁹, vnde cōtra improbus laude indignus dicit,
 & non probatus. Sic dicit dominus reprobis. Nescio vos
 id est nō approbo ad meā partem pertinere, vel non ap-
 probo vos dignos laude esse. Timens igitur Apostolus re-
 probari & indignus laude apparere, dicebat. Ideo castigo
 corpus meum & subijcio seruituti: ne forte alij percipiāt
 palmam victoriæ p̄dicacione mea edocti, & ego ipse
 alienus existam a laude & premio remunerationis, au-
 diens a domino. Recepisti mercedem tuam, ne forte etiam
 alijs curatis, ipse remaneam in vulnere.

CAPVT X.

Nolo enim vos ignorare fratres,] subaudis my-
 steriū hoc quod vobis ex parte narrabo [quoniā Num. 6.
 patres nostri] Iudæi videlicet de quorū proge-
 nie originē duco. [omnes sub nube fuerūt] quæ
 p̄cedebat eos desuper per diem. [& omnes mare trāsie-
 runt] quia mortē euaserūt, [& oēs in Moyse]. i. per Moy-
 sen ductorē, [baptizati sunt in nube & in mari.]. i. a mor-
 te sunt liberati. Quantū ad veritatem historiæ pertinet. Iu-
 dæi egredientes de Aegypto: sub nube fuerūt, quia nubes
 per diem gradiebatur siue ferebatur super eos. Altiori au-
 tem sensu, secundum Ambrosium, sub nube fuerunt, quia
 omnia quæ gesta sunt illis ī obscuritate & in figura facta
 sunt, in hoc vero quia nube tecti sunt, aduersarijs suis Aegy-
 ptijs, quādo nubes se interposuit inter illos & Aegyptios,
 & aquæ fuerunt a dextris & a sinistris: & postmodū pro-
 tecti sunt per diem ab ipsa nube a calore solis, dum a mor-
 te p̄senti liberati sunt. Baptizati dicuntur fuisse per
 Moysen in nube quæ erat post ipsos & in mari: per cuius
 medium transferunt. siue etiam in hoc dicuntur bap-
 tizati per Moysen in nube & in mari, quia omnia quæ
 facta sunt in illis in figura, nobis eueniunt in veritate.
 Nam sicut illi per Moysen ducem ex AEGYPTO li-
 berati sunt, & mortem euaserunt per nubem & mare,
 ita & nos per CHRIS TVM, & per gratiam san-
 cti spiritus in baptismate a morte originalis peccati &

Exod. 17. actualis liberabimur, Moyses enim Christū significat, nubes spiritum sanctum, mare rubrum, per quod illi transeundo a morte sunt liberati, baptisma significat, quod rubore sanguinis Christi consecratur, per quod nos a morte eterna liberamur [& omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt.] Māna quod de celo. i. de isto aere eis datū est, & aquā quæ de petra fluxit, dicit spiritalia esse vel quia spiritaliter intelligenda sunt, significabant enim corpus & sanguinē domini quod modo consecrat & percipitur in ecclesia, vel quia non mundana lege, & consuetudine parata sunt, sed virtute dei sine cōmixtione elemētorum, aque videlicet & farina. Ad tempus videlicet creata est illa esca atq; eis data, & aqua similiter nō consuetudine mūdana sed virtute spiritali cōpotētis dei, eis profluxit ex petra. Idcirco & ille panis angelorū dictus est, quia virtute omnipotētis dei qua angeli viuūt & subsistūt sine labore aliquo, eā virtute creatus est ille cibus, & appositus est eis sine aliquo labore illum. Hoc etiā significans, quia de cælis venturus erat Christus spiritalis panis, qui spiritaliter pasceret. Vnde & Manna prima feria, siue prima sabbati, quæ nunc ob reuerentiā dominicę resurrectionis dies dominica vocatur primum venit de celo ad saturitatem populi. [Bibebant, autem de spiritali] subaudis petra, [cōsequente eos] eadem [petra,] Iudæi & quidam simplicium doctorū ex hoc loco fabulose disputāt, volentes affirmare quod postquam Moyses percussit virga bis filicem, populuscq; bibit ac iumenta, semper secuta sit eos illa petra, & ubicunque figebāt tentoria, voluebatur in mediū castrorum, nullo hominum impellente, emittens largissimos riuulos ad satietatem populi & iumentorum. Dicunt autem tādū hoc factum esse per quadraginta annos, vsque dum venirent in terra Madian, vbi foderunt puteos, inuenerūt aquam dulcem satis abunde. Quidam etiam somniando fingunt quod tantę paruitatis fuerit ille lapis: vt Maria soror Moyfi ferret illum in pectore, suo per illam vastam solitudinē, sed illi qui talia cōfingunt, dicant vbi, & quando vel quomodo secundum literā impletum sit, quod secundum septuaginta interpretes in cantico Moyfi habetur. Quia fluxe-

runt mel de petra, oleumq; de firma petra, & tunc præbēdus assensus q; secuta sit eos petra. At cum nusquam in veteri testamēto hoc factum reperiri poterit, submittant vocē & inclinēt aurē, vt spiritaliter ista penetrare valeāt, quoniam literam in his sequi nō possunt. Nam sicut doctores tradunt, Ore petra quam Moyses percussit, mōs est lapis deus, cuius latus percussit Moyses. Quapropter melius est vt spiritaliter ista intelligamus, sicut & superiora. Vñ & Apostolus spiritalem appellāt eandem petram quia spiritaliter est intelligenda. Significat enim Christū, sicut sequētia manifestāt: [petra autem inquit], erat [Christus.] Non dixit petra significabat Christum, sed tāquam in veritate esset petra Christus, cum vtiq; per substantiam non esset, sed per significationem. Similiter loquēs de duobus filiis Abraham, non dixit, hæc significant duo testamēta, sed hæc sunt duo testamēta. Christus ergo per significationē propter firmitatem est petra, nō per substantiam. & aqua illa quæ fluebat ex petra, significabat doctrinam Christi: & gratiam spiritus sancti, de qua ipse in Euāgelio. Qui sitit, veniat ad me & bibat &c. spiritalis quoq; & consequens petra dicitur, quia Christum subsequenter spiritaliter significabat. De qua petra spiritali consequente bibebant illi, quia ubicunque deficiebat eis humanum auxilium, aderat Christus, præstans suffragium, cuius potentia (qui est verbū dei patris) liberati sunt de terra Aegypti, & in terram repromissionis introducti, ideoq; dicitur, consequente eos, quia subueniebat eis. Nec enim petra aqua dedit illam vna vice: sed Christus per potentiam suam. Notandum ab Apostolo omnia ista idcirco esse dicta: ne quis si in baptisate confidat: aut in esca & potu spiritali: vt deum putet sibi parcere si peccauerit criminaliter: nisi poenitētia digna hoc promeruerit. Quapropter omnibus est vigilandum & laborandum: quoniam tēpus vitæ nostrę breuissimum est. [Sed non in pluribus eorū beneplacitū est deo: quoniam multi ppter infidelitatem mortui sunt in eremo: non intelligentes beneficium dei: quadraginta videlicet milia.] Hæc autē omnia quæ dicimus de nube: mari: Moyse: esca: potu: & petra [in figura facta sunt nostris:] id est nostræ veritatis: quibus in veritate contingerāt

& manēt modo, quia in exemplum illorum educti sumus de Aegypto, de errore videlicet huius mōdi. [vt nō simus cōcupiscentes malorum,] subaudis ciborum & vitiorum, [sicut & illi]. i. israelitā [cōcupierūt:] carnes & pepones & ea quā in Aegypto habuerunt in vsum comedēdi. Ista in superioribus Apostoliverbis pendent, vbi dicit: Omnia quā Iudæis contigerūt, in nostra figura præcessisse, sicut & sequentia manifestant, & in nostram salutem scripta esse, vt non simus cōcupiscentes malorū ciborum vitiorūq̃. Quæstio est, cū Iudæi multitudinem animalium & pecorū secū haberent, quare desiderarent carnes, & quare non comederent carnes animalium? Quæ hoc modo soluitur, quia non desiderabāt illi carnes pecorū, sed carnes auium concupiebant, quibus soliti fuerāt vesci in Aegypto, Nilus enim fluuius, in littoribus suis & palustribus locis multa genera auium habet, & talia qualia nō habētur in circuitu aliorū fluminum. Fugiamus ergo concupiscentiam malam & pugnemus contra eam in quantum valemus: quia vt beatus Augustinus dicit, & in nobis quoq̃ experimēto probare possumus, quia per concupiscentiam malam omnia mala fiunt atq̃ patrantur. Concupiscentiam autē malā ideo dixi, quia est & concupiscentia bona de qua dicit Salomō: Fili concupisce sapientiam. Et Psalmista. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, Concupiscentia autem mala est, quæ suggerit nobis vt concupiscamus cibos illicitos & vltra modum, vt faciamus homicidium, furtum: vt perpetremus adulterium, & cætera huiusmodi. Ideoq̃ Apostolus volens nos sollicitos reddere, donat nobis exemplum illorum Iudæorum, qui per concupiscentiam offenderunt Deum in eremo, & perierunt, [neq̃ idololatræ efficiamini. sicut quidam illorum.] subaudis qui vitulum adorabant ad montem Sinai: [quem admodū scriptum est,] in Exodo. Idos græce, dicitur species siue forma, inde diminutiue dicitur idolum formula ex aliquo metallo, siue ex lapidibus vel lignis. Latria quoque Græco vocabulo dicitur seruitus, quæ omnipotenti DEO soli competit. Ex quibus nominibus componitur & dicitur idolatra, ille qui honorem & seruitutem quam omnipotenti Deo soli debet exhibere, idolis impendit,

Eccl. r.

Psal. xx 8.

Vnde & idolatria ipsa res est. [sedit popul⁹ māducare & bibere & resurrexerūt ludere] Veterem historiam hic tēgit Apost. Egressi filij Israel de Aegypto dū peruenissent ad Sinai montem, Moysē ascendente montem ad deum, & morante aliquantis diebus, cōuenērunt ad Aaron, petentes vt faceret eis deos, qui illos pcederent, dicētes: Fac deos qui pcedat nos. Moysē enim qui eduxit nos de Aegypto nescimus quid acciderit. Tūc sicut historia narrat, accipiēs Aaron ab eis armillas in aures, fecit inde vitulum constabilem, quē colebant Aegyptij. statimq̃ ædificantes aras ante illum immolauerūt ei hostias, dicentes: Ij sunt dij tui Israel & c. Cōpletocq̃ sacrificio, sederūt ad māducādum & bibendum, ac postmodum surrexerūt ludere ad diuersa ioca & ad choros, & insuper cōperunt fornicari. Quapropter multitudo illorum interfecta est a fratribus suis, iubēte Moysē, & domino volente. Quod factum ideo replicat Apostolus, vt non crederent Corinthij se immunes esse ab hoc crimine, qui in idolo epulabantur, Idolatra quoq̃ est omnis auarus qui nummum quasi deum colit, timēs illum amittere. [Neq̃ fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt] subaudis cū Madianitis, [& ceciderunt vna die viginti tria milia] Hoc in terra Madian factum est, & hoc retributum est illis quando se cū Madianitis commacularunt, adorantes primum idola ante ostia domorum illarum, Nam Balaam ariolus filius Beor, cernens animos Iudæorum pronos ad libidinem, & procliuēs ad idola cōlenda seductus & captus amore pecuniarum, dedit Balaam regi Moabitarum atq̃ Madianitarum consilium, vt constitueret puellas iuenculas & meretrices in domorum ostijs, comptas ornamento meretricio, & ante ostia domorum idola & aras, vt venientes Israelitæ, cōpererent amore illarum, & coirent cum illis, ita tamen, vt primum adorarent idola: quo facto cognouit ipse iram dei contra illos excitandam. Vnde factum est vt viginti tria milia ab igne cælesti consumerētur, & pene omnes perissent, nisi Phinees zelatus zelo dei, confodisset cuspidē virum Hebræum cum Madianitide scorto in locis genitalibus, cuius rei causa quicūq̃ ira dei a populo. Notandum quoque, quia non solum illi dicuntur esse fornicatores, qui quo-

Exod. 32

Pfal. 77. cunctis modo libidinem suam explent, sed etiam illi qui per alia vitia, a deo recedunt, de quibus dicit Psalmista, Perdes omnes qui fornicantur abs te, id est qui recedunt a te [Neque tentem us Christum, sicut quidam illorum tentauerunt.] subaudis Moysen, qui Christi figuram gerebat. Vel etiam ipsum Christum tentauerunt, qui erat in Moysse, sicut ipse

Exo. 105. Moyses dicit: Nos quid sumus? Non contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Christus enim qui est verbum patris ipse erat in Moysse, & ipse loquebatur per os eius. Et quando tentabant Moysen, & quando murmurabant contra illum contra deum murmurabant. Sed quid contigit illis [& a serpentibus perierunt] ignitis: qui utrunque faciebant & mordebant, mordendo quoque venenum infundebant. Res dicit ergo ad memoriam talia Apostolus & comonet, ne nos in eadem causa inuenti tradamur diabolo: cuius figuram serpentes habebant. [Neque murmuraueritis] subaudis contra deum: neque contra prelatos & rectores. [sicut quidam illorum murmurauerunt.] Dathan videlicet & Abiron: sicut eorum contra Moysen & Aaron [& perierunt ab exterminatore] deo vel igne. Dathan enim & Abiron cum omni domo sua exterminati sunt de superficie terrae a deo quia precipiente deo, viuos deglutiuit eos terra: fueruntque ante sepulti quam mortui: quoniam sicut scriptura narrat, viui descenderunt in infernum: socii vero illorum, qui in ipsa conspiratione similes extiterunt, ab igne caelesti exterminati sunt. murmurare autem est plerumque falso ad inuicem de prepositis atque rectoribus queri & causari. Plerumque etiam solet murmur fieri iusta ex causa, quando prelati non simpliciter recteque erga subditos incedunt. Tamen quocumque modo nascatur & fiat, malum est, & vix illi quo excitante prouenit, utrum sit prelatus an subiectus. Dicit enim Beatus Augustinus: quia in nulla alia causa, ita offenderunt Iudaei deum in eremo, sicut in murmuracione: quoniam semper murmuratores extiterunt. Quapropter cauedum est omni modo ab huiusmodi vitio, ne similia nobis eueniant. [haec autem omnia] superius dicta de serpentibus & de igne, qui eos deuorauit: [in figura contingebat illis.] Videamus quomodo serpentes igniti quibus illi traditi sunt: in signa fuerunt: & serpens aeneus qui suspen-

sus est a Moysse: quem qui aspiciabant, sanabantur. Serpentes Num. 21. illi qui mordendo venenum infundebant, demones significabant, qui suggerendo nobis venenum mortiferae delectationis infundunt. Quibus etiam traditur, si serpentem enatum in ligno pendente non aspiciamus, id est Christum Serpens aeneus qui similitudinem serpentis habebat, sed tamen venenum non habebat, quem qui aspiciabant, mortem temporalem a morsibus serpentium euadebant. Christum significat serpens sicut ipse dixit. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnibus qui credit in eum non pereat. Similitudinem ergo serpentis habuit ille serpens, sed veneno caruit quia Christus similitudinem qui dem carnis peccati habuit, sed peccati veneno caruit. Per hoc enim quod aeneus fuit significat eternitatem Christi, quia es durable metallum est. Suspectus est in ligno, & Christi in crucis patibulo. Qui illum aspiciebat, sanabatur a morsibus & veneno serpentium: quoniam quicumque Christi passionem cum reuerentia ad memoriam reducant & aspiciunt illum, ad hoc ut mortificent corpora sua cum vitiis & concupiscentiis saluantur a suggestionibus demonum, & veneno prauae delectationis, & insuper a morte eterna. Ignis vero ille qui deuorauit murmuratores, significat ignem eternum qui deuorabit omnes similia agentes. [scripta sunt autem ad correptionem nostram,] id est, ad emendationem & meliorationem nostram, ut nos per talia corrigamur [in quos fines seculorum deuenerunt.] In nos fines seculorum deuenerunt, quia iam nos in fine seculi positi sumus, in vltima scilicet aetate, non sunt propter illos scripta ut ipsi legerent qui talia agentes, talia meruerunt recipere qui iam olim mortui erant, sed pro nostra salute & vtilitate, ut si in timore & in seruitio dei manserimus gloriam illis promissam accipiamus, terram videlicet repromissionis, quae significat caelestem patriam. Si que minus aut aliter egerimus, geminabuntur nobis poenae illorum, quoniam maior notitia legis plus facit hominem reum. [Itaque qui se existimabat stare.] in rectitudine fidei, bonisque operibus, & in scientia, qua credit omnia esse munda, [videat ne cadat in superbiam, aut scandalum fratris,] Iste in loco tacite ac specialiter percutit eos, qui praesumentes de sua scientia

tia, qua licitum esse putant omnia edere, quia omnia munda sunt mundis, recumbebant in idolijs & edebant carnes idolothyas, vnde scandalizabantur infirmiores fratres, qui videntes illos talia agere putabant aliquid numinis esse & deitatis in idolis, atque in cibis illis consecratis. Generaliter autem ad omnes pertinet, quod dicit. Qui stat in fide & bonis operibus, videat ne cadat. [Tentatio vos nō apprehendat, nisi humana.] id est, quæ opere non perficitur. Tentatio humana est malum cogitare, & in corde tentationes multas perpeti. Diabolica vero tētatio est certamine tentationis in opere superari & malum perficere; Cōcupiscere mulierem, humana tentatio est adulteriā, vero siue fornicationem ppetrare, diabolicum est. Sic de ceteris vitijs intelligendum [Fidelis autē deus est, qui nō patietur vos tētari supra id quod potestis.] subaudis sustinere. Fidelis dicitur deus esse, quoniam quicquid promissit fidelibus suis, opere compleuit: complet quoque quotidie, et complebit. Promissit diligentibus se regna celestia, complebit illud, quia dabit eis. Ideoque non permittit eos tentari supra id quod humana fragilitas potest ferre. [sed faciet cum tentatione etiam prouentum.] id est auxiliū [vt possitis sustinere.] id est illud faciet puenire, quod potest humana ferre fragilitas, videlicet a tentatione & tribulatione citius liberando, sicut legim⁹ factum de beato Abraham, quando liberatus de vrbe chaldeorū, nec nō de tribus pueris in camino, & de Daniele, qñ missus est in lacum leonū & de innumerabili multitudine martyrum, aut etiā in tēntatione tolerantiā prēbendo & victoriā, sicut prēbuit beato Iob, Petro quoque in cruce, & andree. Laurentio quoque super craticulam, multisque alijs martyribus. Quis enim hominum posset credere quod homo mortalis talia posset sustinere, qualia sustinuit Laurentius per adiutoriū dei? Quapropter dum tales & huiusmodi nobis tentationes afflictionesque proueniunt, debemus ista ad memoriam reducere, omnemque spem nostram in deū iactare, vt ipse nobis faciat prouētum euenire, citius liberando, aut etiam victoriā tolerantiam prēbēdo: [vt prudētibus loquor vos psequi iudicete.] id est, discernite, [quod dico:] vtrum verum & bonum dicam, nec ne, [Calix benedictionis cui bene-

Gene. 2.
Dan. 5.

dicimus, nōne cōmunicatio sanguinis Christi est?] idcirco primo calice nō nominauit, quia postea de pane plus erat disputaturus. Calix autē benedictiōis dicitur, quia benedicitur a sacerdotibus in altari: Appellatur & ipse calix cōmunicatio, quasi participatio, quia oēs cōmunicāt ex illo, partemque sumunt ex sanguine dñi quem cōtinet in se [Et panis quem frangimus,] in altari, [nōne participatio corporis dñi est?] vtiq; Primum cōsecratur & benedicitur a sacerdotibus & spiritu sancto, & deinde fragitur cum iam licet panis videatur, in veritate corpus Christi est. Ex quo pane quicumque communicant corpus Christi edunt, [Quoniam vnus panis] subaudis Christi [& vnū corpus] Christi [multi sumus] qui comedimus illum panem, caro quā verbū dei patris assumpsit in vtero virginali in vnitae suæ personæ, & panis qui cōsecratur in ecclesia, vnum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed vnum corpus. Diuinitatis enim plenitudo quæ fuit in illo, replet & istum panem, & ipsa diuinitas verbi quæ implet cælum, & terrā, & omnia quæ in eis sunt, ipsa replet corpus Christi, quod a multis sacerdotibus per vniuersum orbem sanctificatur, & facit vnum corpus Christi esse, & sicut ille panis & sanguis in corpus Christi transeunt: ita omnes qui in ecclesia digne comedunt illud, vnum corpus Christi sunt sicut ipse dicit: Qui manducat carnem meam: & bibit sanguinem meum: in me manet: & ego in eo: Tamen illa caro quam assumpsit, & iste panis omnique ecclesia: nō faciūt tria corpora Christi: sed vnum corpus: & sicut qui corpori & sanguini domini comunicāt: vnum corpus cum eo efficiuntur: sic & qui comunicāt scienter de idolothyis vnū cum diabolo corpus existunt. [omnesque qui de vno pane] id est: de vno corpore C H R I S T I [&] de eodē [vno calice] siue sanguine [participamus] id est, partes accipimus: vnum corpus C H R I S T I effici-mur [videte] inquit, id est, considerate: [Israel secundum carnē.] id est, quia carnaliter viuunt: & carnales hostias ad huc offert. Tunc tēporis quando Apostolus ista loquebatur: adhuc erat templum Hierosolimis: in quo offerebat Israel carnaliter viuens hostias deo, Carnalem autem illum

Ioan. 6.

Luc. 12.

appellat, quia legem carnaliter volebat obseruare: vel ad differentiam Israel spiritualis, qui iam veteres umbras non sequebatur, ex cuius numero erat idem Apostolus. Vult autem ostendere Corinthiis, quia sicut illi erant socii & participes altaris, qui comedeant ea que in altari offerebantur ita & isti Corinthii comedentes carnes idolothytas, socii erant demoniorum. Vnde & sequitur: [Nonne qui edunt hostias,] subaudis victimarum in lege, [participes sit altaris?] Sunt utique. Ita & vos qui editis in idolo carnes idolis consecratis, participes estis idolorum. [Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid.] Non hoc dico quod aliquid sit, quia idolum nihil est & quod ei offertur, nihil est, quicquid in illo non est, vel illi non adharet qui habet esse, nihil est. In hoc idolum nihil est, quia habet imaginem hominis sed non est homo quia neque sensum neque motum habet: vel quia dicitur deus & non est deus, dicitur Hercules esse, sed non est. Et sicut idolum nihil est ita quod illi immolatur nihil est [Nolo autem vos socios fieri demoniorum.] Tunc fiebant socii demoniorum, quando comedeant idolothyta, & quando voluntatem illorum implebant, [Non potestis calicem] id est, sanguinem [domini bibere] subaudis recte sicut bibendus est [& calicem demoniorum] qui idolis libatur, [non potestis mensam domini,] .i. corporis domini, [participes esse,] recte, [& mensam demoniorum] cibos comedere. Sicut non potestis recte duobus dominis seruire: sic non potestis vtrumque recte agere, & diabolo seruire, & Christo placere, & corpore eius digne sumere. [An emulamur dominum?] Iungit se Corinthiis, & loquitur ex persona illorum qui dicebant. Nunquid non imitamur dominum? In hoc ergo quod pergimus ad templum idolorum: & comedimus ibi cum infidelibus, quos volumus lucrari ad Christum, imitamur dominum, qui ad domos publicanorum & peccatorum veniebat, ut occasione haberet docendi. [nuncquid fortiores illo sumus?] Quasi diceret, Nuncquid fortiores illo estis in hac parte? non estis. In hoc volebant fortiores esse Christo quia volebant agere quod ipse non fecit. Illi enim ibant ad domos paganorum, Christum non legimus perrexisse ad domum alicuius gentilis, [Omnia] subaudis alimeta [mihi licet] edere secundum naturam,

[sed non omnia expediunt] id est, non omnia sunt utilia. [Omnia mihi licet, sed non omnia edificant] alios in fide, sed potius destruat simplices per scandalum. [Nemo quod suum est] tantummodo [querat] in hac parte comedendo omnia [sed quod alterius] .i. quod simplicioribus prodest, sicut Christus non querit sua, sed nostra, [Omne quod in macello] .i. in mercato [venit] siue venditur, [manducate nihil interrogantes propter conscientiam:] illius quem interrogaueritis. Macellum dicitur a maculando, eo quod ibi maculantur carnes. Ideo autem apostolus prohibuit, ut non interrogarent aliquid de carnibus, vtrum consecratae essent idolis necne quia si interrogaret, diceret ille insultando & deridendo qui interrogatus fuerat: Omnes iste carnes quas cernitis in macello, idolis dedicatae sunt. Si aliquis fidelium haec audies postea emeret, derideret cum ille paganus in sua mente & conscientia, dicens: Ecce, quid fecit ille Christianus, quod me prohibebat offerre idolis victimas, quasi malo modo emit carnes consecratas idolis, & comedit ut sanctas. Nisi aliquid numinis in idolis cognosceret, nequaquam hoc ageret. Quandiu talia videro eum facientem, non transibo ad Christianismum. [Si quis infidelium vocat vos ad cenam, & vultis ire,] subaudis ad domum eius. Non precipitur ire, nec prohibuit: sed praestitit licentiam. Coena vocatur a comunione vescentium, quasi, commune conuiuium & communis esca siue refectio. Coena non dicunt Graeci commune. Vnde & communicantes dicuntur, eo quod communitur. .i. pariter comedeant, apud veteres enim consuetudo erat hora nona cenare, non in abscondito, sed in propatulo, ne singularitas luxuriam gigneret. [Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis] .i. idolis est consecratum, [nolite comedere] propter conscientiam alterius qui indicauit & circumstantium, ne vos derideant, sicut supradictum est. [Vt quid enim libertas mea] qua credo omnia esse munda [dixi dicatur] .i. reprehenditur [ab aliena conscientia] .i. si ego manduco omnia, quid pertinet ad aliquem ut me reprehendat, vel quid nocet eius reprehensio? [Si ergo cum gratia] subaudis dei [participo] siue manduco [quid blasphemor pro eo quod gratias ago] deo, Ex persona illorum loquitur, qui talia dicebant, quasi subiugeret Apostolus: Non debetis hoc

dicere, licet sacrificetis illud quod sumitis signaculo crucis: & inuocatioe nois dñi: tamē nō ideo debetis comedere, quia blasphematur exinde nomē domini, & vos blasphemamini. [omnia in gloriā dei facite], .i. in inuocatioe nominis dei, & cū honestate, vt deus glorificetur per vos. Legimus quodam loco, quod cum quodam tempore quidam hominū prae nimia tristitia voluisset se laqueo suspendere, & dixisset: Deus adiuua me quod verbum semper in vsu habebat asstitit. B. Paulus apostolus, inquit: Infelix temetipsum il laqueare vis & nomē domini inuocare presumis? Sed illud quia inuocasti, esto liber ab hac tristitia, & morte, presenti quia omnia prospere tibi succedēt [sine offensione] id est, sine scādalo & apprehensione [estote Iudaeis] qui idola excreātur. [& gētilibus,] fidelibus & etiā infidelibus. [sicut & ego p̄ omnia] subaudis quae facio [omnib⁹ placeo.] Cū Apostolus alias dicat: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, quarendū est quare modo hic dicat se omnibus per omnia placere? Ad quod dicendum, quia vbi dicit, Si hominibus placerem, homines ibi voluit intelligi hereticos, Iudaeos incredulos, paganos, & persecutores. Hic autem vbi dicit, omnibus se placere, subaudiendum est bonis & religiosis viris. Si hominibus, inquit infidelibus placerem, Neroni, scilicet haereticis, Iudaeis incredulis, & persecutoribus Christi, seruus nō essem quia Christū negassem. Tamen licet illis non placeam, hominibus tamen bonis & religiosis placeo, [non querēs quod mihi] soli [vtile est,] quia non accipio a vobis victum & vestimētū, [sed quod multis, vt salui fiant] sicut Christus non quesiuit sua, quia pro se flagellatus nō est, consputus, passus, & mortuus, nec quesiuit sua, sed nostra, ita Paulus non erat propria salute contentus: quia non querebat quod soli sibi vtile erat, sed quod alijs, sustinens pro aliorum salute libenter multa aduersa & probra.

CAPVT XI.



mitatores mei estote, sicut & ego Christi. .i. sicut ego imitator Christi sum, non querēs solummodo quod mihi vtile est, sed quod alteri, ita & vos me imitamini. Sicut enim de⁹ pater misit Christū, vt apostoli eius essent imitatores, ita Christus misit nos Apo-

stos vt eorum imitatores simus. [Laudo autē vos fratres, quod per omnia mei memores estis.] Ironice ista dicit: & quod videtur affirmare, increpat et denegat quasi diceret Non laudo vos, quia non estis mei memores, neque tenetis p̄cepta quae tradidi vobis. [Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est.] Omnis viri caput est Christus .i. princeps & origo, quia ab illo qui est verbum dei patris, creatus est, & non solum secundum diuinitatē, sed etiā secundum quod homo est, & carnē nostrā assumpsit, caput & princeps est oibus hominib⁹, [caput autē mulieris,] .i. initium & princeps mulieris [vir] est, quia de costa ei⁹ facta est, & eius potestati subiecta. [caput vero C H R I S T I] .i. origo & principiu, illius [deus] pater est, quia ab illo habet originē & principiu, tā secundū diuinitatē quae secundū humanitatē, [Omnis vir] in ecclesia. [orās aut prophetans] .i. docens prophetias vel explanans, [velato capite, deturpat] .i. dehonestat [caput suum,] vel orans .i. dominicā orationē dicens, prophetans .i. symbolum apostolorū recitans, vbi prophetatur aduentus Christi ad iudiciū. [si non velatur mulier,] id est si non vult operire caput suū linteo [tōdeatur] Quare p̄cepit hoc Apostolus? quia mala cōsuetudo erat tunc temporis, quia nolebāt capillos ligare & caput cooperire. Et ne ipsa profluxio capillorū puocet homines ad amorē libidinis, ideo p̄cepit velare capillos & ligare. [Vir quidē non debet velare caput, quā imago & gloria dei est.] Homo imago est dei, quia sicut ab vno deo omnia originē sumpserunt, & ab illo facta sunt, ita ab vno homine Adam, omne genus humanum profluxit: gloria quoque dei est, quia glorificatur deus per hoc quod hominē dat non esse subditum mulieri, sed potestatem habere super eam. Mulier autem subiecta est viro, sicut sequētia manifestāt. [mulier autem gloria viri est] quia ex ipso facta est: vel quia subiecta est ei, & in hoc gloriam habet vir. [Nō enim vir] primus Adam, ex muliere est, [fact⁹,] sed mulier ex viro. [Etenim non est creatus vir] Adam [propter mulierem,] quia nec dū erat mulier creata, [Sed mulier propter virum,] id est ad auxilium viri. [Ideo] subaudis, vt recognoscat se mulier sub viri esse potestate

Gal. 1.

Mat. 14. 15

[debet mulier velamē habere super caput suum propter angelos.] Angelus græce, latine dicitur nūtius: quo vocabulo vult ostendere Apostolus, episcopos, sacerdotes, omnesq; ordines altaris, qui angeli debent esse annūtiādo populis quid debeāt petere, & quid vitare. Propter istos angelos debent mulieres stantes in ecclesia velata habere capita, ne respiciens aliquis illorum ad populum, capiatur ad amorem pulchritudine illarū. Dicamus & aliter iuxta Augustinum, & hoc quod dicit, Vir non debet velare caput, qm̄ imago est dei, mulier autē debet velare caput ppter angelos: virum in hoc loco, vno modo possum⁹ intelligere quemlibet prædicatōrē spiritalem, & viriliter agētem, cuius caput est ipsa eius sapientia: quia sicut caput regit cætera mēbra, ita illa regit mentem. Istud caput id est, sapientiam nō debet velare vir prædicatōr talis, quia non debe celare illam & abscondere, sed alijs manifestare, docēdo, prædicandō, bonisq; operibus insistendo debet se imitabilem præbere: Per mulierē autem debemus intelligere quemlibet in ecclesia muliebriter & stulte agētem. Cuius caput est ipsa eius ignorātia & stultitia: quā nō debet illis in propatulo manifestare, ne se imitabilem reddat, sed debet illam tegere, & ad angelos (qui & viri appellātur), i. ad prædicatōres referre vt illorum exhortatiōe & doctrina saluari possit, vel debet suam insipientiam & ignorantiam velare ppter prædicatōres, q̄a illis se debet humiliare, Aliter: Homo ex corpore, aīa & mente cōsistit, quæ & rationabilitas aīę dicitur. Cū vnū sit aīa & mens, & diuidamus hic animam, quæ viuificat corpus, & mentem quę regit animam, quia facit differentiam inter bonum & malum, inter vitia & virtutes. Per virū in hoc loco debem⁹ intelligere secundum Augustinum, rationabilitatem animę nostrę. i. mētē, quæ imago dei est q̄a sicut deus scit differentia inter bonum & malū, ita & mēs pro modulo suo cuius viri caput. i. mēs siue rationabilitas: quod vnū est ipsa bona eius intentio est, quā non debet velare: quia nō debet illam refrenare a cōtēplatione dei sed quāto ampli⁹ de deo intelligit, tanto ampli⁹ debet illam permittere, vt se eleuet ad cōtēplationē dei, donec pueniat ad hoc vt quā modo videt in spe & in speculo, quādoq; videat in re, con-

templans deum sicuti est Per mulierem possumus intelligere animam, cuius caput est intentio, qua plerunq; intendit terrenis rebus vltra modum. Quod caput, i. quā intentionem debem⁹ velare, quia debemus illā refrenare, ne vltra modū in terrenis rebus se occupet. Anima em̄ que viuificat corp⁹, plerūq; ea desiderat vltra quā necesse sit, in quibus delectatur corp⁹ quod terrena quærīt [verūtamē neq; vir sine muliere] subaudis creatus est i presentia dei, [neq; mulier sine viro] subaudis creata est, [i domino] .i. per dominum. [Nā sicut mulier] Eua [de viro] .i. de costa Adā [ita & vir] Cain [per mulierem.] extitit, [Omnia autem] subaudis genera hominum [ex deo] creata sunt, vide licet Adam, Eua & Cain, vel omnia. i. corpora virorum et corpora mulierum, animā videlicet virorū ac mulierum [vos ipsi iudicate.] .i. discernite quæ diciturus sū [Mulieri pro velamine,] id est p ornamento, [dati sunt capilli. Si qs autem vi cetur cōtentiosus esse,] vt dicat, ego sum Pauli, ego Apollo, nec vult nostris admonitionib⁹ parere, [nos] Iudæi credētes & Apostoli [talem consuetudinem nō habemus.] vt contendamus, quia lex iram & contentionem prohibet, [neq; ecclesia dei,] quæ euāgelium habet. [Hoc autem præcipio nō laudans,] subaudis quod contenditis. [Primum quidem cōuenientibus vobis in ecclesiam,] & cōuētum fidelium in dominicis diebus [audio] ab his qui sunt Chloes, [scissuras] id est dissentitiōes & discordias, [esse inter vos, & ex parte credo] ita esse vt audio. [Nam oportet] id est, necesse est, [hæreses esse vt & qui sūt] inter vos [probat,] in fide bonisq; operibus [manifesti fiāt] & appareant etiam qui sint imperfecti & duplices. Sic dominus dicit in euang. Necesse est vt veniāt scandala i. nō potest aliter esse. Et reuera magnam vtilitatem præstiterunt hæreses sanctæ ecclesiæ, non per se, sed dum doctores excitauerunt, qui quasi dormierūt. Nequaquam enim tantam copiam librorum haberet sancta ecclesia, & tantam cognitionem de deo, nisi hæreses exortæ essent, a quib⁹ excitat⁹ est Hieronymus, Augustinus, Hylarius, Gregorius, alijq; sancti doctores: qui multa conscripserunt cōtra hæreticos [Conuenientibus vobis in vnum: iam non est dominicam cœnam manducare.] Cœna dominica dicta est eo, quod

Gene. 12

Mat. 103.

ipſo die ſaluator cum diſcipulis cœnauerit, cœplēs veteris teſtamenti paſcha & myſteriū corporis & ſanguinis ſui tradens Apoſt. Corinth. qui & Achaici vel Achæi, venientes ad fidē xpi p̄ p̄dicacionē Apo. Pauli, a quo inter cætera quæ dñs fecit, etiā ſacramentū cœnæ dñicę perciperent poſt diſceſſum illius in memoriā cœnæ dñicę ſingulis annis quinta feria ante diem Paſchę, cōueniebāt omnes ad eccleſiā, ac nobiles quicq; & potētes diuitesq; veniebāt & deſerebant ſinguli panē & vinū, & dabāt ſacerdoti, vñ cōſecraret corpus & ſanguinē dñi. Cōſecratis autē myſterijs a ſacerdote domini, vnusquisq; qđ detulerat accipiebat de ſuper altari: ſumebatq; tacite cū ſuis, vt ſuperueniētes non inuenirent quod ederent, & vnde cōmunicarent, aut etiā deſerebat oīne quod attulerat ad domum ſuam, vt cū ſuis illud ſumeret. Ob cuius rei cauſam magnæ diſſenſiones inter illos erant, quas ſeminauerāt pſeudo Apoſtoli, ita vt cū vna benedictione omniū oblationes cōſecratę eſſent, ſinguli ſuas accipientes, quæ cōmunes debuerāt eſſe, maximam verecūdiā inferāt his qui, vt aſſolet, nō attulerant, licet haberent: aut his etiā, qui nō habebant, quod afferret. Hoc autem faciēbant multi, poſtq; ab alijs cibis crapulati erāt. Iſtamq; acceptionem euchariſtiæ, dominicā cœnam vocauit Apoſtolus vno modo. Aliter: Soliti quoq; erant conuenire eodem die ad eccleſiam omnes diuites, potentes, & nobiles, & præparare ſibi in eccleſiā & in foribus eccleſię atq; atrijs illius epulas & conuiuia, & crapulari & inebriari vſq; ad veſperam manducātes & bibentes in conſpectu pauperum & egenorum, qui nō habebant vnde ſibi præpararent ſimilia, nihil accipiebāt ab illis diuitibus & potētibus, ſed præſtolabantur ieiuni tempus cum verecūdiā, quo placeret illis diuitibus & potentibus benedici corpus Chriſti a ſacerdotibus, vnde comunicarent. Impleti autem illi diuites omnibus cibis & potibus vſque ad vomitum accipiebant ad vltimum ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti, dicentes. Sic tradidit Chriſtus diſcipulis ſuis noſtris doctoribus & magiſtris corpus & ſanguinem ſuum poſt aliorum ciborum perceptionem, & ſic nos volumus illud ſumere. Quod audiens Apoſtolus: ſcripſit eis inter cætera iſta quæ in præſenti habētur, volens eos con-

uenire inquiring: Conuenientibus vobis in vnum in eccleſiā, iam non eſt dominicam cœnā manducare, i. non eſt vobis licitum dominicam cœnā taliter manducare qualiter vos māducatis. Cœnam autem dominicam dupliciter poſſumus intelligere appellatam eſſe ab Apoſtolo, vel perceptionem videlicet euchariſtiæ, de qua ſinguli ſibi vendicabant partes proprias, quas attulerant, alijs non communitantibus, aut etiam eandem euchariſtiam poſt alios cibos ſumentes. Vel alio modo, cœnā domini appellat, illas præparationes cōuiuiorū & epularum, quas ſine charitate ſumebant, nō dantes inde pauperibus. Sacramentum igitur corporis Chriſti a communionē cœnæ appellatur quia cōmune debet eſſe omnibus fidelibus & iuſtis. Vno enim pane vniuerſitas eccleſiæ deſignatur, Per id enim quod vnū ſumus, de vno pane omnes nos ſumere oportet. Licet em̄ a multis partibus deſerat ille panis, & a multis ſacerdotibus per vniuerſum orbem cōſecretur, diuinitas tñ quæ replet omnia, replet & illud facit quę vt ſit vnū xpi corp⁹, omneſq; qui digne percipiūt illud, vnū corpus xpi faciūt nō duo, quia ipſe dixit. Qui manducat carnem meā, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Quicūq; ergo cœnā domini vult imitari percipiēdo corpus illius vel etiā percipiēdo alios cibos, cōmuniter debet ea vti: quia cœna dñi omnibus recumbentibus communis fuit, nō ſolū bonis, ſed etiā proditori Iudæ. Sed nō immerito quærit aliquis, quare ſaluator noſter poſt cœnā, corporis & ſanguinis ſui ſacramenta Apoſtoliſ tradiderit, vel vnde proceſſerit iſta cōſuetudo vniuerſalis eccleſiæ, vt ieiuni doceamur eadem ſacramēta percipere, cum apoſtoli iam cœnati ea perciperint, & dominus hoc ita nō ordinauerit, ſicut mō tenetur? Cui reſpondēdum eſt, ideo tunc cœnatos communitate Apoſtoliſ quia neceſſe erat paſcha illud typicum antea cōſummare, & ſic ad veri paſchæ ſacramenta trāſſire. Ideo quoq; dominus per ſe nō conſtituit ieiunos accipere nos ſacramēta Euchariſtiæ, vt haberent eiſ Apoſtoli honorem aliquid ordinandi in ſancta eccleſiā, qui poſt eius aſcenſionem a ſancto ſpiritu edocti, ordinauerunt in honorem tanti tamque terribilis ſacramenti, primo nos ieiunos dominicę paſſioniſ participatione muniri, primo quę

Ioan. 6.

spiritualibus epulis, interius exteriusque sacrari, ac deinde terrenis dapibus & viliibus escis corpus refici, cum gratiarum actione & cum temperantia atque sobrietate, [Unusquisque enim suam cenam praefumit ad manducandum.] Et hoc similiter duplici modo intelligi potest, ut intelligat cenam sacramentum eucharistiae quod illi singuli sibi vendicabant: vel illa praeparatio conuiuiorum, quam utranque illi ut propriam manducabant, non communicantes exinde pauperibus. Diximus superius breuiter, cenam vocari a communione vesentium quasi commune conuiuium, communemque escam atque refectioem. Cœnon puippe Graeci dicunt commune. Vnde & communicantes dicuntur, quod communiter siue pariter comedant. Apud veteres enim consuetudo erat, hora nona cenare, non in abscondito, sed in propatulo, ne singularitas iuxuriâ gigneret [Et alius quidem] vestrum [esurit,] ille videlicet qui paupertate premete caret pane triticeo, & vino quod deferat ad consecrandum, vnde communetur, vel vnde praepararet sibi conuiuium, [alius autem] diues quilibet & potens, [ebrius est.] & crapulatus tam ex alijs cibis quam etiam ex sacramentis corporis & sanguinis domini. [Nunquid domos non habetis?] o Corinthij [ad manducandum & bibendum?] communes cibos. [Aut ecclesiam dei contemnitis,] .i. despicibilem facitis, & pro nihilo ducitis, parantes vobis turpia conuiuia in ea [et confunditis eos] id est verecundari facitis, [qui non habent?] alimeta, ex quibus consecratur corpus Christi & sanguis, vel vnde sibi praeparant cenam in ipsa ecclesia, sicut vos qui diuitijs abundatis. [Quid dicam vobis?] o Corinthij, id est quod possum vobis dicere praenimio dolore? [Laudo vos] subaudis in hoc quod bene agitis in quibusdam rebus [in hoc tamen] [non laudo.] vos, qui ecclesiam dei despicibilem facitis & taliter iam ebrii, corpus domini percipitis, & facies pauperum confunditis. [Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis] .i. mysterium corporis & sanguinis domini, quomodo debeat sumere sicut mihi reuelauit, ita tradidi vobis. Insuper etiam quod significet illud sacramentum, sicut in sequentibus dicturus est quando pergebat Damascum, & caecatus est. Vel tunc manifestauit ei dominus hoc inter caetera. Vel quando positus est in extasi mentis, dum esset in templo: Ac sic demum

Actu. 9.

tradidit Corinthijs, quando moratus est apud eos anno vno & mensibus sex, [quonia dominus Iesus in qua nocte tradebatur,] .i. ipsa nocte qua erat tradendus a Iuda, [accipit panem, & gratias agens fregit & dixit] discipulis suis. Finitis solemnibus veteris paschae, quae in commemoracionem antiquae liberacionis populi dei de Aegypto agebatur omnibus annis, transijt statim ad nouum pascha, sicut supra diximus, quod in memoria sua passionis & nostrae redemptionis ecclesiae suae relinquit frequentandum. Fregit ipse panem quem discipulis porrexerat, ut ostenderet corporis sui fractionem & passionem, sua sponte venturam sicut ipse antea dixerat: Potestatem habeo ponendi animam meam. [Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.] Sicut caro Christi quam assumpsit in Ioan. 10. vtero virginali, verum corpus eius est, & pro nostra salute occisum, ita panis quem Christus tradidit discipulis suis, omnibusque praedestinatis ad vitam aeternam, & quem quotidie consecrant sacerdotes in ecclesia cum virtute diuinitatis, quae illum replet panem verum corpus Christi est, nec sunt duo corpora illa caro quam assumpsit, & iste panis, sed vnum verum corpus faciunt Christi, in tantum vnde dum ille frangitur & comeditur, Christus immoletur & comedatur, & tamen integer maneat & viuus. Et sicut illud corpus quod in cruce deposuit pro nostra salute & redemptione est immolatum, ita quotidie ad nostram salutem & redemptionem iste panis deo offertur, qui licet panis videatur, corpus est Christi, Dominus enim & redemptor noster consulens nostrae fragilitati, quia cognouit nos fragiles esse ad peccandum, tradidit nobis hoc sacramentum, ut quia ipse iam non potest mori, & nos quotidie peccamus habeamus verum sacrificium, quo possumus expiari. Ideoque quia vnum corpus faciunt & pro nostra redemptione offeruntur dixit. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, & addidit, [Hoc facite], .i. corpus hoc sanctificate [in mea commemoracione.] videlicet passionis meae, vestrisque redemptionis, quia ego vos redemi sanguine meo. Relinquens dominus hoc sacramentum salutiferum omnibus fidelibus, ut illud ingereret cordibus & memoriae eorum, more cuiuscunque hominis egit, qui appropinquas morti aliquod munus praefert

Mat. 14.

tiofum dimittit alicui amico: dicens. Habe hoc cū omni diligētia penes te in memoriā mei, vt quotiescūq; illud videris recorderis mei. Qui amicus admittēs munus illud amici sui charissimi, si eū toto corde dilexit, non potest non cōdolere ei & trisari de morte amici, quotiescūq; munus sibi dimissum cōspicit. Similiter nos quotiescūq; accedim⁹ ad consecrandum, vel percipiendū sacramentum muneris æterni, quod nobis dñs passurus in memoriā sui dimisit veniendum, cū timore & compunctiōe cordis, omniq; reuerētia debemus accedere, recolētes quāto amore dilexit nos qui p nobis seipsum obtulit vt nos redimeret. [Similiter & calicē] subaudi, tradidit eis [postq̄ cōnauit, dicens. Hic calix nouum testamētū est in meo sanguine]. i. calix quē vobis trado, nouum testamētum significat, vt Fulgentius dicit, vel nouum testamētum cōfirmatū in meo sanguine, siue per meum sanguinem. Calicem noui testamenti, dicit ad distinctiōem veteris testamēti. quod cōfirmatum est sanguine hircorum & taurorum, sicut habetur in Exodo, dicente Moyse ad populum quando collegit sanguinē hircorum in calice vel patena, & asperxit eundem populum. Hic est sanguis testamēti quod mādauit ad vos dñs: id est Hic sanguis est testis verborum & promissionum Dei ad vos, & testis verborū vestrorū q̄ promisistis esse vos obedientes illi. Similiter nouū testamētum. i. euāg. vbi cōtinētur promissiones nostrę redēptiōis & patrię cęlestis, cōfirmatū est sanguine passionis xpi qui quotidie celebrat in ecclesia. Omne enim testamētum in morte confirmat testatoris: Quod autē addidit [hoc facite] siue sctificate [quotiescūq; biberitis in meā cōmemoratiōe]. Idē sensus est, vt de corpore supra dictum est [Quotiescūq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem domini annūtiabitis donec veniat] ipse ad iudiciū. Duobus modis annūciamus mortē domini iā esse celebratam pro nostra redēptiōe vel ipsum mysteriū celebrādō vbi iteramus passionē illi⁹ vel etiā pdicādō alijs, qđ vtrūq; agere debem⁹, et sumēdo et pdicādō. Hoc quoq; sciēdū est, q̄a caro nostri saluatoris p salute nostri corpis, sāguis vero p aīa nostra susus est quia sedes aīę in sanguine cōsistit. In cui⁹ memoriā corp⁹ & sanguinē illi⁹ sumim⁹, qm̄ ipse vt totū hoīem

Eccl. i.
Psal. 118.

saluum faceret & redimeret, sanguinē suum fundi permittit. [Itaq; quicūq; mādauit panem hunc, & biberit calicē] id est, sanguinem [domini indigne.] id est quicūq; sanguinem, & corp⁹ domini sumpserit indigne, [reus erit corporis & sanguinis domini]. i. pōnas æternas inde exoluet, nisi pōnitētia digna hoc expiauerit, alijsq; bonis operibus. Indigne dicit, id est, ordine non obseruato, videlicet qui aliter mysterium illud celebrat vel sumit, quam traditum est a sanctis patribus. vel qui nullam differentia creddat inter illud corp⁹ Christi, & reliquos cibos vel qui grauioribus criminibus cōmaculatus p̄sumit illud sumere. Qui taliter, vt diximus, illud comedit & bibit indigne illud sumit, ideoq; pōnas inde exoluet. Apostolus igitur exponit quomodo debem⁹ illud percipere. [Probet autē seipsum hō, & sic de pane illo edat]. i. de corpore domini [& de calice bibat]. i. de sanguine dñi. Probet se. i. discutiat se, & vtrum dignus sit necne, & probabilem se reddat, ne forte vnde alij sumāt remediū, accipiat ille iudiciū & damnationem, indigne illud percipiens, sicut fecit Iudas proditor. Nam cum alij Apostoli sumpsisserint illud terribile sacramentum ad remediū & salutem suam, ille qui indignus erat tāto mysterio, accepit illud ad damnationem suam: quia quem diabolus ante tenebat per suggestionem & tentationem, postea tenuit ad possidendum plenius, vt nihil aliud posset cogitare aut facere, nisi quod eius voluntas erat. Dicit enim euangelista, quia post bucellam statim introiuit in eum sathanas, vt malū quod illo instigāte traetauerat, eo cōcitante perficeret. [Qui enim manducat & bibit indigne] sicut supra dixim⁹ [iudiciū sibi māducat & bibit]. i. ad damnationem suā illud sumit [non diiudicans corpus domini.] id est non discernens a reliquis cibis. Cum timore & tremore debemus accedere ad illud sacramentum terribile, vt sciat mens reuerentiā se debere p̄stare ei, ad cuius corpus sumendū accedit. [Ideo] subaudi quia indigne p̄sumitis percipere salutiferum sacramentū, idcirco sunt [inter vos] o Corinthij [multi infirmi] id est, languentes [& imbecilles] id est, febricitantes [& dormiunt multi,] non somno pacis & quietis, sed morte damnationis, i. mortui sunt morte æterna propter hoc pec

Exod. 12.
Nu. 22.

catum. Volēs demonstrare quia qui corpus dominicum in digne percipiunt, iudicium inde sumunt & damnationē, ostēdit quōdam apud Corinthios vindictā in præsenti iā percipisse: qui inconsiderate & irreuerēter illud acceperāt quia febrīb⁹ & infirmitatib⁹ multis correpti sunt, & qui dam etiam mortui vt illorum exemplo ceteri dicerēt nō debere indigne & negligēter corpus domini sumere. [Qd̄ si nosmetipsos diiudicemus,] id est discuteremus & examinarem⁹ vitā nostram, vtrum digni essemus necne & nosmetipsi errores nostros corrigeremus [nō vtiq; iudicamur]. i. nō dānamur a xp̄o, neq; in hoc seculo, neque in futuro. [Dū iudicamur aut,] nō in paucis, in illis videlicet qui infirmātur & febricitāt in hoc præsenti & in illis etiā qui moriūtur [a domino corripimur] & flagellamur corpore per illos [vt] ipso timore perterriti [nō dānemur æternaliter [cum hoc mundo,] id est, cum infidelibus & amatoribus huius mundi. Nihil enim distat ab infideli qui irreuerenter cum omnibus peccatis criminalibus cōmaculatus, ad mensam domini præsūmit accedere, sed potius deterior est illo & maiori pœna dignus, quia melius est viā veritatis nō cognoscere, quam post agnitionē retrorsum abire. [Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad māducandū,] corpus & sanguinē Christi in ecclesia, [inuicem expectate] vt multorum oblatio simul celebretur, & omnes communiter ex vno pane cōmunicetis, quia illa oblatio vnus panis est, & communis debet esse omnibus. [Si quis esurit domi māducet,] id est qui impatiens est nec vult ieiunare cum cæteris, domi terreno pane vescatur: [vt non in iudicium cōueniatis,] id est, ne corpus Christi reprehensibiliter percipiatis a d damnationem vestram [Cætera autē] subaudis quę restant inordinata, [cum venero disponam,

CAPVT XII.



E spiritalib⁹ aut,] subaudis mysterijs [nolo vos ignorare fratres,] i. nolo vos ignorātes reddere. [Scitis autē qm̄ cum gētes essetis] Reducit ab apostolo Corinthijs vitę pristinę cōuersatio in notitiam, vt ex eius cōsideratione crescant in nouā cōuersationē, qm̄ sicut gentiles viuētes feruebāt i mēdacio & errore, quā illa

cultura nihil erat, sic iā Christiani effecti, diuinis p̄ceptis cū seruore animi debebāt obsequi. Gētes aut siue gentiles appellātur, qui ab errore patrū suorū i quo nascūtur, in religione melioris vitę nō cōmutantur. Vnde & gens, quę sic manet vt genita est vocat, hi sūt pagani, qui ad diuinū cultū nō accedunt, quos gentes nunc appellat, nō q̄ tūc tēporis pagani essent qm̄ ista dicebat, sed q̄ ante notitiā fidei fuerāt. Hoc est q̄ ait, qm̄ cū gentes essetis, & (subauditur) Ioan. 11. iam nō estis. Legit & gēs in bono, sicut est, nō tm̄ pro gēte, sed vt filios dei cōgregaret in vnū [ad simulacra muta prout ducebamini, eūtes] subaudis eratis. Simulacra (quę a simulādo dicūtur, eo q̄ simulēt hoīem, & nō sit homo: equū, & nō sit equus: cæteraq; huiusmodi) idcirco muta appellātur: quia (vt Psal. 115. ait) os habent & nō loquētur oculos, & nō videbunt, neq; em̄ est spiritus in ore ipsorū. Si qd̄ autē verbū ab idolis auditur dæmonū, deceptioni, & nō simulacrorum sensibilitati ascribitur. At hęc adorāda tam a dæmonibus, q̄ etiam ab aruspiciibus & philosophis insipientibus impellebātur, & est sensus. Sicut cū gentes essetis, dæmonum templa sine reluctatione, prout ducebamini, frequentabatis, sic modo dū agimini spiritu sancto secundū sanam doctrinā, ad ecclesiā dei accedite, & pręceptis salutiferis cū omni humilitate obtēperare contendite. Et q̄ dicit, prout ducebamini, ostendit eos tātā veneratōnem exhibuisse simulacris, vt eorū cultū nequaquā abhorrerent a quibuscunq; hortarentur vel monerētur & ducebatur personis ita & cōuersos deum diligere admonet, & coapostolos eius spernere nō debere suę salutis amatorum. [Ideo] subaudis, quia deum cognouistis, & quia de spiritalibus mysterijs nolo vos ignorātes reddere, [notū vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquēs,] i. nemo spiritū sanctum habens, & per spiritum sanctum loquens, qui linguas infantū facit disertas, [dicit anathema Iesu] In decretis Iustiniani imperatoris, anathema, separatus a deo vocatur. Legitur & in canonibus pro maledictiōe. Legitur & pro occisione, sicut ipse Apostolus ait in epistola ad Romanos. Optabā ego anathema esse pro fratribus, id est optabam interfici pro eis secundū carnem, Ponitur & pro abominatione, hic vero pro separatiōe ponitur. Itaq; nullus

spiritu dei afflat⁹ dicit ipsi Iesu, Tu es anathema id est, sep̄-
 ratus a deo patre & spiritu sancto, et aliqua parte inferi.
 Hoc quidā hæreticorū vesani insaniendo dicere nō timue-
 rūt, Idcirco anathemate. i. separatiōe a deo & ecclesia per-
 cussī sunt. [Et nemo potest dicere dñs Iesus: nisi in spiritu
 sancto] in sacra scriptura dicere aliquādo pro simplici ser-
 mone accipitur vt est nō oīs qui dicit mihi dñe dñe, intra-
 hit in regnū cælorū. Aliquādo p̄ ipsa re & factō, sicut ait
 Ezechias rex ad Isaiam: Non fuit verbū, id est res in domo
 mea quod nō offenderim eis. Sic & in hoc loco pro re &
 factō ponit. Nemo (inquit) potest dicere. i. corde & ore cō-
 fiteri, & digna opera fidei exercere, Iesum diligere, & do-
 minū asserere, nisi spūs sancti gratia fuerit intrinsecus edo-
 cū⁹. Nam ille dicit Iesum dñm esse, qui credit eum patri &
 spiritu sancto coequalē & coomnipotentem, & hunc confi-
 tetur, seruādo p̄cepta illius quib⁹ vera dilectio cōproba-
 tur. Dicemus & hoc ipsum breuiter cū conclusiōe. Nemo
 potest dicere dominus Iesus, subaudis sicut est dicēdus cor-
 de, ore, & opere nisi per spiritum sanctum fuerit illumina-
 tus. [Diuisiones vero gratiarū sunt] subaudis, non merito-
 rum, [idem autem spiritus] sanctus manet semper vn⁹ in
 omnibus & indiuiduus. Notādum q̄ nō ait, diuisiones me-
 ritorum sunt, sed gratiarum, quia dona dei gratis dantur,
 non humanis meritis tribuuntur. Vnde ad Romanos ait:
 Quis prior dedit illi, id est, deo fidem suam aut aliquid: &
 retribuetur ei? Spiritus nāq; sanctus in seipso vnus idem-
 q; manet, id est immensus, indiuisus, inseparabilis cū patre
 & filio, sed dona illius diuisa sunt, quia non omnibus equa-
 liter conferuntur. Vnde fatendum est quia cum deus p̄ di-
 uinitatis potentiam vbiq; sit, nō tamen vbiq; est per inha-
 bitationis gratiam & in quibus habitat per gratiā, nō æ-
 qualiter habitat. Sicut ergo mare immēsum est: & adueni-
 entes secundum capacitatem vasorum suorum & differē-
 tiam hauriunt, & nō exinanitur mare: neq; euacuatur: &
 sicut etiā ex vna lucerna plures accenduntur, ipsa tamen
 nō decrescit: sic spiritus sanctus cū sit immensus, distribuit
 ipse iustis gratiam suam secundum quod ipsi videtur: ipse
 tamen omnipotens in immensitate sua perseuerat: & quā
 sū vult: & cui vult, & quādo vult: & quomodo vult: dat

& nihil min⁹ habet, quia extra se nulli erogat, [& diuisio-
 nes ministratiōnū sunt.] Verbi gratia vt in episcopis pres-
 byteris, diaconibus, ceterisque ordinibus, qui spiritu sancto
 distribuente ecclesiæ ministri constituuntur, non per
 propriam hominis deliberationem, sed per spiritum sancti
 efficientiam. [idem autem dominus,] subaudis manet indi-
 uisus in omnibus. [& diuisiones operationū sunt] quia ali-
 us operatur per spiritū sanctum maxima, alius mediocri,
 alius vero minima [Idē vero deus, qui operatur oīa in om-
 nibus.] Quem superius appellauit spiritum, modo vocat
 dominū & deum, & ter idem dicēdo manifestat se loquī
 de spiritu sancto, sed non separat inde patrem & filium,
 quia quorum vna est virtus nature, & substantia vna ho-
 rum, vna est operatio indiuisa. qui videlicet deus, operat̄
 omnia bona in omnibus. Quibus verbis tollitur humana
 arrogantia, cum sine spiritu sancto nec magna, nec mini-
 ma bona operari possit nostra fragilitas. Altius monet a-
 postolus, in trinitate nul. os faciēdos gradus, dum primū
 ponit spiritum sanctum, secundo dominum Christum, ter-
 tio deū patrem, qui vnus deus distribuit dona sua, manēs
 in se indiuisus [vnicuiq; autem] subaudis fidelium [datur
 manifestatio spiritus ad vtilitatem] & illius videlicet, qui
 percipit donum spiritus sancti: & aliorum, qui aut ab illo
 erudiuntur, aut exemplo illius in meliorem vitā instrun-
 tur, & in dei laudem excitantur, sicut dominus monet: Lu-
 ceat lux vestra coram hominibus & c. Manifestatio vero
 spiritus sancti, ipsum eius donū intelligitur, quod ipsi ho-
 mini manifestat datum esse ad vtilitatē suam, vt recte cre-
 dat, sancte viuat, & vt alij ex eo vtilitatem percipiant. Si
 ue manifestatio spiritus idcirco dicitur, quia vbiuncq; per
 dona sua fuerit illico per operationē iustitię manifestatur
 Hinc scriptum est: Ignem veni mittere in terram, & quid
 volo nisi vt ardeat? [Alij quidē per spiritum sanctum da-
 tur sermo sapiētię.] Modo incipit exponere diuisiones gra-
 tiarū & ministratiōnum quę per spiritum sanctum dātur
 Intelligitur sapientia in vitandis malis, & appetendis bo-
 nis, scientia vero in disponendis ordinandisque humanis.
 Etenim fundos siue agros excolere, domū prudētē edifica-
 care, familiā competētē ordinare, ad scientiam videtur p̄

tinere. Aliter, Sapientia per tinet ad cognitionē eternā, qua credimus deū trinitatem habere in personis, vnit atem in substantia, scientia vero humanarum rerum, sicut supra diximus. Siue sapientia est secundū Gregorium, quādo quis veteris testamēti & noui legit volumina, & intelligit, & ad vtilitatem aliorum exponit, sicut Hieronymus, Augustinus, Hilarius, & ipse Gregorius. Scientia vero quādo illorum expositiones leguntur & intelliguntur, & secūdū eas vetus testamētum aut nouum traditur. Est etiam sapientia, qua abstinēt quis a prauo opere: scientia vero, quando a praua cogitatione. Itaq; siue sapientiam diuinarum siue scientiā humanarū rerum habeamus nō ex nobis ipsis sed ex dātis sancti spiritus gratia percipimus. Quod vero dicit [secūdum eundem spiritū] nihil est aliud, nisi quae si diceret: Alij datur sermo scientiē secundum voluntatem eiusdem spiritus sancti, vel per eundem spiritū [alteri] sub auditu datur [fides in eodem spiritu.] id est per eūdem spiritum. Dominus loquitur in euangelio de persona patris. Hoc est opus dei, vt credatis in eū quem misit ille. Et apostolus fidem dicit dari per spiritum sanctum. Vnde datur intelligi quia quod dat pater per spiritum sanctum, dat & ipse spiritus sanctus cū patre & filio, quia vnus est potestas & operationis cū illis: Fides ergo qua credimus in deū & a patre & a filio & spiritu sancto datur, nec est in homine naturaliter, sed a deo datur: quoniam si esset, omnes haberent fidem. [Alij gratia sanitarum in vno spiritu.] De gratia sanitarum dicit, qua sanantur infirmi vel aegri. [Alij operatio virtutū,] in eijs cēdis demonibus & patrādis alijs miraculis [alijs prophetia] qua spiritu sancto repletus, futura prędicit: vel prophetarū libros exponit. [Alij discretio spiritū,] vt nouerit quis loquatur ex spiritu sancto: vel quae ex spiritu humano: siue maligno: sicut loquebatur puella quae magnū quæstum præstabat dominis suis de qua paulus spiritu phytōnicū expulit: & sicut loquebantur magi & incantatores. [alijs genera linguarum,] .i. varietates sermonum: vt apostolis & credētibus in exordio fidei, [alijs interpretatio sermonū] vt HIERONIMUS MO qui diuinas scripturas ex Hebræo in latinum translulit. [Hæc autem omnia] quæ enumerauimus & etiam

plura quam enumerauimus. [operatur vnus atque idem spiritus] ad vtilitatē scilicet totius ecclesię, in quo intelligit pater & filius, quia inseparabilis est eorū operatio, [diuidens singulis] electorum dona sua, nō tamē ipse diuisus [put vult] quia oīpotēs est. [Sicut em̄ corpus vnū est, & habet multa membra,] & cætera vsq; [ita & Christus:] subaudis, cū ecclesia vnū corpus est. His verbis docet non deberi insulari quēlibet aduersus alterū, quia etsi nō magnū tamen parū est ecclesię membrū. Et sicut omnia mēbra, tamē sint magna, siue pua, siue honesta, siue ihonesta, corp⁹ humanū formant ita homines diuersi meriti, vnā ecclesiam ædificāt, & vnum corpus Christi faciunt. Cum Christo em̄ qui est caput ecclesię, ipsa ecclesia intelligit, quæ est corp⁹ eius. [Etm̄ in vno spiritu] subaudis sancto, de quo scriptū est, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne. & Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto [omnes nos in vnū corpus baptizati sumus] .i. ad hoc baptizati sumus, vt effem⁹ vnū corpus cum capite nostro Christo, [& omnes in vno spiritu potati sumus.] Quasi diceret, potationati sumus, vel vnum spiritum potauimus: quia tēpore baptismatis omnes vnum spiritum sanctum accipimus. [Nam & corpus non vnum est membrum, sed multa] quia vnum membrum non facit corpus, sed multa simul neruis conglutinata. sic omnes credentes, siue sint sublimis vitæ merito, siue parui, vnum corpus efficiunt, cōglutināte eos virtute spiritus sancti. [Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore?] Interrogatiue est legendum, & subaudiendum, Vtiq; de corpore est. Caput corporis sui id est ecclesię Christus est. Oculi huius corporis, apostoli sunt intellegendi, de quibus dicitur. Pulchriores sunt oculi eius vno sed & predicatorum qui sibi alijsq; spiritualia prouidēt. Aures, sunt fideles auditores. Nares, qui vim discretionis habēt inter odores virtutum, fœtoreq; vitiorum, Os qui diuina eloquia alijs eructāt, id est, doctores. Man⁹, qui operantur vnde alijs viuāt: Pedes qui in negotijs secularibus ad vtilitatem cæterorū discurrunt. Si dixerit talis pes, nō sum manus, quia nō habeo quod tribuam, vel nō possum operari vnde alijs victum tribuam, propterea nō sum de

corpore Christi, non ideo non est de corpore subaudis uti que est de corpore Christi. Sic intelligendum de aure & oculo licet dicat bonus auditor, Non sum oculus. i. predicator & propterea non sum de corpore Christi, non ideo non erit. Sed erit de corpore Christi, Mēbrū erit ecclesiā [Nūc autem posuit deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit] quibus verbis tollit presumptionem ne quis donū dei putet suum meritū. Quisquis enim in ecclesia est oculus, a deo & non a se, factus est oculus Sic & de ceteris intelligendum membris. Hinc enim ait Quid enim habes quod non accepisti? [Quod si essent omnia] subaudis membra [vnum mētrum, vbi corp?] subaudis esset quod non vno membro, sed varietate membrorum consistat. Et si omnes essent auris aut oculus. i. auditores tātam aut predicatorum, quō esset ecclesię corpus cū nō cōstaret mēbrorū varietatibus [Nō potest autē dicere oculus manui, Opera tua nō indigeo.] quoniā predicator qui libet vinctu eget ex labore illorū, qui designantur per manus [aut iterum caput pedibus, Nō estis mihi necessarij] & ille qui pręest subditis, non potest dicere in tēporali discursu suis subditis, cū eorum opera indigeat. Non estis mihi necessarij. [sed multo magis quę vident membra corporis infirmiora esse] sicut pedes sunt & manus, quę vilibus quibusque ministerijs deseruūt. [necessaria sunt.] quia pro toto corpore operantur [et quę putamus ignobiliora esse mēbra corporis, his honorem abundantiorē circūdāmus] Ignobiliora membra quibus abundantiorē honorem circūdāmus, sunt manus & pedes, quibus ornamenta calciamentorum armillarumque adhibemus, [Et quę inhonesta sunt nostra abundantiorē honestatem habēt] Inhonesta nostra sunt verenda, quę verecundamur videri nuda, quibus abundantiorē honestatem prębemus diuersorum colorum vestibus [Honestata autem nostra] id est, oculi, nares, & cętera talia [nullius egent] ornāmēti. [Sed deo temperauit] id est, fabricauit [corpus,] tribuendo honorem [ei] membro [cui deerat] subaudis honor, [abundantiorē tribuendo] id est, extrinsecus adhibuit membro, [honorem,] per additamentū vestium & ornamentorū, quoniam non habet insitum per naturę decus. [vt nō sit schif

ma] id est diuisio [in corpore] quibusdam membris pulchris, quibusdā manentibus inhonestis, sed sit corpus iam totum honestum, tam natura, quam ornamentorum gratia [sed in idipsum]. i. alterutrum [pro inuicē sollicita sint mēbra] sicut oculus toti corpori videt, & pes toti corpori ambulat &c. [Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro] Sicut de humero procedit cubitus, manus, & digiti, & de coxa tibię, pedes, & articuli, sicut sunt sumpta membra de mēbro. i. pendentes ex sibi pręlatis. [Primum posuit deus apostolos] in ecclesia, qui vice Christi positi sunt in ecclesia, sicut ait apostolus: Obsecramus p̄ Christum. i. vice Christi reconciliamini deo. Horum vice subrogati sunt episcopi. Sed apostoli ex pręcepto domini cōpellebātur transire de regno in regnum: episcopi vero suis in ecclesijs authoritate canonica residere iubētur ob vtilitatē sibi cōmissorum, [prophetas] vocat qui futura prędicāt, sicut Agabus & ipsi apostoli siue qui prophetarum dicta edisserunt, [doctores] qui paruulos erudiūt [virtutes] quę dæmones eiiciūt, alięque miracula faciunt [gratias curationum] qui infirmos sanitati restituūt [opitulatiōes] quę verbis aut factis auxiliātur alijs [gubernationes] sicut in pręlatis & regibus, episcopis aut ducibus [genera linguarū] sicut in exordio fidei, [Nūquid omnes interpretātur] scripturas, vt Hieronymus [Aemulamini autē charismata meliora] quibus verbis ostēdit Apostolus bona esse supradicta. i. prophetiam, doctrinam, eiecctionem dæmonum &c. Sed ista quę subsequūtur, meliora sunt, quantum ad vtilitatem electorum attinet: quia per illa superius posita tātum dei demonstratur potentia, per cuius nominis virtutem & inuocationem fiunt. Per hęc autem. i. charitatem fidem, & spem hominis iustitia constat. Gloria bātur corinthij quasi summam iustitię haberent, eo quod quidā illorum dæmonia eiicerent, gratiam curationū infirmis impartirent, sed ostēdit Apostolus meliora deesse, & idcirco perfectos nōdum esse, atque ideo hortatur eos, dicens: Aemulamini charismata meliora id est, dona gratiarum meliora nam superius pręmissa possunt habere mali cum bonis, sicut Iudas apostolus fuit: Caiphas, sicut & Balaam, cum esset malus, prophetauit, Multi in die iudicij dicturi sunt, Domine, nonne

in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo multas virtutes fecimus? & dæmonia eiecimus? sed audituri sunt, Amen dico vobis, nescio vos. [& adhuc excellentiorē viam vobis demōstro.] Per quā intelligitur charitas, in quo præcepto vniuersa lex pēdet & prophetz. Quæ nobis via efficitur, quia per eam ad patriā caelestem peruenitur. Cuius magnitudinem amodo incipit exponere, inquit,

CAPVT XIII.



supra, 12

I linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autē nō habeam] inutilis sum. Hæc verba ex superiorib⁹ apostoli verbis pendēt, vbi dicit, Aemulamini charismata meliora &c. Si linguis omnium hominum loquar, septuaginta scilicet duabus, quæ diuisæ sunt in edificatione turris, & si linguis etiā angelorū loquar & charitatem non habeam, dilectionem videlicet dei & proximi, nihil sum. Quod dicit loqui angelorū linguis, intelligitur ad exaggerandum hoc quod volebat ostēdere, posuisse charitatis scilicet vim. Siquidem angeli nec linguam nec palatum vel dētes habent, vtpote spiritus, quibus verba forment. Quando vero apparent hominibus, sumptis corporibus aerijs, secūdam eorum linguam loquūtur quibus apparent. Nam loqui illorum ad deum, nihil est aliud q̄ in præsentia eius esse: & deum loqui ad illos, nihil aliud est quam præsentia vultus sui qua fruuntur, attendentes quid velit illis manifestare: & ipsoꝝ vox in laude conditoris, ipsa est admiratio intimæ cōtemplationis. Inter se quoque angeli loquuntur ineffabiliter, sed eorum ad inuicem collocutio, bonæ voluntatis est concordatio, nec est necesse, vt ibi sonent verba, vbi in dei cōtemplatione omnium angelorum concursus est voluntas bona. Inde ergo APOSTOLVS dicit, Si linguis etiam angelorū loqui possem, nihil mihi prodesset sine charitate. Possunt intelligi & per angelos, scholasticè loquentes, qui liberalibus artibus instructi, pollicitis differunt verbis quæ norunt, per homines vero, simpliciter loquētes. Siue ergo simpliciter quis disputet, quod multi quærent, quia ibi omnium ædificatio esse potest: siue liberaliter, quod multi ambiunt, charitatem autē non habeat, sit [velut æsonans

aut cymbalum tinnies] quoniam sicut æs sonat, aut cymbalum nihil eis prodest, quia nullam vtilitatē sibi p̄stat, sic est homo qui loquitur linguis absq̄ charitate. Reuera sicut æs sonat, & sibi nihil cōfert, iuuat autē, i. delectat audientes, ita lingua charitate priuata. Aes quoq̄ & cymbalum non a se sonant, nisi ab aliquo tāgantur, aut alicuius rei impulsione cōmoueantur, Sic & qui linguis loquitur, non a se loquitur, sed potētia spiritus sancti per eū loquitur. Qui vero charitatis præceptū exercet, iuuante se deo operatur [Et si habuero prophetiā] videlicet vt futura prædicem, sic ut Balaam qui prophetauit de Christo: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, [& nouerim mysteria oīa] .i. secreta veteris & noui testamenti, [& oēm sciētā] .i. notitiā tam diuinarum quam humanarum rerū [& si habuero omnem fidē] .i. perfectam & integrā, quæ a dño grano sinapis cōparatur, non propter modicitatē, sed propter feruorem quia tritum, manifestat cui⁹ sit vigoris. Sic & fides trita aduersitatibus, ostēdit cuius sit sortitudinis, [ita vt mōtes trāfferam] de loco ad locum, vel dēmones a patientibus eijciam, [si charitatem] .i. si dilectionē dei & proximi [nō habuero, nihil sum] .i. nihil vtilitatis mihi p̄stabit. Intelligitur quod quidam Corinthiorū per inuocationem dei hoc agebāt, & propterea quasi perfectos se putabāt. Sed exhortatur ad id quod est præcipuum, i. ad charitatem [Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,] iuxta præceptum domini, dicentis: si vis perfectus esse vade & vnde omnia quæ habes, & da pauperibus, [& si tradidero corpus meum ita vt ardeam,] sicut Laurentius est vstus, & hoc non fecero causa dilectionis, dei videlicet & proximi [nihil mihi prodest.] se ponit Apostolus pro omnibus. [Charitas patiens est,] Quomodo potest charitas patiens esse quæ virtus est? Sic videtur loqui, quasi de re animam habenti. Nam charitas virtus est quæ per se nō patitur, ideoq̄ patiens per se non est. Quæ propter per charitatē debemus intelligere hominē charitatem habētem. Itaq̄ qui habet charitatem patiens est, tollerando aduersa, quia per tribulationes nouit peruenire ad gaudia regni. [benigna est] id est, valde bona, quia nō solū non reddit malum pro malo, sed in super bonum pro malo

cibādo inimicum & potando. [Charitas non aemulatur] superi? ait. Aemulamini charismata meliora. i. emulari studeate, hic autē dicit. Aemulamini. i. psequimini: ibi accipitur in bono: hic autem in malo. Nō aemulatur dicit. i. nulli inuidet, aliena foelicitate nō torquetur. [nō agit perperam] .i. nō agit aliquid peruerse. Quicquid extra rectitudinem fit, quia qđ prauū est pperā dici potest aduerbialiter [nō inflatur] .i. nō extollitur, & in superbiam nō erigitur [nō est ambitiosa] Ambire est desiderare & omnis qui charitate est plenus nō desiderat, neq; cupit potestate sup alios exercere, quia maior ceteris nō vult apparere. [nō querit quæ sua sunt] .i. quod sibi solummodo vtile est, sed alijs, vel certe patiens est, nō querit quæ sua sunt. i. vindictam, quia inimicis talionē nō reddit. Quæstio in hoc loco oritur: Cū Ioānes dicat. Deus charitas est, quare Apostolus dicit, Charitas nō querit quæ sua sunt? quæ tripliciter intelligi pōt. Aliter, em̄ intelligenda est charitas secundū Ioannis verba, aliter secundū Pauli. Charitas secundum Ioannem, ipse deus intelligitur, qui charitatem infundit in cordibus si deliū, iuxta quod Apost. ait, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Secundum paulum vero, per charitatem intelligitur hō charitatem habēs, qui nō querit solummodo quæ sua sunt: & quod sibi vtile est, sed quod alijs. Vnde etiā ipse deus, qui charitas est nō querit quæ sua sunt: quia veniēs in mūdū per incarnationis mysteriū nō quæsiuit quæ sua erāt. i. nō quæsiuit iustos, sed peccatores, q; sub diaboli imperio tenebātur, vnde ipse dicit, Non veni vocare iustos, sed peccatores. Dicamus & tertio modo: Charitas. i. ipse de? veniēs in mūdū, nō quæsiuit quæ sua erant. Quid erat suum? Vt ab omni creatura adoraretur glorificaretur veneraret, sicut deus creator omniū. Sed ipse nō quæsiuit ista quæ sua erāt & sibi cōpetebant quia non quæsiuit honorē, nō regnum nō timorem ab hominibus: sed quæ erant latronum, homicidarū, atq; maleficorū hominū sputa videli: et, colaphos, alapas, irrisiones, verbera, crucē & mortē. Et sicut ipse nō quæsiuit quæ sua erāt ita & nos non debemus quærere, nostra sed quæ sunt aliorū [non irritatur] .i. etiam si læsa fuerit nō prouocatur ad iracundiam siue furorem, non cogi-

1. Ioan. 4.

R. oma. 5.

Luc. 5.

tat ad vindictam, vt malum pro malo reddat. [non cogitat malum.] id est, non solum non facit, sed nec cogitat: vt alij noceatur, [non gaudet super iniquitate.] sed pot? tristatur, cū viderit quemlibet per aliquod scelus ruere [congaudet autem veritati.] id est, operibus iustitiæ, vel etiā illi qui in veritate & nō fide fidelis est. [Omnia suffert.] subaudis aduersa patiēter [omnia credit] quæ continētur in veteri testamento & nouo, vel quæ promittunt electis in futuro regno a deo, vera credit esse. Idcirco [omnia sperat] quia nisi crederet, nō speraret. Siquidem spes est futurorū bonorum expectatio, quorū cōsideratione [oīa] aduersa [sustinet. Charitas nūquam excidit] .i. ab homine se habenti nūquam labitur, nunquam cadit [siue prophetiæ euacuabūtur] Prophetiā est quæ de futuro loquit. Quod cum venerit, nō erit iam necesse vt prophetetur. Ponatur vnum exemplum pro omnibus, Prophetatur Christus ad iudicium venturus, eo veniēte nō erit necesse vt hæc prophetia recitetur amplius: sic de ceteris intelligēdum, [siue linguæ cessabunt.] quoniā sicut ante turrim Babel vna erat lingua Hebræa, sicut quidā putant doctores, expleto iudicio, ipsa remanebit vna. R. euera ī multis liguis varietas est: & vbi est varietas, ibi dissensio. In sanctorū regno nō erit dissensio, ergo nec linguarum varietas [siue scientia destruetur] Præsens scientia quæ ex parte nunc habet, cū plenitudo sciētiæ venerit: eo q; sit imperfecta, destruetur .i. in melius commutabitur [ex parte enim cognoscim?] nō ex toto, de deo & de beatitudine sanctorū [& ex parte prophetamus] Quia quod ex parte scimus, etiam ex parte prophetamus. [Cū autem venerit quod perfectum est] .i. quod totū est & integrū, qñ reuelata facie, ipsum deū contemplabūtur electi sicuti est, quasi exinanietur & annihilabit [quod ex parte est] sicut ait Ioā. Charissimi, filij dei sumus, & nōdum apparuit quod erimus. Scimus autē quia cum apparuerit, similes ei erimus: qm̄ videbim? eū sicuti est. [Cum essem paruulus loquebar vt paruulus.] Cōparationem dat naturalis incremēti, & adhibetur exemplū humanum, quo ostendit scientiam quam habemus in præfenti esse quasi infantia, & futurā, esse quasi virile robur quod habiturum sit perfectam abundantiam, Cum essem

1. Ioan. 3.

(inquit) paruulus, loquebar vt paruulus balbutiendo & imperfecta verba promēdo [sapiebam vt paruulus] leuia scilicet & inconueniētia [cogitabam vt paruulus] de iocis scilicet & risui habilibus. Quādo autem factus sum vir & cœpi sapere perfectius [euacuau] .i. cōtēpsi [quę erāt paruuli] quia quę antea expetebam, abhorre cœpi. In hac ergo vita paruuli sumus ad comparationē futurę vitę: quia sicut vita hęc imperfecta est ita & scientia. [Videmus nūc per speculum in enigmatē, tunc autem facie ad faciē.] Ad hoc tendit pręmissa comparatio, sicuti quis videt per speculum vultum suum, & inde discedēs obliuiscitur qualis fuerit, sic & nos de deo & vita futura parū quid perspiciamus. Et hoc in enigmatē, id est in obscuritate, quia cū simus carnei, ea quę sola spiritalia sunt, ad liquidum capere nequimus. Tunc autem .i. in futuro, facie ad faciē .i. pręsentem, pręsentem deum videbimus. [Nunc cognosco ex parte] deū [tunc autem cognoscām] ex toto [sicut & cognitus sum.] modo a deo qui interius exteriusq; totū me nouit. Et sciendum quia sicut, non semper pro æqualitate ponitur. Aliter enim cognoscimur a deo: & aliter cognoscimus eum: quia ille cognoscit cuncta vt deus, nos cognoscimus illum vt creatura per eius donum. veruntamen sicut ille nouit nos ex toto sic & nos ex toto cognoscem⁹ illum. Ille cognouit nos, vt deū decet, nos cognoscemus illū vt gloriificatę creaturę cōueniet [Nunc autem manent fides, spes, charitas tria hęc:] Hę tres virtutes modo iūctę sunt ad inuicē, & ita in huius vitę tēpore copulantur, vt vna sine altera stare nō possit. Qui enim credit in deum, sperat quę ab ipso promittuntur se percepturum, & quo magis sperat, eo magis credit in illum: & ideo habet charitatem: quia diligit deū & proximum. Ea enim quę credimus esse nobis promissa, etiam nos accepturos speramus. His vero delectati, amplius in charitate feruimus. Veraciter enim credere nō possumus, nisi ea quę promissa sunt speremus, nec poterimus sustinere promissa, si desit fidei fides firma. Nec aderit fructus spei, vel stabilitas fidei, nisi fuerit perfecta charitas. **C H R I S T I** in nobis, quę & fidē vt pręcedat adiuuet, & spem expectatione corroborat. [maior autem his] subaudi virtutibus, fide videlicet

ac spe charitas est nimirum filius dei charitate, id est, dilectione, & non nostris meritis, homo factus est & redemptor mūdi, qui dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo in odorem suauitatis. Per hęc deus pater misit eūdem filium suum in mundum, hanc spiritus sanctus infundit cordibus electorum. Fides nāq; est, qua deū trinitatem habere in personis, & vnitatē in substantia credimus, mysteria quoq; incarnationis & passionis filij dei. Spes vero est expectatio futurorū bonorum, quę nec dum aspeximus, nec consecuti in re sumus. Charitas, qua deum proximumq; diligimus. Cum deum in quo sunt pręmia, quę pręstolatur electi, facie ad faciē viderint, nihil remanebit quod de futuris credāt, aut vltra sperent. Diligent vero per charitatem datorem omnium bonorū operū, diligēt & proximum, gaudentes de illis, sicut & de seipsis. Ideo ergo charitas maior est fide ac spe, quia illis cessantibus ac deficientibus, ipsa remanebit. In pręsenti cessulo cum ipsis est, & ipsa sola in æternum perfeuerabit. Ipsa sola perducet nos ad Christum, ipsa sola fruetur gaudio sempiterno, & presentissimo vultu oipotētis dei, &c.

¶ Sermo & tractatio superiorum.



Am qualis & quanta sit charitas, non pedū via, sed morum, Apostolo docēte discamus. Si linguis, iquit, hominū loquar & angelorū &c. Hominū & angelorum linguis, inanem facundiam quorundā hominū significante debemus accipere, qui omnia quęcūq; voluerint, accurate quidē atq; eloquenter enuntiat. Sed quāuis ornate copioseq; dissertent, tñ docēdi officiū vanitate placēdi magis q̄ consulēdi charitate suscipiunt, nō vt alios doceāt, sed vt se doctos ostendant: nec profectum, sed vt plausum a suis auditoribus quęrant: si totā scientię diligentiam transferant mendaces ad linguā, & studiosius velint eloquētiā curare q̄ vitā, supercilio vanę loquacitatis elati dicta sua magis cupiāt laudari quā fieri: nec sint de fāctitate operis, sed de sermōis elucubrati venustate solliciti. Nunquid merito tales gramēto sonātī aut tinnētī cymbalo cōparant qui in modū tinnientis gramēti vel cymbali, p̄clara quęq; magis appetūt sonare q̄ facere vel erubescūt

a seipfis, aliter viuendo quā prädicant discrepare? Qui vt quoquo modo turpitudinem suā cōuersationis obnubilēt honesta prädicare nō cessant, non vt auditores sui eorum prädicatione proficiāt, sed vt & ipsi videātur curare que prädicāt, sed videamus que his annectat Apost. Si habuerit (inquit) prophetiā, & nouerim mysteria omnia &c. nō hoc ita dicit, quasi aliqua bona sine charitate aliqui habere nō possint, sed quia nihil pro sint habentibus ea, si a charitate defecerint, ipsa autem & hinc necessaria est, vt omnia bona, summum bonum, i. charitatem habentibus pro sint, ipsa enim perfecta permanebit, cum omnes perseverantes in se, ad visionem dei perduxerit. Ceterum prophetia & mysteriorū omnium notitia vel scientia nec nō & ipsa fides, & cetera talia, que non solum perfectioni fidelium, sed etiam fragilitati necessaria iudicatur, in illa perfectione sanctorum qua in charitate radicati tēdunt, peruenientibus necessaria esse non poterunt, cum illis incomparabiliter meliora ac perfectiora successerint, quia nec prophetia ibi opus erit, cum ad illud quod futurū p̄mittebat impleta perduxerit, nec scientia, que velut lucerna quedā in huius seculi nocte fideles illuminat, cū in illius vitæ die perpetuo sol viuus effulserit. Nec mysteriorū notitia, aut ipsa fides necessaria erit, quādo ad ea, quæ per mysterium significabantur & credebantur ex fide perfectio Christiana perueuerit. Charitas vero hic quidem necessaria est, quæ nos separat a diabolo, purificat a peccato, reconciliat deo, sed ibi perfecta erit, cū perfectos deo, a quo est eis donata cōiunxerit. Adhuc Apostolus laudem diuinæ charitatis amplificans, adiūgit, inquit, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Nec quidem immerito, si enim nō quid sed propter quid faciamus, in illa vltima examinatione quæ rendum est, elemosynæ, vel traditio corporis proprii in mortem, quid proderunt nō habentibus charitatem? ipsa ergo habenda est, ipsa est sectanda, sine qua nec elemosynæ nec mortificatio siue occisio corporis, nec illa omnia superius dicta, vel alia quamuis bona perducunt aliquos ad salutē, quia quælibet actio bona vel passio, si ex fide quæ

per dilectionē operatur, nō extiterint, nobis prodesse non poterunt. Quapropter nil eis peccati damnabilis remanere poterit, nec deerit aliquid boni, quibus charitas omnis inquinamenti mundatio, & bonorū omnium mater affuerit. Quoniā quidem charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, nō agit perperam, non inflatur, nō est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, eis in quibus fuerit: omnia ista quæ habet impartit. Et quid illis esse potest in hac vita perfecti, qui tantis abūdant charitate in se regnante virtutibus? Merito proinde quando videm⁹ aliquos patientiæ mole fundatos, incōcussum pectus fœuētibus malis opponere, abundantia sanctę benignitatis locupletatos, bonum suū velle cum omnibus habere commune, nō aliquibus ardentem in uidię facibus coqui, nō agere perperā: sed simpliciter cum omnibus quibus debet vnitas charitatis exhiberi, nullo fastu p̄nciosę vanitatis inflari: nihil eorū quæ sunt aliena crimine cupiditatis ambire: quæ sunt sua, quæ cōmunionis bona nō quærere, nulli malum quibuslibet irritatus iniuriis cogitare, nō super alicuius iniquitate, sed de virtute gaudere omnes inquietos vel inquietudines fundata animi tranquillitate sufferre post hanc vitam diuinitus pœnas cōminatas credere non metuēdo, promissa præmia sperare gaudentes, reuelationem filiorū dei desiderare, fortiter sustinendo. Quādo ergo videmus ista & his similia bona aliquos posse, nouerimus non eos magnitudine virtutis suæ posse quod volunt ardentem & faciunt, sed beneficio illius charitatis, quæ non est ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

CAPVT XIII.



Examinati autem charitatē,] id est persequimini. Hoc verbum cōtinuationē rei significat: sicut & ibi. Hospitalitatem sectantes, [æmulamini spiritalia.] subaudis dona, id est imitamini, studete inquirere dona spiritalia, que per spiritum sanctum dantur, vt virtutes operemini linguis loquendo: Demones eiiciendo, sed magis [æmulamini & diligit,

[vt prophetetis,] id est vt aperte prophetas ceterosque li-
 bros veteris & noui testamēti exponatis, Hoc quisquis a-
 git, propheta est, quoniā per charitatem qua consulit cæ-
 teris, habet spiritum sanctum qui locutus est in prophetis,
 [Qui em̄ loquitur lingua,] subaudis incognita & peregrina,
 vel in obscuritate sermonis, [nō hominibus loquitur]
 quia nō intelligitur quod ab eo dicitur, [sed deo,] qui nouit
 omnes linguas, & insuper nouit non prolatas, [Nemo enim
 audit,] id est, nemo astantiū intelligit quæ ille loquitur,
 [Spiritus em̄,] sanctus subaudis, [loquitur mysteria,] id est
 occulta per illū hominem in quo habitat, qui peritiam &
 notitiam illius linguæ contulit: audientes autē q̄ nō norunt
 illam linguam latent eadem mysteria, [Nam qui prophetat,]
 id est qui prophetas aliaque scripturas aperte sermone docet,
 [Hominibus loquitur ad ædificationem,] intellectus, quia
 intelligunt quæ proferuntur a doctore, et solutionem quæ-
 stionum addiscūt, [& exhortationem] quia exhortatur
 alios vt desiderium habeant explanandi, & possint alijs
 exponere [& consolationem,] quā accipiunt in lingua
 sibi cognita, vnde alij extolluntur in ignota, [qui loquitur
 lingua,] subaudis incognita alijs, aut in obscuritate
 sermonis, [semetipsum ædificat,] & nō alios: quia ipse
 tantummodo intelligit quid loquatur, [qui autē prophetat]
 manifeste loquens prophetas explanando, [ecclesiam dei
 ædificat,] id est conuentum fidelium, ne dicerēt
 Corinthij: Inuides nobis Apostole Pāule loqui linguis,
 subdit idem Apostolus: [Volo autem vos omnes loqui
 linguis] subaudis varijs, [magis autē] volo [vt prophetetis],
 i. vt dicta sacrarum scripturarū obscura in lucem
 producat is aperte explanādo, [nam maior est qui
 prophetat] id est q̄ aperte docet exponēdo prophetas [q̄
 qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur] plano sermone
 hoc quod loquitur in alia lingua, [vt ecclesia edificationē
 accipiat,] ex eius interpretatione, Si interpretari potest ille
 qui loquitur linguis, non erit minor illo qui explanat
 prophetas, quia & ipse similiter ecclesiam ædificat, Hoc
 enim maius est quod omnibus prodest, [Nunc autem fratres
 si venero ad vos linguis loquēs, quid p̄dero vobis?] subaudis
 si locutus fuero lingua incognita, [nisi vobis lo-

quar aut in reuelatione,] .i. interpretatiōe manifesto sermone,
 [aut in sciētia, aut in prophetia, aut in doctrina] hęc
 quatuor vnum significāt, [Tamen quæ sine aīa sunt vocem
 dātia, siue tibia, siue cithara], .i. ista, [nisi distinctio-
 nem sonituum dede int] vt secundū acumen aut grauitatem
 vocis sonitus distribuatur [quo modo scietur id quod canitur,
 aut quod citharizat?] De istrumētis musicis hoc dicit,
 quia sicut sonit⁹ citharæ & tibiarū nō suauis est nisi di-
 stincte p̄sonuerit, ita vox p̄dicatoris siue doctoris nō
 iam vtilitatē p̄stat, neq̄ delectat audientes, si non intel-
 lexerint quæ loquitur, Etenim si incertā vocem det tuba,
 quis parabit se ad bellū? Fuit mos apud Iudæos, vt in
 initijs mēsiū clangere tubis, & in solemnitate tabernaculorum,
 vnde & festiuitas tubarum appellatur, sicut ait Psalmista:
 Buccinate in neomenia tuba et in signi die solennitatis
 vestræ, Erat etiā mos vt imminente bello tubis buccinarent,
 et erat in sonitu differentia, quādo ad bellum, & quando
 inuitabant ad diē festum, Si ergo confuse quis tubas
 audisset insonare, ad quid debuisset se p̄para quomodo
 poterat scire? sic doctore lingua incognita loquente
 aut ī obscuritate, quomodo auditor poterit intelligere? ac
 si diceret: Sicut cū vox tubæ incerta fuerit, vtrū solennitatis
 vox sit an belli, nemo discernit, [ita & vos, si coeperitis
 loqui varijs linguis, ignorabūt auditores vestram p̄dicationem]
 Vester autem sermo intelligi debet, vt possit ad spirituale
 bellū Christi se miles p̄parare, [Eritis enim in aera] id est
 inaniter [loquētes, Tam multa, vt puta genera linguarum
 sunt] id est, quot genera sunt linguarū [in hoc mundo, &
 nihil sine voce est,] .i. sic erit auditori, si lingua ei
 incognita locuti fueritis, quasi omnes linguas profertis,
 quia sicut quod omnibus ei loqueretur, nō prodesset sic
 & vos nihil prodestis vna aut duabus linguis incognitis
 loquentes, In quibus linguis nihil sine voce est, & tamē
 illarum vox capitur ab illis, qui notitiā linguæ nō habēt
 Ideoq̄ inaniter profertur sermo qui nō intelligitur, [Si ergo
 nesciero virtutē] siue intellectum [vocis,] audite [Ero ei
 cui loquar, barbar⁹, & qui loquitur mihi barbar⁹] Verbi gratia,
 Ego sum Græcus, tu Hebræus, si tibi loqui coepero
 græce, videbor barbarus: similiter & te loquente mihi

Psalm. 80.

Hebraice, videberis barbarus. Aliter. Profero symbolum græce, quia sic reperi illud scriptum, & sum latinus, non græcus, barbarus tibi sum. Iterum si tu græci sermonis aliquid didicisti, & cœperis similiter loqui, qui primum videbar tibi barbarus, cerno te quasi barbarum mihi. [Sic & vos, quonia amulatores estis spirituum] id est, quia studium habetis spiritualium donorum [ad] edificationem ecclesiæ quærite] ipsa dona spiritus sancti habete [vt abundetis,] fructificantes alijs, quonia [qui loquitur lingua] subaudis obscura et incognita, [oret vt interpretes.] id est, oret deum vt det illi virtutem interpretandi, vt quod loquitur, in vna lingua, possit exponere alijs in alia. [Nam, si ore lingua,] subaudis incognita, & i obscuritate sermonis, [spiritus meus orat, mēs autem mea sine fructu est.] id est, vis animæ meæ, id est, ipsa anima quæ viuificat corpus, profert verbum. Intellectus autē animæ meæ sine aliqua vtilitate est, quonia non intelligo quæ dico. Quod per spiritum intelligatur anima ostendit euangelista inquitens de domino. Inclinato capite, emisit spiritum. i. animam. Manifestum est, ignorare animum nostrum siue intellectum, si lingua loquatur quod nescit, sicut ad solent latini homines græce cantare oblectati sono verborum: nescientes tamen quid dicant. Quæ cãtilena sine fructu intelligentiæ est, quem non habere potest qui ignorat quæ loquatur. [Quid ergo] mihi est? subaudis faciendum, vel quid est vtile & necessarium [orabo spiritu] id est, loquar anima. [orabo & mēte] id est, loquar intellectu: quia illa sunt dicenda, quæ & proferrantur vtiliter, & intelligantur manifeste. [Cæterum si bene dixeris spiritu: quis supplet locum idiotæ?] .i. si spiritu sancto illuminatus bene docueris: & bene locutus fueris auditibus in lingua incognita: quis supplebit: vel quis adimplet locum illius qui te audit et non intelligit verba tua? Idios dicitur proprius: vnde dicitur idiota: propria linguam tantummodo sciens: in qua natus & nutritus est. Si igitur talis astiterit tibi dum aut mysterium missæ solenniter celebras: aut sermonem facis: aut etiã benedictionem tribuis: [quomodo dicet: Amen, super tuam benedictionem] cum nescit quid dicas: id est, quomodo respondebit verbum confirmatorium quod dicitur Amen: cum ille tantum lins

Ioan. 16.

quæ propria peritus, ignoret quæ tu barbara illa loquaris. Non aderit alius pro illo, sciens quid tu dicas, respondeat Amē. i. verum est quod tu dixisti, vel fiat ita. Nescit quippe vbi sermonis clausula finiatur. [quonia quid dicas nescit Tu quidem bene gratias agis,] subaudis deo in lingua tibi nota, [sed aliter non edificatur,] qui nescit quid dicas. Et ne diceret Corinthij de Apost. quod ipse non haberet varietatem linguarum, non vult vt nos habeamus, subiunxit. [Gratias ago deo quod omnium vestra lingua loquor.] Quinque sunt differentiæ græcæ lingue, sicut in Prisciani dictis prudens lector inuenire potest. Omnes has nouerat Apostolus & plures alias [in ecclesiavolo quicquid verba meo sensu loqui, vt & alios instrua quæ decem milia verborum in lingua] subaudis incognita alijs, vel i obscuritate sermonis simpliciter accipe: Malo (inquit) sic quinque verba pferre in cõueto fidelium, vt intelligatur ab alijs, quæ decem milia sine profectu aliorum. Vtilius dicit paucis verbis in apertione sermonis loqui, quod omnes intelligant, quæ prolixam orationem habere in obscuro [Nolite pueri effici sensibus]. Puerilis est sensus id est, pueriliter agit, qui obscuro & polluto sermone propter iactantiam loqui querit. [sed malitia parvuli estote] id est, alieni sitis a malitia, sicuti sunt paruuli. [sensibus autē perfecti estote.] Sensu perfectus est, qui sic alterius vtilitatem, sicut suam quærit. [In alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic.] vnum significat quod dicit linguis & labijs. Hoc in Isaie libro, qui nunc lex appellatur, scriptum est, & hæc propheta super nouo testamento prædicta est. In lege Moyse peccantes varijs modis puniebantur ex præcepto domini. Alia lingua loquitur deus in Euangelio: quia peccatores non præcipit occidi, sed ad penitentiam hortatur, dicens: Penitentiam agite, & reliqua. Ibi commendabat circumcisionem, in Euangelio baptismum dicens, Ite: baptizate omnes gentes, ibi sabbatum, hic diem dominicum, & otium a peccatis tibi sacrificia pecorum hic corporis & sanguinis sui mysterium. [& nec sic exaudient.] increduli Iudæi dominum, id est, non obedient illi. Vel aliter secundum præcedentem disputationem Apostoli. Die penthecostes venit spiritus sanctus super actus, per credentes in Hierusalem & cœperunt loqui varijs lin

Isa. 28.

Mat. 3.

Mat. 28.

quis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, Aderant Iudei ex omni natione que sub celo est, & qui predestinati erant versi in admirationem, crediderunt in Christum & salui facti sunt. Ceteri vero, licet tam mira audirent, noluerunt Christo credere per apostolos eius linguis loquentes. [Ligunt signum sunt]. i. in miraculum sunt [non fidelibus.] qui sciunt nihil deo impossibile esse [sed infidelibus.] qui de dei potentia dubitant. Verbi gratia. Paulus loquebatur omnibus linguis, non propter se, sed propter incredulos diuersarum gentium, quos Christo lucrari volebat. [prophetia autem]. i. scripturarum expositiones, [non infidelibus] sunt, qui non audiunt scripturas [sed fidelibus] qui diligunt eas, [si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur,] & singuli sua lingua, [intrent autem idiotę]. i. propria lingua contenti, & intrant [infideles] siue pagani [nonne dicet, quid insanitis?] id est quid in amentiam vel in phrenesim versi estis? Et hoc ideo, quia omnes loqui amini confuse, & quod dicitis non intelligunt. [si autem omnes prophetent,] id est scripturas prophetarum explanent [intret autem quis infidelis vel idiota,] rustica tantum lingua contentus, [conuincitur ab omnibus,] subaudis infidelis esse aut idiota, [diudicatur ab omnibus] & quod nisi poenitentiam agat, damnandus sit [occulta cordis eius manifesta fiunt] id est cogitationes prauę & vitia, que illos predicatores putat lateret, quia dum ipsi disputant contra vitia, manifesta sunt ab ipso, quia dicit, in veritate ista omnia cognosco in me esse. Sic refert beatus Augustinus quodam loco, quod aliquando dum faceret sermonem ad popululum, introiuit quidam scelestus homo, statimque se non attendente, sermo suus versus est contra illius hominis vitia. Ille autem considerans se pontifici a deo reuelatum conuersus est, & poenitens salutem obtinuit. Sic & in vita sancti Cesarij Arelatenensis episcopi legitur, quod spiritu sanctus ita sermonem eius disponebat, ut omnium conscientias verbis suis concuteret, quasi sibi eas omnes auditores indicassent aut predicantibus haberet scriptas. [et cades in faciem] infidelis vel idiota, humilians se [adorabit deum, pronuntians quod vere deus in vobis sit.] qui etiam suam conscientiam reuelauit vobis. [Unusquisque vestrum psalmum habet.]

de quo debet disputare. [doctrinam habet,] id est, expositionem librorum, [apocalipsim habet]. i. reuelationem a deo sibi in corde manifestatam, per quam valet intelligere diuinas scripturas, [Lingua habet] quam preter, [et interpretationem] dicens: Sic dicitur iste sermo in illa lingua, & sic resoluunt in nostra. [siue lingua] videlicet ignota, [quis loquitur secundum duos] subaudis fiat illa allocutio, [aut ut multum tres] id est aut quod multum est, secundum tres fiat, [et per partes] subaudis loquatur non simul, ne uideantur esse amplexes, si omnes coeperint, [et vnus interpretetur]. i. vnus sit interpretes, qui exponat & interpretes illorum linguam obscuram, vel etiam ideo precipit loqui per partes, ut interpretes possit interpretari per singulos: & est sensus in conuentu, vnus aut duos vel tres loquatur, nec ipsi simul sed per partes: ita ut quod vnusquisque loquitur, ab interprete manifestari possit altatibus. [si autem non fuerit interpretes taceat] subaudis doctor qui habet linguam incognitam, si tibi autem loquatur & deo] orando & legendo: quia ipsi cum ista nota sunt linguarum verba [prophetarum]. i. explanatores [aut duo aut tres dicant,] siue loquantur, quia in ore duorum vel trium testium stabit omne uerbum. [ceteri uero] subaudis prophetarum & doctores, siue explanatores prophetarum, [diudicent]. Mat. 18. si quid amplius aut minus loqui necesse sit, & discernant etiam uerum secundum ueritatem fidei illi doceant. [Quod si alij sedenti reuelatum fuerit,] a sancto spiritu aliter quam ille dicat, aut aliud [prior] qui loquebatur, [taceat] ad horam. Secundum morem Iudeorum loquitur, qui hoc ordine residebant in synagogis suis videlicet ut scribae & pharisaei doctoresque legis federent in cathedris, qui minoris dignitatis erant, in subsellijs & in scanis. vulgaris uero populus & simplices quique in pauimento & super mattas residebant, inde dicit Apostolus: Si illi fuerit reuelatum qui sedet in cathedra, aliter quam expositor loquatur, aut alicui horum qui sedet in subsellijs uel in pauimento, taceat qui antea loquebatur [Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes exhortentur.] Sicut doctores non equali peritiam imbuti sunt, ita & auditores quadam inaequalitate capacitatis differri probantur. Ideoque perfecte docti, perfectos auditores in sensu doceant, minus edocti, minus capa-

ees instruat. Sic singuli possunt prophetare. i. docere per singulos, vt vnus post vnum loquatur. & sic per ordinē prædicatio ab omnibus expleatur. [Spiritus prophetarū prophetis subiectus est.] Spiritus sanctus qui locutus est per Isaiā, Ieremiā, & reliquos prophetas veteris testamēti per prophetas quoque noui testamēti, sicut fuerūt apostoli & explanatores prophetarū, qui prophetæ nō immerito appellantur, illis oibus spiritus sanctus subiectus est quodammodo, quā nō cogit subito in vocem prorūpere, sicut malignus spiritus energumēnos & arreptitios, sed eorū potestati tribuit quā loquatur & quā sileant. Verbi gratia, Propheeta. i. prædicator qui libet vult sermonem ad populū facere, veluti Hieronymus alicuius prophetæ librū exponere, adest ei spiritus vt instruat & loquat̄ p̄ illū vt cœperit loqui, nō tamē ilico vt tetigerit librū, facit eū erumpere in vocem velut phrenetici eū. Et bene idē spiritus sanctus, qui fuit olim in prophetis, dicitur esse in explanatoribus illorū, quā aliter non valuissent explanare verba spiritus sancti, neque in lucē producere ob securitatē illorū. Aliter: si legerimus in plurali nūero, spiritus prophetarū prophetis subiecti sunt, necesse est vt intelligamus per spūm, dona spiritus sancti, i. linguas, virtutes, electiōes dēmonū, sapientiam, consilium, & reliqua. Hæc autem dona sic sunt electis subdita, vt quando volūt exerceāt illa: & quādo volunt, retineāt quasi occulta. His verbis datur intelligi, quod licet multi simul doctores sint, qui non uerunt per spiritum sanctum quid loqui debeāt, nō tamē ita ab ipso spiritu sancto impelluntur, vt vno loquente, tacere alij non valeant. [Nō enim dissensionis est deus, sed pacis] quia deus pacē, & non dissensionem docuit. Quando vnus aduersus alterū tumens, illo adhuc loquente loqui tētabat, dissensionē faciebat: & id excreabile erat: [sicut & in oibus ecclesijs] sic subaudis & vos, [doceo.] vt vnus vel duo: aut certe tres in cōuentu doceant: & partes, vt vnus interpretet̄: & si interpretes defuerit, taceant [Mulieres in ecclesia taceāt:] ne seminent errorem: sicut Eua prima mulier fecit, [sed subditæ debent esse.] viris: quia mulier de viro sumpta est: nō vir de muliere: & quia per eam vir ductus est: [sicut & lex dicit:] id est, deus per Genesim in quicquid sub viri potestate eris, [An a vobis] o Corinthij

Gene. 2.

Gene. 3.

[verbū dei processit:] subaudis ad alios. Instabantur Corinthij, quasi exēplo illorū cæteræ gentes inuite credidissent in Christū, & ab illis esset diffamatum. Ideo ait Apostolus: an vobis verbū dei. i. fides Christi vel eius euangelij processit ad alias gentes? Infirmabantur etiā in hoc quāsi solis illis salus quæ in Christo est per patriarchas & prophetas fuisset præmissa: et hoc est quod dicit, [aut in vos solos peruenit:] verbū dei, [Si quis videtur propheta esse,] i. sapiens doctor & explanator scripturarum. [aut spiritalis,] id est quod spiritalia capere possit [cognoscat que scribo, quia domini mādata sūt] i. intelligat et approbet quia domini est mandatum. Pseudo apostoli a seipsis & a diabolo loquebantur, Apostolus autē Paulus & reliqui, dei mādata proferebant. Ideoque his verbis tangit eos: qui pro lucris temporalibus & desiderijs hominum, non diuina, sed terrena docebāt, [Si quis autem ignorat] subaudis hæc mādata domini, [ignorabitur] id est, si quis repudiat vel nō approbat hæc mandata domini, repudiabitur nec approbabit a domino in die iudicij, [itaque fratres,] mei in fide [æmulamini] id est, studete et diligite [prophetare] id est, scripturam interpretari, & aperte exponere, etiam si quis vult vel potest [linguis loqui nolite prohibere.] tantū vt habeat interpretem, [Omnia autem honeste fiant in vobis] id est, cum decore.

CAPVT XV.

Notum autem vobis facio fratres,] id est, ad memoriam vobis reduco [euangelium quod prædicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini] Fuerat Apostolus apud Corinthios per vnū annum, & sex menses, prædicans illis euangelij, sed post eius discessum, introierūt in eos pseudo apostoli, qui negabāt Christum ex virgine natum, passum, a mortuis suscitatum, negabāt quoque resurrectionem generalem futuram. Idcirco conuulsus Apostolus recapitulat quæ illos præsens docuerat, vnde dicit: Notum vobis facio euangelium quod accepistis, siue suscepistis a me: vel acceptum habuistis, in quo & statis. In vnaquaque plebe fidei sunt populi, perfecti, & imperfecti, sed hic perfectos in fide alloquitur. Iterum contra imperfectos subiungit,

[qua ratioe predicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis?] Literatura huius verficuli minus quiddam sensus videtur habere, quia pulchrius sonat in Græco. Notandum illud interrogatiue atque increpantiue esse legendum. Igitur dicatur ita: Quid vtilitatis accepistis in hoc, quod predicauit vobis, si modo decepti a pseudo apostolis aliter tenetis, nisi quia frustra siue inaniter credidistis, in hoc quod a fide recessistis. Dicit ergo: Qua ratione siue qua vtilitate predicauerim vobis verbum fidei, si tenetis, subaudis modo aliter quam tunc audistis nisi quia frustra credidistis? An me predicante adepti estis fidem superfluam, & non veram? Non est ita, quia vera vos docui & non falsa, veramque fidem & credulitatem, Ergo qua ratioe predicauerim vobis, si tenetis, nisi quod frustra credidistis ignoro. Frustra credidit, quod ab ipsa fide post modum recedit, iam in sequentibus exponit quid predicauerit [Tradidi enim vobis in primis], .i. in exordio meae predicationis [quod & accepi] subaudis a Christo [quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.] Scripturas veteris testamenti memorat, quae futuram passionem Christi cecinerunt. Dicit enim Isaias. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus non aperiet os suum, [& quia sepultus est,] subaudis secundum scripturas. Dabit (inquit propheta) impios Iudaeos pro sepultura, & diuites pro morte sua. Et iterum: Erit (inquit) sepulchrum eius gloriosum: Mortuum enim eius nulli dubium est & sepultum, [& quia resurrexit tertia die secundum scripturas.] Viuificabit nos post duos dies, in tertia suscitabit nos. [& quia visus est Cephae] Cephas Syrum est & Hebraeum, Petrus Graecum & latinum. Licet certum locum non definiant Euangelistae ubi apparuerit ei, tamen credendum est, quia apparuerit ei, [& post haec vni decem] octaua videlicet die resurrectionis suae, quando cum alijs erat Thomas [deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul,] .i. credentibus, Hoc quoque verum est, licet euangelistae non commemorent. [ex quibus multi manent] in corpore [vsque adhuc,] subaudis, quos si vultis in terrogare potestis. [quidam autem dormierunt], .i. mortui sunt, quod ideo dicit, quia facilius poterunt suscitari a Christo de somno mortis, quam quis a socio suo de somno lectu li. [Deinde visus est Iacobo] qui sponte dederat in cena domini,

Esa. 53.

Ibidem.
Esaia. 9.

non se manducaturum aut biberurum, donec videret Christum a mortuis suscitatum [deinde apostolis omnibus] in morte ubi constituerat eos ire, et quoniam celos petijt. [Nouissime autem omnium, tanquam abortiuo visus est & mihi] Abortiuus est, quod sine legitimo tempore nascendi nascitur, extra tempus videlicet congruum, aut antequam debeat nasci, aut post: ut Iulius Caesar fuit abortiuus qui post legitimum tempus cum Caesaris nativus est, secto matris utero: sic & Apostolus abortiuus quod dammodo extitit, quia post tempus natus est in Christo, quia non ab illo vocatus est cum adhuc esset in carne, sed cum iam in dextera patris esset collocatus vel abortiuus est, quia si eum de vita abortiuo desperat, sic & de vita Pauli desperatur a fidelibus quando eos persequebatur. Qui utique perpetuam incurrisset mortem, nisi ei a Christo fuisset subuentum. Visus est autem ei de caelo post non paruum tempus ascensionis suae, quoniam cecatus est in via dum pergeret Damascum & Postea oranti in templo. [Ego enim sum minimus Apostolus.] Actus. 8. Causa humilitatis hoc dicit, sicut & Matthaeus, qui vocat se publicanum, vel etiam minimus est tempore & vocatione, quia vltimus est vocatus. Maximus autem labore, dignitate & predicatione, sicut ipse in sequentibus manifestat ubi dicit: Abundantius siquidem omnibus illis laboravi [Gratia autem dei sum id quod sum], .i. hoc quod sum Apostolus & predicator euangelij, totum est dei gratia. [Et eius gratia in me vacua non fuit.] per lib. arbitrium cooperatus est gratiae dei. Ipsa tamen gratia praue nit eum ut vellet, & subsecuta est, ut posset implere quod volebat, & in hoc quod voluntatem suam iunxit voluntati dei, ideo dignus est remuneratione. [abundantius autem omnibus illis laboravi.] quia illi solis Iudaeis & singulis prouincijs predicauerunt. Paulus autem & Iudaeis & gentibus predicauit, pene vniuersum mundum perambulans, aut per se, aut per epistolas suas. Vel etiam in hoc plus illis laborauit, quia illi ex predicatione victum secundum euangelium accipiebant. Paulus vero non est usus hac potestate, sed labore manuum suarum vivebat. Vel plus laborauit, quia illi Iudaeis (qui habebant scripturas quibus vitia damnabatur, & virtutes augebantur) predicauerunt, & factis miraculis, facili doctrina suscipiebatur illorum, quia illi cognitionem vnius dei habebant.

Paulus vero gētib⁹, vitia virtutesque nesciētib⁹. Illi iudicis prophetiam de Christo habentibus predicabant cui concordabant quæ de Christo prædicabātur. Paulus gentibus nullā de Christo, prophetiam habentibus [Non ego autem,] subaudis solus laboravi [sed gratia dei mecum. Si autem Christus prædicatur] in miraculis, & in auditorib⁹ corda eorum tangendo & illustrando ad credendum, & mihi verbum prædicationis ministrando. [Siue enim ego, siue illi,] subaudis alij Apostoli, [sic prædicauim⁹,] subaudis, sicut supra cōmemorauī, q̄ Christ⁹ mortuus surrexit, cœlos ascendit, &c. [Inuenimur autē & falsi testes dei,] .i. pro deo testimonium ferētes, inuenimur falsi [quoniā testimonium diximus aduersus deū quod suscitauerit Christum, quem nō suscitauit,] subaudis vt quidam dicunt [Si mortui nō resurgunt,] in his locis, syllogismis dialecticis vtitur Apostolus, & videtur negare quod confirmat. Nō sunt enim falsi testes Apostoli, quia & christus surrexit, et mortui resurgēt, Et si ita est, vt quidam vestrū dicūt, [ad huc estis i peccatis vestrīs] q̄a baptizati i fide mortis xp̄i & resurrectionis fuistis, vt remissionem acciperetis peccatorum, Ergo nō credentes Christum resurrexisse, in peccatis suis manebant, quia baptismus non prodest, nisi in fide Christi. Ergo & qui dormierūt in Christo [id est credētes ex vobis in Christum, quia iam mortui sunt, perierūt] subaudis, si ita est vt vos putatis. Denegando talia dicit, loquens dialectice. [Si in hac vita tātum in Christo sperātes sumus,] subaudis, & non in alia quæ erit post resurrectionem, [miserabiliores] siue inferiores [sumus omnib⁹ hominibus.] infidelibus: quia illi hac vita fruūtur, luxuriantur, crapulantur, inebriātur, lætantur etiā cum malefecerint & exultāt in rebus pessimis. Nos ecōtra qui in christum credimus, ieiunamus, vigilamus, ab vxorib⁹ abstinemus, ab illicitis cauemus, multa aduersa & incōmoda pro Christo sustinemus. Sed sancti in hac vita sperant in Christo, credentes se mundatos ab ipso a peccatis suis, & in alia sperant resurrectionem beatitudinemq̄ perennem: & sic firmantur in hac spe, quasi iam totū illud possideant in re. [Nūc autem] id est in hac ætate in qua sumus, [CHRISTVS resurrexit a mortuis, primitiē dormiētū] Primi-

LUC. 2. 6.
RO. 6. 14.
LUC. 7.

tias dormientium dicit Christū, quia ipse caput est omnium electorum, ipse primus propria virtute, & ad hoc vt iam nō moriatur, resurrexit a mortuis [quoniā quidem per] vnū [hominem] Adam [mors] animæ & corporis venit, [& per] vnū [hominē] Christū [resurrectio mortuorū] honorum malorūq̄ [vnulquisq̄ autē in suo ordine.] Ne dicerēt illi, & forsitan dicebant, quare iusti qui ante xp̄m mortui sunt, ante eum non resurrexerunt? Quia per cuius virtutem quidam illorū surrexerunt & omnes hoies surrecturi sunt, [Primitiē] debuit esse dormiētium, .i. primus debuit resurgere, sicut & fecit: deinde omnes in suo ordine, subaudis, aut iam resurrexerūt aut resurrecturi sunt, post Christū videlicet, qui resurrexit prim⁹ [deinde hi qui sunt Christi, in aduentu eius.] Quidam codices habent, deinde qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt, sed falso scriptū est. Deinde, inquit, hi, qui sunt Christi resurgent in aduentu eius cum venerit ad iudicium. Christi sunt, qui in eum credūt, & crediderunt ante aduentum eius [Deinde finis] subaudis erit mundi: finis nanq̄ mundi, resurrectio erit [cum tradiderit regnū deo & patri] Deus pater omnia tradidit filio, sicut ipse ait, Omnia tradita sunt mihi a patre meo. Et Paulus dicit, quod tunc sit finis mundi venturus, cum tradiderit regnū filius patri suo, qui est deus, Sed quia istud regnum sic filio a patre, & patri a filio traditur, vt communiter ab vtroq̄ possideatur. Dicēdum breuiter, q̄ pater homini filio a verbo sumpto, omnia tradiderit, vt sicut in filio diuinitas & humanitas est vna p̄sona, sic vna sit & possessio. Illi enim homini tūc cūcta tradidit, q̄n ab vnigenito suo suscipi voluit. Idē filius in fine regnū deo & patri tradet, cum electos suos quos suo sanguine acquisiuit ad cōreplationē cognitionēq̄ dei patris perduxerit ostendens eis regnantem deum patrem cum seipso & spiritu sancto. Et tūc aperte sciēt, quomodo deus pater cū vnigenito suo & spiritu sancto regnet sine fine immēsus & omnipotēs: & quomodo trinitas sit in personis, & vnitas in substantia diuinitatis. Vel certe tradet filius regnum deo & patri omnes videlicet electos, quia ipse videbitur in forma hominis in iudicio, damnatisq̄ iusta sententia reprobis, omnes secum electos paterno vultui exhibebit, vt

LUC. 4.

qui hominē iudicem viderunt munda conscientia, diuinitatem patris & filij & spiritus sancti cōtemplentur, [cum euacuaerit omnē principatum.] subaudis, tunc erit finis. Principatur in diuinis spiritibus, archangeli angelis sicut ipso nomine declarantur, & reliqua pādunt ordinem nomina. Principantur & homines hominibus, sed vnus tunc erit princeps deus trinitas: quia cessabit omnē creaturę potestas in angelis & hominib⁹. Cessabit timor, regnabit in tegra charitas: nec iā erit inter p̄sidentes & subditos vlla dissensio, ac propterea honorum spirituum & iustorū omniū princeps vnus deus erit, impleto quod scriptū est. Et regnabit dñs solus in die illa. Vnde & sequitur: [Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus ei⁹.] Donec, aliqñ ponit p̄ vt, sicut i Psalmo, vbi dicitur: Ita oculi nostri ad dñm deū nostrū, donec misereat^r nostri. i. vt misereatur nostri. Ponitur etiā Donec pro & vt in euangelio de Maria & Ioseph dicitur. Et nō cognoscebat eam donec peperit. i. & peperit filium suū primogenitum: ponitur pro semper & cōtinuatione temporis, vt in isto loco: & est sensus. Oportet filium regnare donec ponat deus pater omnes inimicos sub pedibus eius, qđ est dicere. Filius semper regnabit, quia deus pater semper subiciet inimicos sub pedib⁹ eius. Si p̄ caput Christi, diuinitas eius intelligitur, sicut Apostolus ait: Caput Christi Deus, per pedes nō incongrue intelligitur humanitas eius, quę velut pedes visa est abiecta. Sed ei duobus modis inimici siue infideles subiiciuntur, videlicet dū aut conuersi inspicante deo credunt in Christum humanitas passum, mortuum, ab inferis per resurrectionis gloriam elapsum, aut etiā in sua duritia perdurantes, iudicem eum discent, saltem in die iudicij, honorū malorūq; a quo iusto iudicio damnari se conspiciēt in pœnis suppliciorum. [Nouissime autē inimica destruetur mors.] quia postquam resurrexerint omnes in ipsa resurrectione destruetur mors inimica, post cuius destructionem, nullā inimicitā p̄sentis vitę patiet humanum genus. Vbi enim vita erit aterna, nullū locum obtinebit mors. [Omnia autē subiecit] deus pater [sub pedibus eius], i. sub pedibus filij. Omnia subiecit quę fuerūt & erūt, inimica et amica, terrena & spiritalia, siue cęlestia

Psal. 122.

Mat. 1.

1. Cor. 11

subiecit potestati illius, [Cum autem dicat.] subaudis Psal mista David [Omnia subiecta sunt ei, sine dubio, propter eū qui subiecit ei oīa] quia non pater filio, sed filius debet esse subditus patri, secundum quod homo est, nam secundum diuinitatem, vnus potentia, vnus deitatis est cum patre, sicut vnus essentia est cum illo. [Cum autem subiecta illi fuerūt omnia], i. filio. [tūc & ipse filius subiectus erit ei]. i. deo patri [qui sibi subiecit omnia] Sūt quidē modo cūcta subiecta filio, sed multi nō attendunt ad hoc, neq; considerāt qđ sub eius potestate pressi sint quadā ignorantia, in die vero iudicij nullus hoc ignorabit. Tūc & ipse filius subiectus erit deo patri, caput videlicet cum corpore suo, quod est ecclesia: vnde dicit alibi: Si ergo vos Christi, ergo semē Abrahę estis, idem vnus Christi estis, vel vnus xps estis. [vt sit de⁹ omnia in omnib⁹]. i. in omnib⁹ electis erit de⁹ omnia, quia erit fatietas illorū & lætitia, gaudiū & exultatio & vita, sicut ipse p̄ prophetā ait: Ero illis deus, i. ero illis vnde fatient, vnde lætentur: quia ita ditabuntur p̄sentia dei, & ita impiebātur omnes electi omnibus bonis omnibusq; virtutibus vt i ipso omnia bona possideāt singuli. Erit enim deus tūc in vnoquoq; patiētia, sicut fuit in Iob: obediētia, vt in Abrahā, mansuetudo, in Moyse, virginitas, in Daniele, sapientia, vt in Salomone, & reliqua dona quę modo diuisa sunt electis, tūc possidebunt omnia singuli. [Alioqui]. i. si mortui nō resurgent [quid faciēt qui baptizātur pro mortuis?] Erant quidam apud Corinthios qui nō credebant resurrectionem, & erant alij qui credebant illos resurrecturos, qui baptizati moriebant, illos autem qui sine baptismo moriebantur, credebant aut non resurgere, aut male resurgere. Si quis istorum propitiuus sine baptismi gratia migrasset de mundo: viuus aliquis in nomine illius baptizabatur: & putabāt qđ mortuo baptismus viuus prodesset. Quod factum commemorat Apostolus, nō vt probet qđ huiusmodi aliquid prodesset mortuo, sed vt eius exēplo non credentibus resurrectionē suadeat & ostendat, quia si illi resurrectionē nō crederent, nequa quā viuos pro mortuis baptizarent, & est sensus, o Corinthij, si resurrectio nō p̄cessit in Christo & in quibusdā qui resurrexerūt cū illo, nec futura est gñaliter i oīb⁹, quid est

Leuit. 25

hoc quod apud vos viui baptizantur pro mortuis? Quod faciebant (vt diximus) ob duas causas: vel quia non putabant resurrecturos nisi baptizatos: vel quia credebant non esse feliciter post resurrectionē victuros nisi baptizatos sicut veritas se habet. [vt quia & nos] Apostoli [periclitamur]. i. pericula patimur [omni hora?] in fame, & siti, & reliquis angustijs. [Quotidie morior per vestram gloriam fratres.] iurat Apostolus vt magis ei credatur ab auditoribus suis, & dicit: iuro ego per vestrā gloriā, quam non vos habituri estis, sed per eam quam ego labore quo ego laboraui, in vobis habiturus sum, & si quotidie moriebatur, quomodo viuebat? Quotidie (inquit) morior. id est, pericula mortis sustineo, si autē dixerimus, Quotidie, inquit, morior pro vestra gloria, sicut quidam codices habēt dicendum est, quia ipse propterea pericula mortis sustinebat, vt illi in regno æternæ beatitudinis glorificaretur, & est sensus ad superiora respiciēs: Etiam si vos proficere nō vultis, ego tamen mercedē laboris habeo: vnde & dicit: Per illam gloriam iuro, quam habeo in Christo Iesu. Securus & fixus in spe, talia loquebatur, quasi iam habēs quod in futuro adepturus erat. [Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi.] id est, si secundum quod homo pugnare potest, vel quantum homo ferre potest [quid mihi prodest, si mortui nō resurgent?] Bestias in hoc loco appellat homines bestiali more viuentes, qui seditionem popularem aduersum eum prouocauerunt apud Ephesum propter Dianæ idolum: cuius culturam prædicabat A P O S T O L V S destruendam. Omnis labor sanctorum ad hoc tendit: vt resurrectionis gloriam mereantur percipere [Manducemus & bibamus. Cras enim moriemur]. Hæc vox desperantium Iudæorum fuit: imminente captiuitate sub Sennacherib & Nabuchodonosor, & hoc est testimonium ab Isaia prolatum. Positi enim in articulo mortis aiebant: Manducemus & bibamus, quia cras moriemur. Quod Apostolus refert ad illos, qui de resurrectione dubitabant: Et si ita est (inquit) vt vos putatis, videlicet si resurrectio futura non est, manducemus modo & bibamus quia cras moriemur: & postmodum nihil mali patiemur. Et reuera si resurrectio mortuorum non esset: manducā-

Actu. 19.

Esa. 22.

dum & bibendum esset. [Nolite seduci.] id est, nolite decipi a pseudo apostolis, qui denegāt resurrectionem, neq; a diabolo, qui vos vult decipere. [Corrumpunt mores bonos colloquia praua.] His verbis ostendit Apostolus p cōfabulationes, malorum hominū & lasciuientiū euertere posse bonum propositum. Assiduitas enim prauū colloquij vitiat mentem. Ac per hoc cauendum est a talibus, quia vitā bonam & honestos atque verecundos mores corrumpūt & deprauant colloquia mala, quoniam deprauatio bonorum allocutio est malorum. [Euigilate iuste & nolite peccare.] Quidam codices habent. Euigilate iusti, quasi illos præciperet euigilare qui iusti sunt, sed falso scriptum est: quia qui iusti sunt nō indigēt admoneri vt euigilēt a somno infidelitatis, & a torpore erroris, Aduerbialiter enim dixit: Euigilate iuste qui estis in somno erroris & infidelitatis nō credentes resurrectionē, & nolite peccare, vt iuste in bonis operibus conuersantes, possitis ad gloriam resurgere. [Ignorantiam enim dei quidā habent.] id est quidam vestrum ignorantiam habent verborum dei, quibus dicitur in euāgelio: Veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & procedent & cetera. [Ad reuerentiam,] id est ad vtilitatem vestram, [vobis loquor.] vt deum timeatis & timendo ametis. Cassiodorus dicit, q̄ reuerentia est timor mixtus amori. [Sed dicet aliquis] vestrum, subaudis dubitans de resurrectione. [Quomodo resurgent mortui?] Quali autem corpore venient? subaudis ad iudicium, [insipiens tu, quod seminas,] in terra [non viuificatur, nisi prius moriatur.] Phisica ratione vtitur exemplo de grano alicuius seminis, quod moritur in terra quando seminatur, quia lacteum efficitur, quod postea potentia omnipotentis Dei viuificatur, & producit multa grana ex se. Quibus verbis ostendere vult, mortua corpora rursus reparari ad vitam, [Est granum quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum.] Ibi manifestatur quod deus qui sua potentia purum granum & nudum ab aristis & culmo, resuscitat in radices, in culmum stipulas, spicas, grana & aristas, ipse quoque non nuda, sed immortalitate & incorruptione vestita, sua virtute sanctorum, resuscita-

Iob. 19.

bit corpora proprijs spiritibus animata. Et sicut nō aliud, sed granum quod seminatur, de terra pullulabit, si non in alieno, sed in proprio resurget vnusquisq; hominū corpore, sicut Iob ait. In carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & nō alius. [Nō omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum.] i. omnis caro nō est vna & similis caro. Omnis quidem caro, quatuor elementorū admixtione formatur, sed vna ex origine diuersa capiūt loca vt volucres aerem, homines terrā, pisces aquas fluētes. Ergo sicut vnumquodq; animal proprium habet corp⁹, nec habere potest alterius, ita vnusquisq; homo suū, non alterius resumat corpus in die iudicij. Et quemadmodum ex vna impensa diuersa est caro animātium, ita vnus carnis homines diuersi erunt dignitate in resurrectione, vt talis vnusquisq; appareat, qualis fuerit meriti [Et corpora cælestia sunt, & corpora terrestria.] Corpora cælestia sūt volatiliū, terrestria hominum & animalium terram continentium. Vel corpora cælestia, sol, luna, stelīa, quæ corporea sunt, vt pote ignea. Nam & videtur [alia cælestiū gloria,] i. dignitas vel claritas [alia terrestriū,] in suo statu. [Stella em a stella differt claritate,] magnitudine et velocitate, [Alia claritas solis, alia lunę &c.] Sicut sol & luna ac stellę cum sint vnus generis, merito tamen dissimiles erunt in gloria sicut ipse manifestat, subdens. [sic] erit [et resurrectionis mortuorū,] quoniā cum multę sint mansiones in domo patris & pro diuersitate meritorum erit retributio cęlestium premiorum, nō quod alibi iste, alibi ille sit remunerandus, sed sicut sol & luna ac stellę omnes differētes a se claritate, in vno sunt cęlo, ita differentes electi meritis, omnes vno coronabuntur in regno. [Seminatur.] i. sepelitur corpus [in corruptione,] quia corrūpitur a vermibus, & scætet atq; putrefcit [surget in incorruptiōe] quia post modum nullo labore vel corruptione corrupetetur. [Seminatur i ignobilitate.] i. sepelitur in ignominia, [surget in gloria] i. in incorruptiōe & in impassibilitate. Ignobilis dicitur, quasi sine nomine, mortuum enim est sine nomine, quia iam non est homo, sed cadauer, quod a cadendo dicitur. Vel ignobilis, id est, sine dignitatis nomine. Quid enim ignobilis, carne mortua? vel quid iterum

gloriosius in creaturis surgēte ea & incorruptelam percipientes? [Seminatur in infirmitate,] quia se nō potest mouere: quoniā immobile redditum est. [surget in virtute] subaudis dei, vel in virtute qua vltra nō possit mori, quia viuēt virtute æternitatis angelicę [Seminatur corp⁹ animale,] quod animā habuit [surget corpus spiritale] Sicut animale corp⁹ nō est anima, sed corpus, ita & spiritale corpus, nō spiritum debemus putare sed corpus, Nam electorum corpora, vt ait Gregorius papa, in illa resurrectione erūt palpabilia per veritatem naturę, sicut dominicū corpus fuit post resurrectionē: quia veram carnem habebūt, sed subtiliora erūt per effectū diuinę potentię. Non erunt spiritus vt palpari & videri nō possint, sed in hoc erūt spiritalia, quia sicut spiritus, i. anima nostra non potest mori, non indiget cibo & potu: ita & illa immortalia erunt, nec indigebūt cibo aut potu: deoq; dicit: Seminatur corpus, id est, sepelitur: quia velut granum viriditate resurrectionis donabit. [Si est corpus animale,] modo in hac vita [est & spiritale] id est, erit spiritale in alia vita, quod nō poterit mori: sicut est iam in Christo: & ita erit spiritale corp⁹, vt supra diximus. [Factus est primus homo Adam in animā viuētē] Hoc scriptum est in Genesi, quod vero sequitur [nouissimus Adam in spiritum viuificantem.] hoc apostolus addidit de suo. Adam factus est in animam viuentem, id est, animalis factus est, & corpus eius animatum est, ita vt si peccaret, sicut & fecit, mori potuisset, ideoque mortalis extitit. Nouissimus Adā id est, Christus, in spiritum viuificantem fuit, quoniam spiritus quem inclinato capite emisit, in resurrectione corp⁹ eius viuificauit. Ergo animale corpus fuit in Adam, id est, mortale, in Christo vero spiritale, quod per resurrectionem est glorificatū. Sed intuentum est, quare C H R I S T V S aut nouissimus Adam aut secundus dicatur, cum multi inter Adam (de quo non est ambigū quin primus sit) & inter C H R I S T V M fuerint. Ad quod dicendum, quia videlicet in Adam peccatore, qui omnes peccatores genuit, comprehenduntur omnes peccatores vsque ad C H R I S T V M. Christus autē sine peccato suos fideles in baptisinate absque peccato facit esse, quoniam chirographū mortis penitus tollit. Itaque se-

eundus vel nouissimus Adam recte dicitur, non ordine sed facti imitatione: quoniam donec ad Christum per fidem ad baptismum transeas, ad primum Adam pertines deinceps vero ad secundum Adam, qui prauaricationes primi remittat. Nam & tu primus es Adam vsquequo baptizeris: secundus, cum baptizaris, [sed non prius quod spiritale est, sed quod animale est, deinde quod spiritale est] quoniam primus homo est mortalis, postmodum vero efficitur immortalis. [Primus homo] Adam [de terra terrenus, secundus homo] CHRISTVS [de celo caelestis.] Vnde ipse ait: Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Non ipse homo se de caelo descendit, sed in diuinitate tamen, cum qua vna est persona. Caelestis autem ideo vocatur, quia caelestis fuit eius incarnatio, natiuitas, resurrectio, & caetera talia quae ipse patrauit, positus in mundo per praesentiam carnis: doctrina quoque eius & miracula eius caelestia fuerunt. [Quia Ihs terrenus,] Adam [tales & terreni] homines, id est, mortales peccatores, [et qualis caelestis,] Adā, id est, CHRISTVS, [tales & caelestes,] qui ad CHRISTVM pertinent, immortales videlicet, & sine peccato. Et hoc sunt modo in spe, in resurrectione autem erunt in re. [Sicut portauimus imaginem terreni,] hominis, id est, peccatum & mortalitatem [portemus, & imaginem caelestis,] in fide & spe, in nouitate vitae ambulantes, & spem resurrectionis habentes. [Caro & sanguis regnum dei non possidebunt.]

Ioan. 3. In scripturis aliquando caro accipitur secundum naturam: ut hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Aliquando secundum corruptionem & mortalitatem siue fragilitatem, ut ibi. Recordatus est quia caro sunt, id est, fragiles & miseri. Aliquando secundum culpam & prauaricationem, in hoc vero loco accipitur tam secundum corruptionem, quam secundum culpam sicut deus dicitur tetra re electos, secundum illud, Tentat vos dominus deus vester. Et sicut dicitur, Deus neminem tentat, ita potest dici, Caro possidebit regnum DEI, & caro non possidebit regnum dei. igitur in electis regnum dei possidebit caro, & sanguis per veritatem naturae, & non possidebit caro regnum dei per corruptionem & mortalitatem, quia immor-

Ioan. 3.

Gene. 2.

Psal. 17.

tales erunt & incorruptibiles, vel etiam, Caro & sanguis per culpam non possidebit, quia nulla erit ibi culpa vel prauaricatio. Itaque caro, id est, mortalitas, & sanguis id est, corruptio, vel homo carnalibus desiderijs deditus, regnum dei non possidebit, & tamen caro & sanguis regnum dei possidebunt in glorificata veritate naturae, [neque corruptio incorruptelam] siue incorruptibilitatem. [possidebit.] .i. resurrectionem non possidebit corruptio aliqua, quia non erit iam in resuscitatis ad vitam mortalitas & corruptio. [Ecce mysterium vobis dico,] id est, secretum & occultum quod latet infideles, vel quod hactenus latuit vos. Nam mysterium Graecum est, quod latine dicitur secretum & occultum. [Omnes quidem resurgemus] id est boni & mali, [sed non omnes immutabimur,] subaudis ad gloriam, id est, non glorificabimur omnes. Illi enim glorificabuntur, qui velut sol fulgebunt in regno patris sui. [In momento.] Momentum est minimum atque angustissimum tempus, vocatum a motu siderum & stellarum, per quod significatur breuissimum temporis spacium. Est enim extremitas horae in breuibus interuallis cum aliquid sibi cedit atque succedit. [In ictu oculi,] Ictus oculi est quod palpebra icit, id est, percutit oculum vel (quod melius vult Augustinus) ne tanta mora fiat in iudicio. Ictus oculi intelligitur, quo solis splendore subito, ut vix cogitari possit, feritur oculus, [in nouissima tuba.] .i. in voce angelica, quoniam dominus in iussu dei patris, & in tuba. .i. in praeconijs angelorum descendet de caelo. Non est enim intelligendum quod tubam corporalem accipiat angelus, vel ipse iudex vocem emittat humanam, sed vox angelorum tuba appellatur propter magnitudinem, vnde dicitur in Psalmo, Ascendit deus in tubilatione, & dominus in voce tubae. Tuba igitur ibi intelligitur vox angelorum quae insonuit, dicens: Hic IESVS qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Vel in tuba dicit, id est, in manifestatione iuxta illud. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, id est, noli facere in manifestatione. [Canet enim,] subaudis angelus, [tuba,] siue cum tuba, id est, insonabit vox angelica. [et mortui resurgent incorrupti,] id est, integri cor-

pore, sine diminutione membrorum & immortales. [& nos] fideles [inmutabimur.] subaudis i melius ad gloriam, quia aeternae vitae immortalitate glorificabimur. [Oportet enim corruptibile hoc] subaudiscorpus [iduere incorruptionem.] .i. quia resurrectio in veritate futura est, oportet ut corruptio tollatur, & incorruptio detur. [Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem.] quasi tangendo & digito demonstrando corpus suum, hoc dicebat A P O S T O L V S. Hoc mortale dicit, quoniam non aliud quam quod deposuero, recipiam corpus [tunc fiet sermo qui scriptus est.] subaudis in Osee secundum septuaginta. [Absorpta est mors in victoria] id est, in gloria & virtute resurrectionis. Sicut parvissima gutta aquae in ignem validum proiecta absorbetur, ita ut non ultra videatur, sic mors absorbetur & deglutietur in victoria & virtute resurrectionis, & ultra iam non sentietur. Nam consumptio mortis gloria erit resurrectionis. [Vbi est mors victoria tua?] Vox sanctorum resuscitatorum insulantium morti, Vbi est (inquiunt) victoria tua o mors qua genus humanum tibi subiecisti, qua etiam filio dei homini factio dominari voluisti & est sensus: Ne gloriaris ultra: quoniam nos iam resurreximus, qui tuam amaritudinem quoadque sensimus. Et quid tibi profuit o mors maligna quae gloriabaris? Ecce qui per te transierunt regnabunt in aeterna vita felices cum Christo qui te superavit [Vbi est mors stimulus tuus?] Sic videtur haec verba sonare, quasi de morte stimulus procedat. Sed quia iste stimulus peccatum est, dat intelligi quod mors de stimulo. i. de peccato processit. Nam primum homo nisi peccasset, mori utique non posset. Peccauit, & ideo mortem animae & corporis incurrit. Nec vero dicitur morti O mors, vbi est peccatum pro quo mundo dominaberis? sed vbi est stimulus tuus? Vnde aperies quid stimulus appellauerit: subdit: [Stimulus autem mortis peccatum est.] id est stimulus qui mortem facit: peccatum est. Et recte peccatum stimulus appellatur: quoniam velut stimulus carnem: sic peccatum pungit & vulnerat animam & corpus. [Virtus vero] id est, fortitudo [peccati lex.] subaudis est: quia quodammodo vires ministrat peccato lex, accendens homo ad peccatum dum prohibet. Naturale namque est humanae fragilitati: ut omne quod plus prohibet

ardentius concupiscatur. Vel virtus peccati est lex: quia per legem quantumcumque sit vni quodque peccatum cognoscitur. Qui enim sine lege peccat videtur ei, quasi impune peccet: cum autem ad legem transierit, si ultra peccauerit quanta virtus peccati. i. quanta magnitudo peccati sit agnoscit. [Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam] subaudis mortis i spe [per dominum nostrum Iesum Christum] Laudat Apostolus deum patrem et persona sanctorum quod victoriam mortis & resurrectionis donum iam habent in spe. [Itaque fratres mei] in fide [dilecti]. i. valde amabiles, [stabiles] siue firmi [estote. & immobiles] ne moueamini a rectitudine fidei deceptione corruptorum [abundantes] siue crescentes [in omni opere domini semper]. i. in preceptis iustitiae omni tempore proficite &c.

CAPVT XVI.



Be collectis autem quae sunt in sanctos] Paulus & reliqui apostoli apud eos quos docebant, curam semper sanctorum gerebant, qui erant Hierosolymis, & suis substantijs expoliati ab incredulis propter hoc quod reliquerant traditiones patrum, & crederent in crucifixum. Ideo praecipiebant apostoli, ut diebus dominicis i vnum confluentes vnusquisque quod sibi videret daret ad opus illorum & colligerent sumptus per singulas ecclesias, ut postea collecti mitterent eis [sicut ordinavi in ecclesijs Galatae.] .i. apud Galatas [ita & vos facite per vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat recondens quod ei bene placuerit, ut non cum venero, tunc collectae fiant] vnam sabbati appellat diem dominicam, quia apud Iudaeos vna sabbati, vel vna sabbatorum, vel prima sabbati vocabatur, qui nunc ob reuerentiam dominicae resurrectionis, dominicus appellatur. In quo praecipit omnem plebem conuenire ad ecclesiam, & congregare illos singulos prout voluerit ad opus illorum qui erant Hierosolymis, & hoc apud se vnum quemque reponere quasi in thesauro: ut veniente Apostolo, haberent omnia praeparata quae volebant mittere: quoniam quod paulatim colligitur: nec graue est: & inuenitur multum. Ideo autem praecipit ad ecclesiam hoc deferre: quod volebat vnusquisque dare: ut dum ille diceret: Hoc volo mittere sanctis qui sunt Hierosolymis de por-

tione mea, alij istius bono exhortarentur ad eadem faciendam. Et tamen ne a malis ministris deperirent illa dona, si apud ecclesiam ea dimitterent, precepit ut secum referret & tuto in loco deponerent: quoad usque ipse veniret. [Cum autem presens fuero, quos probaueritis]. i. quos idoneos iudicaueritis, vel laudabiles ostenderitis & est isto in loco media distinctio, ac postea mox subinferendum. Hos mittam [per epistolas] subaudis meas atque vestras laudatorias de vestra bona voluntate, vel commendatorias, quibus eos apud fideles in Hierusalem commendabo, ut suscipiantur cum pace. [Quod si dignum fuerit ut ego eam]. i. si magna fuerit pecunia, ut ego possim cum honore illam ferre qui sum apostolus & episcopus [mecum ibunt. Nolo enim vos modo in transitu videre] quoniam multa erant corrigenda in illis, que in transitu non poterant corrigi, ideo hoc dicit. [Permanete autem Ephesi usque ad penthecostem.] Non de penthecoste Iudaeorum dicit ut putatur, sed Christianorum, quando spiritus sanctus venit super multitudinem credentium. [ostium enim mihi apertum est magnum & evidens]. i. multa corda hominum parata sunt ad credendum, & iam manifesta sunt quia de illorum fide non dubitat. r. [et aduersarii multi] subaudis qui mihi aduersantur pro suis propinquis & amicis quos CHRISTO coniunxi. [Si venerit ad vos Timotheus] qui hanc epistolam vobis portabit, [vide te ut sine timore sit apud vos] Forisita fuerat apud illos iam cum timore quia pseudo apostoli excitabant persecutionem paganorum contra fideles. [Opus enim domini operatur sicut & ego]. i. doctrinam & miraculorum virtutem ad salutem animarum vestrarum. [Ne quis ergo illum spernat] quia forisita iam illum spreuerat. [De Apollo autem] fratre notum vobis facio fratres.] Hic episcopus Corinthiorum a Paulo fuerat ordinatus, sed ut illi coeperunt dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cepha, cum non potuisset eos sedare, relictis illis abiit Ephesum ad apostolum Paulum, quem cum postea rogaret Apostolus, sicut hic dicitur, ut rediret Corinthum, non iuit: quia incorruptos eos adhuc sciebat [veniet autem cum ei vacuum fuerit] id est, cum vos emendatos esse audierit. [vigilate.] vigilat, qui ad aspectum veri luminis, mentis oculos apertos tenet, vigilat

qui seruat operando quod credit [state in fide] ne succumbatis decepti ab infidelibus, ut possitis audire cum moyses, Tu autem hic sta mecum [viriliter agite] nec molliter, neque muliebriter, sed firmiter pugnate contra diaboli tentamenta [confortamini] subaudis in domino, non in vestris meritis, neque in vestra virtute [omnia vestra in charitate fiant]. i. dilectione dei & proximi, non duplici animo, neque causa inanis gloriae. [Nostris domum stephanæ & fortunati.] stephana nobilis quaedam erat matrona, cuius familia facta erat ecclesia, similiter & domus fortunati [quoniam sunt primitiæ Achaiae.] quoniam primi crediderunt ex Achaiae, & ordinauerunt se ut ministrarent sanctis qui sunt Hierosolymis. [Obsecro autem ut & vos subditi sitis eiusmodi] id est imitatores sitis ministrantes sanctis [et omni cooperanti & laboranti] subaudis, sitis subditi siue imitatores. [Gaudeo autem in praesentia stephanæ & fortunati & Achaici.] Datur intelligi, quod hi tres, stephana videlicet, fortunatus, necnon & Achaicus, expleto omni ministerio suo apud sanctos Hierosolymis, venerunt ad Paulum antequam redissent corinthum. Nam Corinthii erant genere, in quorum praesentia laetatus est Apostolus, [quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt.] vbi datur intelligi quod ministrauerunt Apostolo ex sua substantia, quod alij Corinthii quibus haec scribebat non egerant, unde ait, Quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt, videlicet ministrando mihi. [Refecerunt enim & meum spiritum] utique fame, siti, & laboribus fatigatum [et vestrum] qui letati estis audientes quod mihi ministraret vice omnium vestrum. [Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.] id est, diligite & notate atque imitamini tales viros, vel cognoscite, id est, subdit estote illis cum humilitate, qui talia agunt. [Salutant vos ecclesiae omnes Asiae] id est, salutem vobis optant, quasi dicat: Has ecclesias imitari debetis, quae mihi & sanctis qui sunt in Hierusalem, ministrant de suis substantiis. [Salutant vos fratres omnes.] hic tangit omnes adiutores suos, [salutate inuicem in osculo sancto] id est, casto & vero [salutate mea manu Pauli.] Alius hanc epistolam scripserat, sicut & alias sed ipse APOSTOLVS propria manu in fine hoc addidit. [Si quis non amat dominum Iesum, sit Anathema]

Anathema Græco sermone dicitur perditus vel condemnatus, id est, alienus & separatus a deo. Et subinfert [maranatha] quod magis est Syrum quā Hebræum, tamen si ex cōfinitio vtrarumq; linguarum, aliquid & Hebræum sonet. Interpretatur autem dominus noster venit, vt sit sensus: Anathema, id est, perditio, eis in aduētū domini qui eū nō amant, aut venisse aut venturum esse non credūt [Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum] id est fides, remissio peccatorum, & cuncta dei dona quæ gratis dātur fidelibus [Charitas mea cū omnibus vobis] id est ea dilectione qua vos diligo, diligite vos inuicē & ea charitate qua deum diligo, diligatis eum [Amen] id est, fiat quod opto, vel vera sint omnia superius a me dicta.

Finis.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS
Posteriorem, Argumentum
Haymonis.



Postolo recedente a Corinthijs, cum audisset eos seductos esse a pseudo apostolis, discordias quoq; habere, scripsit eis priorem epistolam, in qua fortiter redarguit illos, qui dissensiones inter fratres seminabant: & eos qui cum illo societatem habebant, necnon & illum qui vxorem patris acceperat, quem præcipit eijci a consortio omnium tradēs illum satanæ ad cruciandum: in qua tradidit eis mysteriū corporis & sanguinis domini, & quomodo deberent illud sumere, & quomodo deberent viri & mulieres in ecclesia stare. De resurrectione quoque instruit illos, & de multis alijs rebus. Postquam vero cognouit eos penitentiam egisse de suis erroribus, illum quoq; a suo consortio exclusisse qui incestū patrauerat, vxorē patris accipiens, scripsit eis a Troa de hac epistolam laudatoriam et consolatoriam, in qua dicit illos misericordiam inuenisse & reuocat illum miserrimū, quē antea tradiderat satanæ, reconcilians illum ecclesiæ, hortaturque illos semper proficere ad meliora.

IN EPISTOLAM PAULI AD CORINTHIOS
posteriorem, exegesis. Caput. j.



Aulus Apostolus Iesu Christi] Et hoc tam satis in superiorib; dictum est, [pvolūtatē dei] patris & totius trinitatis, qm̄ sicut vna substantia trinitatis est & idiuisa maiestas, ita et inseparabilis volūtas, [& timotheus frater] in fide, siue soci' in prædicatione, non tamē equalis ī dignitate [eccl. quæ est Cor.] Forsitā nō habebant adhuc plātū ep̄m, ideo omni ecclesiæ dirigit [Benedict' deus] subaudis pater creator omnīū rerū, qui est [pater domini nostri Iesu Christi] tam secundū diuinitatē, q̄ sc̄m humanitatem. Aliter, Benedict' deus filius, qui erat in principio verbum apud patrē, qui est pater dñi nostri Iesu Christi. .i. hominis a se assumpti, Totius enim trinitatis opere creatus est ille homo. Tñ considerandum, quia diuidimus personas, sed nō distinguimus substantias. A benedictionibus & laudibus inchoauit Apostolus more patriarcharum, sanctorūq; patrū: quod vbi inuenitur, ea quæ sequuntur prospere succedūt [Pater misericordiarū] subaudis sit benedictus qui secundū multitudinē errorum et criminum vestrorū, largitus est vobis penitentiam agētibus multiplices misericordias, indulgēdo vobis cōmissa scelera [& de' totius cōsolatiōis] subaudis sit benedictus. Recte deus totius cōsolatiōis appellat, quia quicūq; cōsolari merentur ab illo, & per illum consolantur. [vt possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt.] Ideo cōsolatur nos Apost. liberando de afflictionibus persecutorū, vt nos iterum nostro verbo & exemplo consolemur illos qui in omni p̄ssura & angustia sunt. Et quomodo? [per exhortationē qua exhortamur]. .i. docemus, liberādi [& ipsi a deo] Exhortatio species est doctrinæ. Verbi gratia. Cum aut verbo simplici, aut exemplo suo vel aliorum cōsolamur aliquem ne desperet de salute, sed sit secur' de venia. [Nolo vos ignorare fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia.] Si diuidimus mundum per tres partes, inuenimus medietatem totius mundi esse Asiam,

Luc. 2.

aliam vero mediocritatem tenere inter Europam et Africam si vero quadripartite illum diuiserimus, erunt partes eius Europa & Africa. Asia maior, & Asia minor, in qua multas tribulationes pertulit Apostolus, dicta est autem generaliter omnis Asia, Asia maior, & Asia minor, a muliere quadam quae totius regni orientis imperium tenuit, quod a suo nomine vocauit Assiam. Ab Indico mari usque ad Britannicum omnes ille insule, Asianae vocantur. Vt ergo Corinthii qui persecutionem sustinebant ab infidelibus, non desicerent dat eis Apostolus semetipsum in exemplum, dicens. Nolo, ut ignoretis tribulationes quas nos sustinemus, ut nostro exemplo roboremini. Quid enim mirum si discipuli verberantur cum magistri decollentur, crucifigantur, et lapidentur? [quonia supra modum grauati sumus & supra virtute] Cum idem Apostolus in epistola prima dicat, Fidelis deus qui non patitur vos tetari supra id quod potestis, quarendum est, quare hic dicat supra modum se esse grauatum. Ad quod dicendum quia licet supra modum sint grauati, id est ultra humanum modum & ultra quam humana fragilitas sua virtute potest sufferare non tamen ultra diuinam virtutem, quae eis tolerantiam sustinendi, & virtutem superandi tribuit [ita] inquit, sumus grauati, [ut tederet nos etiam viuere.] Tegendum est anxietas animi. Aliquando pro aggrauatione ponitur, aliquando pro odio ut hic. Intantum, inquiens, sumus grauati pressuris, ut odio haberemus vitam presentem & vellemus potius mori quam viuere, sed ipsi in nobis inuestigant responsum mortis habuimus? ut non simus fidentes in nobis sed in deo qui suscitatur mortuos. Quomodo potest mors loqui & responsum dare. Nos inquit, ipsi habuimus in nobis ipsius responsum mortis, id est ipsa mors & tribulatio atque angustia dicebat nobis in corde dum cruciaremur: Nolite confidere in vobis, sed in deo quoniam non potestis vestra virtute aut aliorum hominum vincere hos cruciatus. Ponite in deo fiduciam et spem vestram, & ipse qui suscitatur mortuos, poterit utique vos eruere, sic enim videbatur illis quasi de mortuis ad vitam reuocaretur [adiuuantibus vobis in oratione pro nobis] subaudi, facta, ut eripiamur & nos de angustiis huius mundi [ut ex multarum personarum facerem eius quae in nobis est donationis, per multos gratiae agatur pro nobis.] Ecce confusa sententia, Imperitus

enim fuit Apostolus sermone, sed non scientia, sicut ipse de seipso dicit. Istius versiculi ista est constructio: Ideo per vestras orationes liberabit & eruet a pressuris persecutorum ut ex multis personis facierem, id est, hominum, agantur deo gratiae pro nobis per multos homines eius donationis quae donatio in nobis est, sensus autem iste est: Idcirco deus nos liberabit per vestras orationes, ut cum nos fuerimus liberati, referant ei gratiae a multis hominibus, quibus profuimus & profumus, atque prodesse possumus, quod vos exaudierit pro nobis liberando nos. Quod enim dicit multarum facierem, hoc est, quod dicit ex personis. Donationis autem eius dicit gratia qua illi liberati sunt. [Nam gloria nostra]. id est honor & magnificentia nostra [habetur], quae [testimonium conscientiae nostrae] quia conscientia nostra, id est mens nostra prohibet nobis testimonium quod recte credimus bene docemur, sancte viuimus. [et quae in simplicitate cordis & sinceritate dei.] id est, in veritate [et non] duplici animo, neque [in sapientia carnali,] conuersati sumus in hoc mundo, [sed in gratia Dei.] id est, in sapientia quae gratis a deo nobis data est. Pseudo Apostoli conuersabantur duplici corde, quia aliter docebant, atque aliter vivebant. Vel quia potius pro lucris temporalibus praedicationi insistebant, quam pro amore dei & salute aliorum. Philosophi quoque praedicabant in carnali sapientia, id est philosophice: & fucato sermone volentes apparere sapientes, vel in hoc, quia Christum negabant passum mortuum, atque a mortuis resurrexisse [abundantius autem ad vos] in implicitate conuersatus sumus quia cum ab alijs ecclesijs aliquid accepissem, a vobis nihil accipi, ne occasione falsis Apostolis darem accipiendi munera, & ut vos liberius reprehendere possem [non enim alia scribimus vobis modo, quam quae legistis] in prioribus epistola [et cognouistis.] in vita mea atque praedicatione quod [usque in finem vitae nostrae, vel die iudicii] cognoscetis quae scripsimus, & quae praedicaui vobis, [sicut & cognouistis] nos ex parte] non per omnia, quonia non omnia potui mus vobis ministrare & manifestare quae intelligebam de deo, [quia] adhuc paruuli eratis sensu, [gloria vestra sumus] quia vos gloriari potestis, quod sanctos & veridicos praedicatores habetis [sicut & vos gloria nostra eritis in

die domini.] id est, in die iudicii, quando coronam æternæ remunerationis pro vobis recipiemus. [Et hac confidentia] siue spe, securus de vobis, [Volui prius venire ad vos,] quâdo priorem epistolam direxi vobis, vt secundum gratiam haberetis. Habuistis vnâ gratiam, quando primû ad vos veni, dum cito venistis ad fidem, & debui iterum venire vt vos castigare & corripere, [vt] & vosmet ipsos emendantes, [haberetis secundum gratiam.] Sed ideo non veni, quia timui si venirem quod non possem vos ita corripere per meâ presentiam, ne forte impatientes essetis, sicut verbis per epistolas leuius admonendo [Cû ergo hoc voluisssem]. i. cû ad vos venire voluisssem dū non veni, [nūquid leuitate vsus sum?] Leuitate dicitur vt, qui quod promittit verbis, non explet operibus. Et Apost. tunc leuitate vsus esset, si promitteret se venire, & promissum suū non expleret. Sed dum non promissit, quāuis vellet, non tamen vsus est leuitate. [Aut quæ cogito, secundum carnem cogito?] .i. carnaliter & humane. Secundum carnem cogitat, qui per amicitias & honoribus principū & pro lucris temporalibus quæ sperat accipere a diuitibus & principibus, quod promittit alicui, implere differt, non seruans suum promissum [vt sit apud me, est & non]. i. vt promittam me venire, & non veniam & videar veritatem loqui, & mentiar. Minime. [Fidelis autem deus]. i. verax est quia quicquid promittit, opere implet, & ipse quæ est verax, ipse cognouit [quia sermo noster quæ fuit apud vos] quoniam vobis predicauimus, vel qui sit modus de meo aduentu ad vos. [non est in illo] subaudis sermone [est & non]. i. veritas & mendacium aut mutabilitas aliqua, vt verum viderer loqui, & non esset verum [sed est in illo] sermone [est] hoc est, veritas ibi est: quia in veritate locutus sum, quasi diceret, Idcirco aura mendacii non moueor, quia leuitatis vitio non succubo. [Dei enim filius est] subaudis Iesus Christus, [qui in vobis predicatus est per me, & Sylluanum, & Tymotheum.] Sylluanus ipse est Syllas & Syleas sicut Lucius ipse est Lucas. Quare ergo ponitur Sylluanus ante Tymotheum? Quia ante electus est ad fidem, & coniunctus ad predicandi officium a Paulo Apostolo quam Tymotheus. Ideo inquit, quia Iesus Christus filius dei est [non fuit in illo]. i. in Christo [est & non] id est mutabilitas aliqua

aut veritas est mendacium [sed est] .i. veritas [in illo fuit] Ioan. 18. sicut ipse dixit, Ego sum veritas [Quotquot enim promissiones dei: patris] factæ per prophetas de natiuitate Christi passiõe, morte, resurrectione atque ascensione eius, de salute quoque gentium, [in illo est.] id est, in Christo adimpletæ sunt veraciter, qui semper esse habet, & in illo est veritas, promissionum. Vnde ipse dicit pendens in cruce, Consummatum est. i. completa sunt omnia quæ de me prædicta erant. [Ideo & per ipsum Amen, deo ad gloriam nostram] Ideo quia in Christo adimpletæ sunt veraciter illæ promissiones per ipsum, id est, per Christum, amen. i. deo patri veritas tribuenda est ad gloriam nostram, quia sumus eius Apostoli & ministri. Alij addiderunt ante amen, dicimus amen, quod non videtur de textu, sed de glossa. Quomodo autem ad gloriam ipsorum tribuenda est veritas per Christum deo patri? Quia quod Christus in se compleuit, & ipse prædicauit & Apostolis tradidit, & illis prædicantibus deus pater miracula faciendo, ostendebat verum esse quod ipse promiserat: & quod illi prædicabatur, & in hoc gloria erat illorum. [Qui autem confirmat nos] Iudæos [in Christo vobiscum] id est in fide Christi & coniungit in vno lapide angulari duos populos, [et qui vnxit nos] gratia spiritus sancti. i. qua dedit nobis remissionem peccatorum per gratiam spiritus sancti, [deus] subaudis est verus. In veteri testamento sacerdotes & reges vnguntur oleo visibili, in nouo autem omnes fideles vnguntur non tantum oleo visibili in quantum inuisibili, gratia videlicet sancti spiritus in baptismo & per manus impositionem, fiuntque reges animarum, & sacerdotes populorum: vt sanctificet eos, iuxta quod Petrus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. [et qui signauit nos]. i. qui assignauit nos, dædo signum suum nobis: Dum enim dixit Christus, Sicut me misit pater, & ego mitto vos, signum suum in eis posuit. [et dedit pignus spiritus in cordibus nostris.] Pignus est proprie quod propter rem creditam datur, vt dum illa reddita fuerit istud recipiatur. Sed hic Apostolus potius pro ara posuit, quæ deo datur, vt certus sit de promisso, & quod minus deest, compleatur. Nos ergo aram siue pignus accepimus: gratiam videlicet sancti spiritus in baptismo, vt se

curitatem & certitudinem de promissione æternæ patriæ habeamus [testē deū inuoco in animam meā]. i. si mētiar illum inuoco contra aīam meam [quod parcens vobis nō veni vltra Corinthum]. i. ne vobis oneri essem, & vos cōtristarem meo aduentu, peperi vobis ne venirem Corinthū, vltra. i. postq̄ a vobis recessi [nō quasi dominamur s̄ dei vestra] sicut īperatores: qui vnius fidei iā sumus vos & nos [sed adiutores sumus gaudiij vestri]. i. cōgaudem⁹ in fide bonisq; operibus [Nā fide statis.] & ideo nō do minamur vobis, sic debent p̄lati agere, quos vident concordare sibi in bona conuersatione non debent se illis p̄ferre, sed cōquare. Quos autem a via rectitudinis vidēt deuiare, in illos debent autoritatem & potētiam suā p̄positurā ostendere, quod vtrūq; Petrus ostēdit in Cornelio & Anania, humiliās se erga Cornelium, & solo verbo Ananiam cum vxore perdens. CAPVT II.



I enim ego vos cōtristo, & quis est qui me lætificet, nisi ille qui cōtristatur ex me]. i. si ego cōtristo aliquem vestrū fortiter redarguēdo, & acriter corripiendo, quis est q̄ me lætificet, nisi ille q̄ cōtristatur per meā admonitionem de reatu suo promouēdo ad pœnitentiā? Dum enim ille cōtristatur de peccato suo, & agit pœnitentiā, tunc me lætificat. Sic vnusquisq; p̄dicator & p̄latus, quo amplius videt cōtristari subiectos de reatu suo, & lugere pœnitentiā agēdo eo amplius lætificat certus de salute illorū [ne tristitiā super tristitiā habeam.] Modo quidē audiens vos varijs erroribus implicatos, habeo tristitiā, sed si venero ad vos & in correptos vos inuenero, tūc habeo tristitiā super tristitiā, ideoque vos moneo vt corrigatis. [Nam ex multa tribulatione & angustia cordis] quod vnum est, scripsi vobis priorem epistolam [per multas lachrymas] id est, pene quot syllabas dictitabam vel scribebam, quasi tot lachrymas fundebam. Audiens Apostolus quosdam Corinthiorum ad pristina vitia rediisse, & ad fornicationem & pœnitentiā non egisse, insuper quendam illorum accepisse vxorem patris, nimiam tristitiā habuit, & multū

dessebat eos. Vnde & priore epistolam eis misit in qua redarguit eos fortiter, & p̄cepit illum qui incestū patruerat, a cōsortio omnium excludere. Cuius verbis illi obediētes fuerūt, egeruntq; pœnitentiā, & illum a seseque s̄rauerūt. Quod vt Apostolus agnouit, valde lætatus est reducit tamē eis ad memoriā qualiter eos dessebat, & alioquitur illos adhuc, inquiens [nō vt cōtristemini] subaudis hæc scribo modo, qui pœnitentiā habuistis [sed vt sciat̄is quam charitatem habeam abundanti⁹ in vobis] subaudis postq̄ audiui vos pœnitentiā egisse [si quis autē cōtristauit me] subaudis siue ille qui vxorē patris accepit, seu ille qui ad vitia pristina redierūt, [nō me cōtristauit] subaudis solā [sed ex parte.] subaudis cōtristauit vos, q̄ cōdoluistis super illorum reatib⁹, & qui mihi estis in charitate vniti. Sequitur [vt nō onerem oēs vos.] Onerare est onus & pondus aliquid imponere. Sēsus iste est. Non reprehēdi ideo delinquentes, neq; excommunicauit in priori epistola, vt vos onerare mea correptiōe, qui perfecte cōuersamini neque etiā ideo recito talia, vt vos onerem modo excommunicando & redarguendo, sed vt illi corrigent̄ qui a via rectitudinis deuiauerūt [Sufficit illi] fornicatori [qui eiusmodi est,] videlicet qui vxorē patris accepit, [obiurgatio hæc]. i. correptio & redargutio [que fit a plurib⁹,] id est, sufficit illi ad pœnitentiā correptio & obiurgatio generalis, & quod a cōsortio omnium vestrū exclusus est. Nam in priori epistola p̄cepit illū eiici a societate fidelium inquit, Expurgate vetus fermentum, id est illum peccatorem qui vxorem patris accepit, expellite & eiicite a vestro consortio: & ne in desperationem delaberetur si semper exclusus esset a societate fidelium, reconciliat illum hoc modo cognoscens illum esse purgatum, Diabolo etenim suggerente peccauit, & eo flagellante purgatus est quando traditus est potestati illius. [ita vt cōtrario magis donetis,] id est, tunc sufficit ei obiurgatio quæ facta est illi ab omnibus vobis, si econtrario indulgeatis ei quod deliquit, [& cōsolemini] eum [ne forte] subaudis exclusus a vobis [abundanti⁹ tristitiā absorbeat qui eiusmodi est,] id est, ne forte in desperationē cadens suffocet se laqueo vel tradat se voluptatibus hui⁹ seculi dices intra se;

Iam quia a societate fidelium in presenti & futuro ero exclusus, inferam me omnibus delectationibus & voluptatibus. Indulgete ei, & consolamini eum, ne desperet de venia & salute. [Propter quod] subaudis, ne forte absorbeatur anima tristitia, & labatur in desperationem, [obsecro vos] o Corinthii [vt confirmetis in illum charitatem,] recipiendo illum in vestram societatem & communionem, [ideo enim & scripsi vobis,] subaudis ista de receptione illius fratris, [vt cognoscam experimetum vestrum] id est, vt probem [an in omnibus obediētes sitis.] quæ vobis præceperam. Iam superius obediētes illi fuerāt, quando illum a suo collegio expulerūt, & quādo præcepit vt viri nō velato capite mihi nitrarēt in ecclesia; mulieres velato, et volebat adhuc probare obediētiam illorum in hoc, vt reuocarēt eiectū [Cui ante aliquid donastis & ego] Paulo apostolo morante apud eos, cuidam peccanti dimiserunt quod deliquerat, & ipse Apostolus ne videretur ab illorum vnione se iungi indulgētia ipse illi. Vnde dicit modo, Cui aut donastis siue indulgētia quādo apud vos eram, & ego similiter donavi & indulgi. Consuetudo est dicēdi, donauit mihi peccatum. i. indulgētia. Volens ergo Apostolus prouocare illos ad reconciliationem eiecti, et vt ei dimitterēt, vult ostēdere vt sicut ipse indulgit peccati quādo illi dimiserūt, sic & illi indulgeant dum ipse indulget. Quapropter subdit. [Nam & ego quod donavi,] siue indulgi illi [si quid donavi propter vos] qui volebatis ei dimittere, indulgi & ego [in persona Christi,] hoc est vice Christi, qui nobis Apostolis dedit potestatem ligandi & soluendi. Nō leuiter dabat indulgētia Apostolus delinquentibus, nisi illi quem videbat a Christo esse solum, cuius poenitentia accepta erat deo [vt non circūueniamur] id est decipiamur [a sathana] Ideo, inquit, præcipio vobis vt indulgeatis fratri peccati, sicut & ego indulgeo ne decipiamur a sathana qui desiderat discordias generare. Plerūq; dum vnus vult misericordiam exhiberi fratri peccanti dimittendo ei quod deliquit & reconciliationem conuentui fidelium, alius diabolo suadente non vult indulgere permanens in duritia sui cordis. Vnde sæpe solent oriri discordiæ & rixæ inter illos qui dissident & discordant in iudicio, [Non enim ignoramus cogita-

Ioan. 2.5.

tionem eius,] id est astutias dolos & fraudes diaboli non ignoramus, sed scimus. [Cum venissem autem Troadem] Troas ciuitas est Græcorum, quæ troia olim vocata est: & ponitur improprie. Phrygia enim prouincia est Græcorū. Troia regio est in ipsa Phrygia ciuitas vero appellata est Ilium, sicut in Vergilio habetur: Ceciditq; superbum Iliū. Plerūq; ponitur nomen regionis pro ciuitate. & appellatur Troia [propter euangelium Christi] id est, ad prædicandum euangelium Christi, [et ostium mihi apertum esset in domino,] id est, multa corda hominum parata per dominum ad credendū, [nō habui requiē in spiritu meo] id est, in animo meo [eo quod non inueni in Titum fratrem meū, sed valēfaciens eis] id est, salutans eos [profectus sum in Macedoniā:] prouinciā aliam græcorum. Dicit beatus Hieronymus: quia nō inuenit fistulam suā Apostolus id est Titum interpretem suum, ideo recessit. Sed quæstio est in hoc loco: Si Apostolus omnium gentium linguis poterat loqui, sicut ipse dicit in priori epistola. Gratias ago deo quod vobis vestrum linguis loquor, quare recessit a Troade quæ scilicet Titus abesse: maxime cum multa corda essent parata illi ad credendū, quæ hoc modo soluitur, quia dum venisset Troadem, licet multa corda inuenisset parata ad credendū, inuenit tamen multos aduersarios & contradictores philosophos videlicet, magos, & alios plurimos, nec poterat ipse solus vtrūq; agere, & philosophis resistere, & volentibus credere verbum salutis prædicare. Si autem Titum inuenisset ibi sicuti sperabat, ipse vtiq; resisteret aduersariis, & Titus prædicaret simplicioribus qui desiderabāt credere: Apparuit quoq; ei in eodem loco vir Macedo, dicens. Trāsiens in Macedoniā adiuua nos, qui a doctoribus angelus bonus eiusdem gentis præpositus fuisse creditur. [Deo autē] subaudis patri [gratias] referimus [qui semper triumphat nos,] .i. qui facit nos semper triumphare, & victoriā habere [in Christo Iesu] .i. per CHRISTVM IESVM infidelitatem destruendo, & fidem in cordibus credentium plantando, ex infidelibus efficiens fideles [et odorem notitię suę manifestat per nos in omni loco] tā in Iudæis quā in gentibus. Odorem in hoc loco appellat cognitionem sanctæ trinitatis: Aromata igitur & vnguenta cum

1. Cor. 14

A. 9.

1. Cor. 2.

alibi sint, alibi odorē reddunt, sic apostolis prædicantibus fidem sanctæ trinitatis, et notitiam diuinitatis omnipotentis dei, cum ipsa diuinitas non videretur, utpote quæ inuisibilis est, dum per prædicationē apostolorū recipiebāt fidem eius, odorē quodāmodo & cognitionē diuinitatis illius percipiebāt [quia Christi bonus odor sum⁹ deo in his qui pereūt, & in his qui salui sūt] Legimus in Genesi, quod Noe offerente sacrificiū post diluuij cessationem, odoratus est dñs odorem suauitatis in tantū vt benediceret illi & filijs eius Non debemus ergo pueriliter intelligere, quod deus qui spirit⁹ est, in odore & fumo carniū delectatur, sed intentionem illius boni viri sancti appellat scriptura odorē suauitatis, qua delectat⁹ est de⁹. Similiter in hoc loco intelligendum studium & bonam voluntatē intētionēque odorem appellatum, Christi (inquit) bonus odor sum⁹ deo, id est, in Christum credentes, & a Christo edocti, prædicādo mysterium incarnationis eius passionis, resurrectionis, ascensionis, mysterium quoque sanctæ trinitatis, bonus odor sumus illius, quia bonam famam eius ac totius trinitatis gloriam prædicamus, deo subaudis patri placētes, talia faciendo. Et notandū quod subiungat: In his (inquit) qui salui sunt nostra prædicatione, & in his qui pereunt bonus odor sumus CHRISTI, deo patri placentes, quia sicut placet Deo nostrum bonum studium, quod impendimus his qui saluantur, sic placet etiam illud quod impendimus his qui pereunt, quoniam nostra voluntas talis est, vt vellemus omnes (si possemus) saluare: ideoque delectatur odore nostræ intentionis. Siue ergo in his qui saluantur, siue in his qui pereunt, bonus odor erāt apostoli deo patri placentes, quia sinceriter & sine adulatione prædicabāt. [Alijs quidem sumus odor mortis in mortem,] illis videlicet quibus prædicamus: si contemnunt credere [alijs autem odor vitæ in vitā] illis qui audiunt & credunt. Cum vna esset prædicatio apostolorum, quam impenebant omnibus & volentibus credere & non volentibus, quibusdam erat ipsa prædicatio gustus & odor mortis ad mortem æternam, potius quam ad præsentem, quam habemus communiter cū animalibus & pecoribus, quia æternaliter inde danabantur, quod volebant obedire verbis euangelij

quibusdā aut erat odor & gustus vitæ ad vitā æternā percipiendā, quod per illā saluabatur. Sicut enim credentes per illā salui fiebant, ita increduli damnabantur, quia inexcusabiles erāt. [Et ad hæc] subaudis discernenda [quis tam idoneus?] & aptus prædicator est vt possit discernere quod sint eius prædicatione saluandi atque damnandi? Nullus, ideoque omnibus impendendus est sermo prædicationis. [Non enim sumus] nos apostoli [sic vt plurimi adulterātes verbū dei,] Hic percutit pseudo apostolos. Sicut enim adulter non causa amoris filiorum adulterat alterius vxorē, sed causa suæ libidinis explendæ, ita falsi apostoli adulterabāt verbū dei, quia non deo prædicabāt: vt filios spiritales deo acquirerēt, quia falso prædicabāt neque pro remuneratiōe cælestis patriæ, sed pro lucris temporalibus, & fauoribus humanis, in hoc etiam adulterabant verbum dei, quia non recte neque veraciter illud docebant, dicentes Christum non esse mortuum, neque a mortuis surrexisse. Apostoli autem non adulterabant, quia spiritales filios deo acquirere desiderabant, & non pro lucris temporalibus, sed pro premio eterne beatitudinis prædicationi insistentes, neque pro fauore & laude humana rectissime prædicantes, sicut idē Apostolus subdit: [sed ex sinceritate,] inquit prædicamus, id est, ex puritate & veritate: [sed sicut ex deo,] id est, ex spiritu sancto accipimus, ita prædicamus: quia vnus substantiæ existens cum patre & filio vnus est deus [coram deo] subaudis loquimur, id est, sic prædicamus quasi in præsentia dei semper simus positi, & ipse sit noster adiutor. Reuera enim ipse vbique præsens adest. [in Christo Iesu loquimur,] id est ad honorem & gloriam Christi Iesu.

CAPVT III.



Incipimus iterum nosmetipsos commendare? id est, laudare. Nunquid non se & alios iam laudauit paulo superius? Fecit utique & superius, & iterū isto in loco atque in sequentibus. Sed cū sapientia dicat per Salomonē Laudet te alienus, & non os tuum, quare se laudabit Apostolus: Nimirū idcirco vt Corinthios ab amore pseudo apostolorum retraheret ad suum amorem, aliorumque veridicorum Apostolorum, [Aut nūquid egemus

sicut quidam commendatitijs epistolis. i. laudatitijs, que ab alijs gentibus & ecclesijs [ad vos] mittant, [aut a vobis] ad alias, que vobis testimonium laudis & sanctitatis perhibeant, sicut quidam subaudis faciunt, pseudo videlicet apostoli & iudæi, qui accipiunt a scribis & phariseis pontificibusque iudæorum epistolas laudatitias, vt profanis & religiosis a predicatoribus habeantur. Non indigemus vestra laude, neque epistolis laudatitijs quæ nobis testimonium laudis perhibeant. Exponit ergo causam quare non indigeat, inquit: [Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris] Epistola signum est salutis, quia salutem mittentis continet: & de illius salute loquitur, cui mittitur, Epistola, inquit, nostra vos estis o Corinthij scripta in cordibus nostris, quia de vestra salute die nocteque meditamur & cogitamus, & ipsa intentio nostri cordis perhibet vobis testimonium laudis [que] epistola [scilicet] & legitur ab omnibus hominibus, id est, ab omnibus hominibus scitur & legitur non oculis corporeis, sed mente intelligitur illa epistola, id est, hoc quod de vestra salute semper cogitamus [manifestati quoniam epistola estis Christi] Ex superioribus pendet, Vos qui estis epistola nostra scripta in cordibus nostris, vos estis manifestati alijs quæ nostra predicatione ad fidem venistis, quoniam epistola estis Christi. [manifestata a nobis, & scripta, non atramento, sed spiritu dei viui] Illud quod atramento scribitur obliterari siue deleri potest: fides autem que a spiritu sancto scribitur, que semper viuit, æterna est quia sicut ille spiritus æternus est, ita illa fides, æterna est. Manifestati estis, inquit, quod nostra predicatione credidistis, quoniam epistola estis Christi. i. fidem illius habetis, a quo dicimini christiani: que fides a nobis est ministrata, quia fides est auditu est, & a spiritu sancto est scripta in cordibus vestris, quia alij datur fides in eodem spiritu [non] est scripta illa fides [in tabulis lapideis] sicut lex Moysi [sed in tabulis cordis carnalibus] Preuidens omnipotens deus duritiam cordis iudæorum, eandem legem quam eis dabat, in lapide scripsit vt per lapidem duritia cordis illorum designaret. Per tabulas ergo lapideas debemus intelligere dura corda hominum & insensibilia: in quibus non scribitur fides Christi, quia nulla predicatione, nullis terroribus emolliri pos-

Ro. 6.

sunt. Per hoc vero quod dicit. Sed in tabulis cordis carnalibus, debemus intelligere cor molle & sensibile, quod sentit & flectitur ad molliam, & intelligit quod dicitur: recipit & continet, in quibus scribitur epistola Christi. i. fides a spiritu sancto [Fiducia autem talis habemus per Christum ad deum] In hac lectione vult Apostolus differentiam & distantiam facere inter Moysen legislatorem, & Christum datorem euangelij, inter legem & euangelium, inter doctores legis & euangelij: & ostendit quia quanta distantia est inter Moysen & Christum, tanta distantia est inter legem & euangelium, & inter doctores legis & euangelij: demonstrat quoque quia nihil sumus, nisi domini misericordia & gratia regamur. Fiduciam [inquit], i. audaciam & fidem talem habemus per Christum dominum nostrum, cuius passione redempti & reconciliati sumus ad deum. i. apud deum patrem, qualem ego dicturus & scripturus sum in sequentibus [Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est] Hic destruit omnem confidentiam liberi arbitrij: per quod multi putant se posse bonum aliquid agere sine gratia dei: & idcirco ista omnia ait, vt ostendat nihil boni sua virtute & prudentia cogitare aut facere, dicit ergo. Non habemus talem fiduciam vel audaciam, quæ simus sufficientes. i. quod possimus cogitare a nobis aliquid boni de vestra salute vel nostra, quasi ex nobis aliquid boni vobis futurum sit sine gratia dei, sed sufficientia & abundantia nostra ex deo est, qui dat velle posse. i. non solum non valemus bonum aliquid perficere sine dei misericordia & gratia precedente & subsequente: sed nec cogitare. Dei enim gratia nos preuenit vt velimus, & ipsa nos subsequitur vt possimus. Vnde exorabat Psalmista, dicens: Misericordia eius preueniet me, & misericordia tua subsequetur me. Si enim non valemus cogitare, quomodo poterimus perficere? [Qui] subaudis deus, [fecit nos idoneos] id est, aptos & congruos, [ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu] id est, non fecit nos ministros in litera legis, vt predicaremur circuncisionem carnaliter obseruadam, aut sabbati otium, aut neomeniarum vel sacrificiorum ritum celebrandum, sed in spiritali intelligentia euangelij, quod spiritaliter intelligendum est: & cuius obseruatio spiritum sanctum tribuit tempore baptis-

matis. Quod autē dicit idoneos ministros se aliosq; aposto-
 los fuisse ita accipere: idoneus minister est pprie cōgru^o &
 vtilis, atq; illi rei apt^o de qua sermo agit. [Litera em̄ occi-
 dit, spūs autē viuificat.] Duobus modis est intelligendū. Li-
 tera legis Mosaicæ occidit hominem corporaliter, iubēdo
 & nō iuuando. Dum enim dicit lex, nō occides, nō. adulte-
 riū facies: qui occiderit, vel qui adulteriū aut tale aliquid
 perpetrarit, reus erit iudicio, id est, occidēs, igni cremabi-
 tur, lapidibus obruetur, in patibulo suspendetur, & nō iu-
 uat quo impleatur proculdubio ipsa occidit hominē, quæ
 iudiciū dat vt occidatur, licet ipsa non sit causa mortis
 eius. Spiritus autem viuificat id est, euangelium quod spi-
 ritualiter intelligitur, & quod spiritū sanctū præstat, nō
 solū nō occidit hominem in presenti, sed insuper viuificat
 .i. vitā aternā præstat. Nusquā enim euāgelium iubet occi-
 didi hominē: sed prouocat post culpā ad pœnitentiam pro-
 mittens vitam aternam: Pœnitentiam (inquit) agite, ap-
 propinquabit regnū cœlorum. Aliter: Ante dñi aduētum
 erant quædā opera legis, quæ a leuioribus peccatis mūda-
 bant suos obseruatores, verbi gratia. Sicut circuncisio quæ
 originale peccatum tollebat, quamuis aditum patriæ cæ-
 lestis nō referaret, & sicut erant multa, alia pro quibus of-
 ferebantur holocausta, & de quibus dicebatur. Si quis hoc
 vel illud fecerit, offeret arietem aut aliquid tale, & mūda-
 bitur. Post domini autem aduētum, in quo cōpleta sunt, in
 veritate omnia illa figuratiua & vmbatica: quicūq; vo-
 luerit eandem legem carnaliter obseruare, morietur in aīa
 quia anima quæ peccauerit morietur. Vnde & idem Apo-
 stolus in epist. ad Ephesios, ait: Vere dico vobis, quia si cir-
 cūcidamini, Christus nihil vobis proderit. & scimus quia
 quibus Christus nō prodest, mortui sunt in aīa. Qui vero
 spiritualiter voluerit eādem legem seruare, circūcidendo
 se spiritualiter in baptisate, vbi est vera expoliatio vitio-
 rum, obseruando sabbatum id est, quiescendo a prauo ope-
 re & omnipotenti deo spirituales hostias offerendo, sei p̄m
 quoq; mortificādo cū vitijs & concupiscētijs, ille viuēt &
 viuēt in æterna vita. Inde dicit apost. Litera occidit in aīa
 modo. I. literalis intelligētia legis: spūs autem viuificat, i.
 spiritualis intelligētia vitam aternam præstat, [Quod est

Mat. 3.

Leui. 12.

Gal. 1.

ministratio mortis] .i. si lex quæ ministra erat mortis, sicut
 modo diximus, [deformata] vel scripta [litteris in lapidib^o
 fuit] subaudis Moyse [in gloria] ex claritate vult^o [ita vt
 nō possent intēdere filij israel in faciē ei^o propter gloriā
 vultus eius, quæ] gloria vel claritas [euacuatur, quomodo
 non magis ministratio spiritus] .i. doctrina & predicatio
 spiritualis euāgelij [erit in gloria] [suis ministratorib^o &
 obseruatorib^o. Isto ī loco vult oñdere, quæ distātia, sit inter
 legē & euāgelij, & Moysen & doctores euāgelij, sicut
 iam supra diximus. Legimus in Exodo, q; Moysē descēden-
 te de monte, facies eius erat cornuta ex consortio sermōnis
 dei. i. radios quosdam emittebat splendoris, sicut sol intan-
 tum vt non possent intendere filij israel in faciem eius, sed
 qñ egrediebatur ad populum, ponebat velamen super fa-
 ciem suā. Sed quærīt forte aliquis: Quare illis gloriam &
 claritatem mortalis hominis non poterant intendere? Cui
 respondendum est, quia Moyses sanct^o & iustus erat ideo
 quæ coruscabat, suumq; splendorem ipse poterat ferre: illi
 autem qui peccatores erant & increduli, nō fuerunt digni
 contemplari splendorem eius, sensus igitur iste est: Si Moy-
 ses tantam claritatem habuit in vultu, quando legē dedit
 populo, quæ ministra erat mortis, quia mortem minaba-
 tur, quāto maiorē gloriā habebunt ministri euāgelij, qui
 virtutē & iustitiā ministrant, quæ vitā aternā præstāt?
 multo maiorem gloriam & claritatem habebunt: quia eā-
 dem claritatem habebunt, quā ostēdit dñs in monte tribus
 discipulis, qñ visi sunt cum eo Moyses & Elias in maiesta-
 te & claritate. Videbūt em̄ oculis corporeis gloriam clari-
 tatēq; clarificatæ humanitatis filij dei, vt beatus Leo dicit.
 Ipsiq; eādem gloriam habebūt, gloriā vero diuinitatis &
 totius trinitatis mente cōtemplabuntur solummodo: quia
 deus spiritus est, id est, spiritu debet videri. Dicit em̄ bea-
 tus Leo in expositione illius euāgelij, illam claritatem &
 gloriam non fuisse diuinitatis filij dei gloriā, sed humani-
 tatis. Alioqui quomodo esset verum quod dixit ad Moy-
 sen. Non videbit me homo & viuēt: quando ille dixit.
 Ostende mihi teipsum, id est, inuisibilitatem tuam. Altiori
 igitur intellectu Moyses, qui ponebat velamen super fa-
 ciem suam, ne intenderent in eum filij I S R A E L, signi-

Exo. 34.

Luc. 3.

Exo. 12.

ficat ipsam legem, sicut in euāgelio dominus testatur dixisse Abraham ad diuitem: Habent moysen, i. legē. Velamen illud significat intelligentiam literalem & historicū sensum, quo obumbratur ipsa lex, infidelitas quoque & ignorantia cordis iudaeorū. Velamen ergo quod ponebat super faciem suam Moyses, nō senebat illos cernere gloriam vultus eius, quia infidelitas, ignorantia, & peccatum eorū literalis quoque intelligentia, & historicus sensus non permittebat illos penetrare & intelligere gloriam spiritalem intelligenti, quae latebat in lege. Quod vero dicit gloriam & claritatem Moysi euacuata, dicit, quantum ad literam pertinet: quia Moyses mortuo, facies eius quae ante splendore radios emittebat in pallorem versa est. Altiori autem sensu & sublimiori secundum Augustinum, gloria legis quae videbatur esse in festiuitatibus & operibus euacuata est adueniente CHRISTO, quem illa significabat: vel etiam pars spiritualis intelligentiae, quae a quibusdam intelligebatur, sicut a Moysē, Iosue, Samuele, Dauid ceterisque talibus adueniente Christo in quo completa est & a quo manifestata est apostolis ex toto. Statim ut venit plenitudo euacuatum est illud quod ex parte erat, non ut cessaret penitus, & periret ipsa intelligentia spiritualis, sed ut in melius proficeret atque augmentum caperet: verbi gratia. Sicut euacuatur infantia & pueritia, adueniente adolescentia, & adueniente iuuentute euacuatur adolescentia, dum in melius proficit. In euāgelio autem nō fit ita, quia euāgelium spiritualiter intelligitur ex toto, nec euacuatur, quia eternū est. Si ergo illi qui legem operibus impleverunt, ex parte spiritualiter intellexerunt, quae euacuata est, tantam gloriam habuerunt in praesenti seculo, ut terram repromissionis acciperent victoresque postmodum suorum hostium existerent, quanto ampliorē obtinebūt isti qui spiritualiter legē & euāgelium intelligunt, obseruāt, praedicant, & docent, quod nunquam euacuatur? [Nā si ministratio dānationis gloria est: multo magis abundat ministeriū iustitiae in gloria] Repetitio est superiorum mutato sermone. Nā si ministratio dānationis gloria est, id est si lex quae ministra erat dānationis & mortis, tantam gloriam praestitit Moysi suo ministro, & ceteris suis obseruatoribus, multo magis abundat mi-

nisteriū iustitiae, i. euāgelium quod iustificat homines, abundat in gloria eterna. Euāgelium ergo ministerium iustitiae est, quia per illud ministratur nobis iustitia, salus, & vita aeterna tempore baptismatis, sicut dominus dicit Apostolis, Ite, docete omnes gentes. i. ministrare illis euāgelium. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salus erit salute aeterna: quia mundabitur ab omnibus peccatis, & efficietur iustus. Gloria denique euāgelij quae datur ministratoribus eius & obseruatoribus, maior est gloria legis quae splenduit in facie Moysi, quia illa fuit temporalis, & a quoquoque ferri potuit, & videri, ista autē aeterna erit, nec potuit ferri ab Apostolis quando a domino ostensa est in monte, quia statim lapsi sunt in terram velut mortui. Quapropter laboradum est omnibus ut obseruatores simus euāgelij: quatenus ad illam gloriam digni simus pertinere quam promittit. [Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam] in hac parte dicit in Moysē, vel quod in hac parte libri Exodi de splendore vultus illius. Excellētem gloriam appellat, quae dominus glorificatus est in monte, ex qua glorificandi sunt omnes electi, & est sensus: illud quod splenduit in facie Moysi, non est glorificatum, i. non fuit gloria vera, quae euacuari potuit per mortē illius: nec fuit gloriosum cōparatione istius glorię, quae eternaliter manebit & multo amplior erit. In hoc enim quod nulli profuit gloria vultus eius, quasi non fuit gloria, quia non habuit fructum glorię. Aliter, quod dicit in hac parte, quasi in istam partem, i. quod claruit & splenduit in Moysē, nō est glorificatum in hac parte, i. quantum ad istam partem glorię euāgelij pertinet, nō est gloriosum propter istam gloriam maiorem. [Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet in aeternum, in gloria est] id est si lex quae euacuari potuit, in gloria fuit Moysi suisque obseruatoribus multo magis euāgelium quod manet in aeternum, in gloria est suis ministratoribus & cultoribus. Quantum enim inter imaginem distat & veritatem, tantum distat inter gloriam vultus Moysi & gloriam Christi, cui similes erant omnes electi in gloria [Habentes igitur talem spem] videndi & percipiendi gloriam, non talem qualis fuit in vultu Moysi, sed eam quam viderunt tres Apostoli in monte

Exod. 3.

reuelate se domino [multa fiducia utimur] i pradicatioe securi de premio. [Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderet in eum] sic ponet xps in euangelio legis velamē [quod] velamen legis [euacuat] .i. non ponit xps velamē intelligentiē literalis in euangelio & obscuritatem, ut non possint fideles gloriam spiritus in telligētiē penetrare sicut Moyses ponebat, ne in gloriam vultus eius intenderēt, quod velamen significat obscuritatem & obūbrationē legis, quod euacuatur qm̄ a xpo reuelatur & spiritualiter eadē lex intelligit̄: vel nō ita occultabit xps gloriam suam electis, sicut Moyses occultabat faciē suam, ponēdo velamen super faciē suā, quod velamē euacuatur pro eo qd̄ euacuātū est, qm̄ Moyses mortu⁹ est [sed obtusi sunt sensus eorū] .i. licet velamē quod significat obscuritatem legis, euacuatum sit a Christo, & in euangelio nō sit velamen, tamen non ideo penetrant iudaei gloriam spiritus intelligētē que i lege latet, quia obtusi & reuerberati sunt sensus illorum infidelitatis perfidia & ignorantia, quia nolūt in Christi credere, sed semper literam sequi volūt [vsq; in hodiernū em̄ diē id ipsum velamē] .i. ipsa obscuritas & ignorantia [in lectione veteris testamenti manet] subaudis apud iudaeos incredulos [non reuelatum.] subaudis ab illis, quia infidelitas & peccata reuerberāt sensum eorum, nec valēt per se penetrare illam, [quoniam in Christo euacuat] .i. p̄ fidē Christi auferetur velamē ignorantia, non per eorum scientiam, nec reuelabitur illis nisi credāt, [sed vsque in hodiernum diem cum legitur] a iudaeis incredulis [Moyse] .i. lex quā per Moysen data est, [velamen est positum super cor eorum] id est ignorantia & cæcitas intelligentiæ est in cordibus iudaeorum, ne valeāt penetrare spiritalem intelligentiam legis, quā obscura illis & occulta erat, quousq; in Christum credēdo denu detur eis a Christo. [Cū autē cōuersus fuerit ad deum] subaudis ille populus ut credat in Christum [auferetur velamen] .i. obscuritas de lege per Christum, & per gratiam sancti spiritus qui tēpore baptismatis incipit noster habitator esse. [Dominus autem spiritus est, vbi autem spirit⁹ domini, ibi libertas.] Nemo qui fidem sanctæ Trinitatis habet, dubitat spiritum sanctum deum esse, quia tertia per

sona est trinitatis, & tñ non sunt tres dñi: sed vnus dñs & scit̄ ab omnibus fidelib⁹ spiritu sancto dictante legem & euangeliū esse cōscriptū, ideoq; spiritu sanctus dñs est legis & euāgelij, nec est illi aliquid occultū in lege & euāgelio. Ipso quoq; spiritu sancto cooperatē per fidē domini eꝝ passionis liberamur in aia ab omnibus peccatis de qua libertate, dicit dñs in euāg. Si vos filius liberauit, vere liberi eritis. Per ipsum etiā datur fidelibus facultas intelligendi diuinas scripturas, spirit⁹ ergo sanctus domin⁹ est scripturę legis & euāgelij, ideoq; nihil latet eū ex his que ibi cōtinentur, neq; velamen alicuius obscuritatis & dubietatis opponitur eis: sed magis ipse reuelat que ibi latēt, sicut sequētia manifestant [vbi autem spiritus domini est, ibi libertas,] est animę, & facultas intelligendī vetus testamentum & nouum. i. quemcunq; repleuerit spūsc̄tus per fidē domini nostri Iesu Christi, ille habet libertatem animæ & facultatem discutere obscuritates legis, & gratiam euāgelij penetrare. [Nos vero omnes] subaudis Apostoli & iudaei credentes, omnesq; qui libertatem animæ & facultatem diuinę legis cōsecuti sumus, [reuelata facie] cordis, id est, manifesto intellectu mentis per fidem Christi & intelligentiā scripturarum [gloriam domini] quam ostēdit tribus discipulis, & quam percepturi sunt omnes electi sumus nos [speculantes] id est, contemplantes in speculo mentis per fidem & spem cernentes. Inter speculam & speculum hoc interest, quia specula est turris in ciuitatib⁹ & locus, vnde speculatur a longe ex qua parte superueniant hostes: speculum vero est, vbi contemplari solent homines imagines vultusq; suos & aliorum, de quo hic dicitur, speculum ergo nostrum, mens nostra est: quia sicut in speculo contemplatur imago & vmbra, ita nos in præsenti mente videmus & contemplamur illam gloriam, quam percepturi sumus in re. [in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem.] in Græco habetur, ut beatus AUGUSTINVS dicit, a forma in formā transducimur. Homo (sicut in Genesi habetur) ad imaginem dei factus est, sanctus, iustus, immortalis, & incorruptibilis, quam imaginē & formam peccando amisit, & cecidit in formam mortalitatis, corruptionis, &

Ioan. 8.

Gen. 1.

iniustitię. Ab ista ergo imagine iustitię & forma trāffor-
 mamur & trāsducimur iam in spe & fide in eandē ipsam
 imaginem & formā quam perdidimus, a forma videlicet
 creationis ad formā iustificatiōis, a forma mortalitatis &
 corruptionis, ad formā immortalitatis, a forma filiatōis
 qua filij dei modo sumus in spe, ad formam contemplatio-
 nis & visionis, a forma obscura ad formā lucidam, de qua
 Ioānes ait. Filij dei sumus in spe & nondū apparuit quod
 erimus in re. Ab ista obscura forma trāsducemur ad luci-
 dam, quādo similes deo erimus, quoniam videbimus eum
 sicuti est. A claritate quoq; spei transformamur ad clara-
 tem speciei, & a claritate spei ad claritatē rei, vt quod mo-
 do tenemus in spe, & credimus nos adepturos, quandoq;
 possideamus in re. Et bene cū dixisset, trāfformamur a cla-
 ritate spei in claritatē speciei & rei [tāq; a domini spiritu]
 vt ostēderet talem gloriam dari, quę sublimitati cōgruat
 dantis. Moyssi enim gloria & claritas, nec tāta fuit quanta
 Christi in mōte, nec perennis. Tantum enim deus cōcessit
 fidelib⁹ suis, vt spiritūscm det eis pign⁹ illius glorię quā
 promisit. Sicut em̄ qui pignus vel arrā accipit, securus est
 de p̄tio quod remanet ex promisso, ita fideles qui tēpore
 baptismatis spiritum sanctum pro pignore & arrā accipi-
 unt, securi sunt de promissionibus patrię cōlestis, quia ab
 illo transformantur in spe ad illam gloriam.

1. Ioan. 3.

Exod. 3.
Mat. 17.

CAPVT. IIII.



Deo habētes hanc administratiōē] subau-
 dis spei. i. habentes fidutiā & spē transfor-
 mandī, quę spes & fiducia a spiritu sancto
 nobis ministrat [iuxta quod misericordiā
 consecuti sumus] nō secundū meritum no-
 strū [non defecimus,] inter aduersa huius
 seculi, sed multa fiducia vtimur in prędicatione, fortiter
 tolerantes omnia incommoda, securi de p̄mio & gloria
 [sed abdicam⁹ occulta dedecoris]. i. respuim⁹ & abijcim⁹
 omnia turpia a corde, ore, & opere nostro, quę maxime in
 occulto solent fieri [nō ambulantes in astutia]. i. in callidi-
 tate hu⁹ seculi astutia dicitur ab hasta. i. acumine, eo q; ni-
 mium sit acuta ad decipiēdos homines [neq; adulterantes
 verbū dei] sicut pseudo Apo. multis modis [sed in manife-

statione veritatis] subaudis prędicamus verbum dei, non
 fucato sermōe, neq; philosophico, sed simplici vt simplices
 quicq; possint illud intelligere. [cōmendātes nosmetipsos
 ad omnem conscientiam hominum] id est laudabiles nos
 facientes ad omnes homines sancte viuendo, bene prędi-
 cando. [coram deo] id est, in presentia dei, cui placet quod
 agimus vel coram deo, quia sicut ab illo nobis datur, ita
 prędicamus in presentia illius quem cognoscimus nobis
 adesse presentē. Poterat aliquis dicere, quomodo prędicatis
 in manifestatione, cum omnes non intelligant quę dicitis
 neq; credant? Ad hęc subiunxit Apost. [Quod si opertum
 est euangelium nostrum]. i. si clausum est & obscurum vt
 non intelligat, [in his qui pereunt, est opertum] quasi di-
 cat. His qui pereunt in infidelitate, illis est opertū, quia nō
 inspiratur eis a spiritu sancto, neq; volunt credere: volenti-
 bus autē credere, manifestum est. Audiebāt siquidem om-
 nes prędicationē Apostolorum, sed illis qui volebant cre-
 dere, manifestabatur, illis vero qui in infidelitate permane-
 bant occulta bāt, [in quibus deus huius seculi excecavit mē-
 tes infidelium.] Quidam hęreticorum, & Marcion, alijq;
 pseudo Apostoli hunc versum male distinguentes, deum
 huius seculi dicebāt esse appellatum in hoc loco diabolum
 de quo dicitur. Omnes dij gentiū dæmonia, licet enim dij
 appellātur, nō sunt dij. Ita ergo est distinguēdus vt primū
 dicat, in quib⁹. i. in illis q; pereūt, deus ver⁹. & deīde infert
 Excecavit mentes infidelium huius seculi, cum nō illumina-
 uit, sicut indurauit cor Pharaonis cū non emolluit [vt nō
 fulgeat illuminatio euangelij] in illis. i. fides & doctrina
 euangelij & gloria Christi. Quod euangelium gloria Chri-
 sti est, quia ibi narrātur natiuitas eius diuina & humana
 virtus miraculorū, passio, resurrectio, ascēssio ad cælos, ad-
 uentus ad iudiciū [qui] Christus [imago est dei] patris. i. si-
 milis ei in omnibus secundū diuinitatem. [Non enim nos
 metipsos prędicamus, sed Iesum Christū dominū nostrū]
 .i. non quærimus nostrā laudem, non lucra tēporalia sed
 gloriam & honorē Christi prędicamus & quærimus, & vt
 ab illo remuneremur. Ille enim seipsum prędicat, qui culto
 sermone loquitur, & veritatē euangelij querit fucare, vt
 prędicetur ipse sapiēs esse & laudet, & qui potius p̄ lucris

Asal. 66.

Exod. 10

tēporalibus prædicationi insisit, quam pro vita æternâ.
 [quoniã deus qui dixit] subaudis in principio creaturârũ
 [de tenebris lucem splendescere.] dicens cum adhuc tenebræ
 essent super facie abyssi. Fiat lux, & facta est lux. [Ipse
 illuxit i cordibus nostris] lumē fidei & doctrinę qui te
 nebræ antea eramus, [ad illuminationem scientiæ clarita
 tis dei] in nobis [in facie Christi Iesu.] Ordo est. Deus qui
 dixit, Fiat lux, cū adhuc tenebræ essent, & facta est lux, il
 luxit cordibus nostris lumē fidei & doctrinæ in facie Chri
 sti. i. in præsentia Dei, & per præsentiam Christi ad illumina
 tionem & demonstrationem scientiæ diuinitatis suæ. Per
 præsentiam ergo Christi manifestata est cognitio Dei pa
 tris, atq; totius trinitatis, sicut ipse Christus dixit, Pater ma
 nifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi nõ il
 lud quo deus diceris, sed quo pater vocaris. [Habemus au
 tem thesaurum istum in vasis fictilibus,] thesaurum hic di
 citur theca & depositio auri. Thesaurum autem appellat
 Apostolus isto in loco sacramētũ cognitionis sanctæ trini
 tatis, & mysteriũ incarnationis filij dei; quia sicut thesau
 rus in occulto & secreto ponitur loco, ita istud mysteriũ
 in cordibus illorum erat reconditum. Vasa fictilia vocat
 corpora fragilia, quæ ex limo terræ facta sunt, & varijs
 passionibus & infirmitatibus subiacent, fame, siti, nuditati
 cæterisque talibus. [vt sublimitas sit virtutis dei] i nobis [&
 non ex nobis.], i. vt altitudo virtutis dei annuncietur per
 nos & appareat, quia non est ex nobis, neque illa sapien
 tia, neque virtus miraculorum, sed ex deo quæ per nos ta
 men ministratur, ac si diceret alijs verbis. Thesaurum gra
 tię spiritualis quod prædicamus. & quod signa miraculorũ
 facimus in corpore fragili baiulamur: & quod etiam fre
 quenter dum alios sanamus ipsi infirmamur, subiacent
 fami, siti, vt quod facimus, non nostra virtute, vel nostris
 meritis, sed sublimitas potentiæ dei esse intelligatur, [In
 omnibus] modis & locis [tribulationem] diuersam [pati
 mur, sed nõ angustiamur:] id est, licet tribulationes & an
 gustias sustineamus, tamen non ita constringimur siue an
 gustiamur, vt cędamus loco a prædicatione, & cessemus a
 nostro proposito. [Aporiamur,] est, cõuiciamur, & impro
 peria sustinemus, vel quod melius est quasi pauperes abij

ciur. [sed non destituimur:] id est non derelinquimur a
 deo, sed positus in paupertate & inopia, adest nobis pastor
 deus. Apros Græco vocabulo latine dicitur pauper, inde
 aporiare, pprie quasi pauperem abijcere. [Semper mor
 tificationem Iesu in corpore nostro circūferentes] siue por
 tantes, id est, semper sumus mortificantes membra nostra
 cum vitijs & cõcupiscētijs, [vt & vita Iesu] quia ipse mo
 do viuit immortalis [in corporib⁹ nostris] manifestetur.]
 post generalem resurrectionem, aliter Christus sicut passi
 tur & vesceatur in suis, sicut dicit electis. Quoad his mini
 mis meis fecistis mihi fecistis, ita occiditur & mortificatur
 atq; flagellatur & persequitur in suis. Nonne in Stepha
 no persequēbatur & lapidabatur, quando dixit, Saule Saule
 quid me persequeris? Sic dixit etiam Petro, Venio Ro
 mam iterum crucifigi in te. Semper (inquit) mortificatio
 nem Iesu in corpore nostro sumus circūferentes siue
 portantes, i. semper mortificatur Iesus in nobis, & occidi
 tur vt sicut ipse in nobis modo occiditur, & nos pro ipso,
 ita etiam ipse viuat in nobis, & nos viuamus in illo. Et
 sicut ipse iam non moritur, ita & nos post resurrectionem
 viuamus immortales & incorruptibiles, [Semper enim nos qui
 viuimus in presenti seculo fide bonisque operibus, in mortem
 tradimur propter IESVM] id est, pericula mortis sustinemus propter
 nomen & fidem Christi quam prædicamus [vt & vita Iesu]
 qua ipse iam viuit, [manifestetur in carne nostra
 mortali,] vt vita qua Christus resurrexit a mortuis,
 & qua modo viuit, huic nostræ mortalitati præsteret
 immortalitas & incorruptio, vt post resurrectionem pro
 missam non timemus mori. [Ergo mors in nobis opera
 tur,] subaudis quod suum est, quia semper mortificat nos
 per multas tribulationes & angustias [vita autem] i. fides
 qua iustus viuit, [in nobis] operatur quod suũ est, & tra
 hit ad vitam æternã, & est sensus, Propter vitam æternam
 quam nos vobis prædicamus, & fidem quam vobis mini
 stramus, morimur & interficimur, quotidie pericula mor
 tis sustinendo, [Habemus autem] nos Apostoli cæterique
 credentes, [eundem spiritum] dei, subaudis quem habue
 runt patres veteris testamēti; quia quod illi prædixerunt

de Christo implendum, nos credimus iam adimpletum. Si militer de salute gentiū, sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum & nos credim⁹ propter quod & loquimur, [scientes quoniā deus] pater [qui suscitauit Iesum & nos cū Iesu suscitabit,] in die iudicij, i. per virtutē Iesu & cōstituet vobiscum,] in gloria eterna: [Omnia enim] subaudis aduersa huius seculi [propter vos] sustinem⁹ o gēti lestiqua vobis fidē & vitam æternā prædicamus [vt gratia abundans per multos in gratiarum actione, abudet in gloriam dei,] Gratiam abundantem appellat magnā sapientiam diuinam, quæ gratis illis data est, Ordo est iste. Ideo aduersa huius seculi propter vos sustinemus, vt magna sapientia diuina quæ nobis gratis data est, abudet per multos credentes in gloriam: & laudem dei cum gratiarum actione, videlicet vt plurimi credentes per nostram doctrinā, gratias & laudes referant deo. Quidam codices habent, vt sapiētia diuina abundet per multas gratiarum actiones in laudem dei, q̄ non discrepat a sensu. [Propter quod] subaudis vt sapiētia diuina abundet per multos credentes in laudem dei, [nō deficimus.] inter pericula mortis a fide [Sed licet is qui foris est noster homo corrūpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.] Homo exterior appellatur corpus, interior vero anima. Licet autē ex duabus substantijs & naturis constet homo, tamen non sunt duo homines, anima & corpus, sed vnus homo. Homo qui foris est corpus videlicet, quando amplius corrūpitur tormentis & tribulationibus, eo amplius renouatur interior, i. purgator existit anima, [id em̄ quod i præsentī est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.] Momentum, breuissimum est spatium temporis dictum a celerrimo siderum motu. Sensus & ordo verborum iste est: Omne tormentum tribulationis nostræ quæ in præsentī est, momentaneum, siue breuissimū & leue ad tolerandum, operatur in nobis æternum pōdus gloriæ, id est magnitudinē gloriæ i sublimitate patriæ cœlestis, supra modum & supra omnem mensuram, quia non potest comprehendī quāritas illius gloriæ: neq̄ mensurari tempore: quia sine fine & sine termino erit æternaliter pmanēs [nō

contēplantibus nobis quæ videntur, sed quæ nō vidētur] .i. nō cōsiderantibus nobis & attendentibus honores diuitias & lucra temporalia quæ videntur & nobis promittuntur ab amatoribus huius seculi, sed gaudia patriæ cœlestis, quæ nō videntur oculis corporeis, illa cōsideramus. Poterat aliquis dicere, Quare non consideratis ista temporalia? Ad hæc Apostolus subdit: [Quæ enim videntur temporalia sunt] & transitoria [quæ autē nō videntur] nisi per fidem [æterna sunt] ideoq̄ illa postponimus, & ista amplectimur quæ mansura sunt.

CAPVT V.

Cimus enim quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, .i. si corpus nostrum terrenū, mortale & corruptibile in quo anima nostra habitat, dissoluatur per egritudinem, per tribulationes maximas, & per mortē redigatur in puluerem [q̄ ædificationē habeamus ex deo:] siue a deo, [domū nō manufactā sed æternā in cælis.] Quod dicit ædificationē, hoc appellat domū nō manufactam, corpus videlicet immortale, q̄ non fiet manu, id est, complexiōe maris & foemine, sicuti istud sed in virtute omnipotentis dei reparabit, vt sit immortale & æternū, & sit in cælo semper, & est ordo atq̄ sensus: Si mortale hoc corpus, vbi modo habitat anima, dissolutū fuerit per mortē, scimus & certi sumus q̄ a deo habebim⁹ in cælis æternā ædificationem, & domū nō manufactam, corpus videlicet immortale, virtute dei reparatū [Nā & in hoc] subaudis corpore mortali positi [ingemiscimus] id est, cum gemitu postulamus absolui ab hoc corpore mortali, [cupientes superindui habitacionē nostram quæ de cælo est.] id est, immortale corpus cupientes recipere. Quod ideo de cælo dicitur esse, quia cœleste erit & in cælis habitabit, superindui autem, id est, super animā, sicut modo isto mortali ē anima vestita, [si tamē vestiti.] subaudis a christo, [& nō nudi inueniamur,] ab illo & est sensus, Tūc recipiemus corpus immortale ad gloriā, & tunc erit cœleste si in die mortis nostræ vel in die iudicij fuerimus vestiti christo vt ipse sit nobiscum, & nō fuerimus inuenti nudi ab illo, & ab eius protectiōe alieni. Omnes enim electi christo sunt vestiti, quia ipse est eorū protectio, sicut apostolus dicit: Quotquot i christo baptizati estis, christū

Psal. 3.

induitis. i. Christum habetis protectorem. [Nā & qui sumus in tabernaculo isto] .i. i corpore mortali, quasi viatores in papilionibus. [ingemiscim⁹] .i. dolem⁹ [grauati] fame, siti, nuditate, alijsq; periculis. [eo q̄ nolum⁹ expoliari] ab hoc corpore mortali, [sed] volum⁹ [supuestriri] immortalitate nō interueniēte morte [vt aborbeat quod mortale est a vita] .i. vt illud qd̄ mortale i nobis & corruptibile, deglutiat ab immortalitate et vita māsura, sicut cōsumitur paruissima gutta aqua, auidi ignis proiecta i maximum incendium, ac si diceret: Ideo ingemiscimus in hoc corpore mortali, qd̄ grauatur varijs angustijs: quia si posset fieri, nollem⁹ mori, sed vellemus vt ipsa mors in nobis deficeret, & reciperemus in præsenti seculo immortalitatem, vt nūquā moreremur, sed nullo modo fiet illud in præsenti seculo. [Qui autem efficit nos in hoc ipsum] .i. qui perficit nos immortales in alia vita, [deus] est ops [qui dedit nobis] in se credētib⁹ [pignus spiritus sancti] id est, vadium dedit nobis tempore baptismatis, gratiā spiritus sancti, vt securi simus de promissa gloria hæreditatis. Si enim tantum est pignus, quanta erit hæreditas & cōpletio promissionis? [Audētes igitur semper] id est, audaciam habemus, & ausi sumus dicere habere nos pign⁹ spiritus sancti [&] sumus [sciētes quoniam dum sumus in hoc corpore] mortali [peregrinamur a domino] id est lōge sumus a domino. Cum idem APOSTOLVS dicat alibi, confirmās sententiam cuiusdam gentilis, quoniam in ipso id est in deo viuimus, mouemur, & sumus & cum deus vbique sit, Et etiam omnis locus in ipso sit, vnde & vbique præsens est, quare dicit modo nos longe esse a domino? Nimirum ideo talia dicit, quia proprius locus omnipotentis dei cælū dicitur ibique semper videtur ab angelis sanctis & hominibus iustis: & quia hic positi vbi nō videtur ipse neque gloria æternæ beatitudinis, longe ab illo dicimur esse & peregrinari ab illa gloria [Per fidē enim ambulamus, & non per spem] id est, per fidem & spem tēdimus ad patriam cælestem, & non per speciem neque per rem, quia nondum videmus quod erimus. [Audemus autem] subaudis dicere, [& bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad D E V M,]

Actu. 17.

in anima subaudis, q̄ præsentes esse in corpore: & absentes esse i aīa a deo. i. magis desideram⁹ iā esse in pñti a deo alie ni a corpore isto mortali, quam esse in hoc corpore mortali vbi nūc longe sumus a dei cōtemplatione. [& ideo] quia hanc voluntatem habemus, [contendimus] & laboramus [placere illi, siue absentes] simus, manētes in corpore mortali [siue præsentes] in anima: quia qui hic positus placet deo, illic non displicet ei. [Omnes enim nos manifestari] & præsentari [oportet ante tribunal CHR ISTI] tribunal sedes excelsa est iudicum & præsidium qui dantes iudicia populis, in excelsa loco resident, vt possint videre reos & innocētes, & vt ipsi etiam videri possint ab omnibus. Pro magnitudine ergo potestatis & iudicis, magnitudo tribunalis & iudicii est nāda est: quia illi potestas æterna ita apparebit excelsa super celū & terram, vt ab omnibus possit videri, bonis, scilicet ac reprobis, vt videāt in quē pupugerūt [vt referat] .i. reportet siue recipiat [vnusquisq; propria corporis] subaudis merita [put gessit, siue bonū siue malum.] Cū multa & maxima peccata gerantur solo animo sicut odium, inuidia, superbia, & illud quod dixit in Psal. 13. piens in corde suo: Nō est deus, quare dicit de his solū modo hoīem iudicādū quæ corpore operatus est, videlicet de homicidio, adulterio, & ceteris talib⁹? Quod ergo dicit vt recipiat propria merita corporis sic est intelligendum, vt recipiat propria merita quæ gessit eo tēpore quo in corpore fuit vt per corpus intelligat corporis tēpus. Ex hoc quoq; loco proposuit beato augustino quæstionem Pauli Nolanus episcop⁹, qd̄ prodesse homini mortuo orationes & eleemosynæ, quæ post mortē illius a parētib⁹ & amicis pro remedio aīæ implent, si homo tantūmodo propria merita est receptur⁹, quæ eo tpe gessit quo i corpore fuit? Cui respōdit beatus Augustinus nullo modo pdesse ea quæ post mortē fiūt a parētib⁹ illi q̄ iā mortu⁹ est nisi in hac vita positus, bona intētionē & volūtatē atq; inchoatōe hoc pmeruerit, vt illa accepta sint deo quæ posterius exitū celebrant a parētib⁹. Huius etiā sententiæ cōcordans beatus Gregorius, dicit: sciēdū quia saltē de minimis nihil q̄q; purgationis post mortē obtinebit, nisi in hac vita positus hoc promereatur, vt illic veniam possit assequi. Tria

Psal. 13.

debemus cessare fratribus impendere hoc quod ab illo accepimus: & etiam si necessitas fuerit, animas pro salute aliorum ponere. [Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem] Perfectos Corinthiorum alloquitur. Sed nunquid illi quoniam ista loquebatur, non erant in carne? Erant utique, sed ita est intelligendum: Ex hoc id est ex quo vocati estis ad fidem neminem vestrum perfectorum nouimus secundum spiritum carnalium & temporalium rerum viuere, sed in spe celestium premiorum [Et si cognouimus Christum secundum carnem] subaudiis mortalem fuisse & corruptibilem [sed nunc iam non nouimus] subaudiis illum mortalem & corruptibilem, sed immortalem & incorruptibilem, & est sensus: Ideo non estis positi in spe rerum carnalium & temporalium, quia in spe & fide iam estis immortales et incorruptibiles securi de premio [Si qua ergo noua creatura est]. i. nouus populus per fidem & per aquam regenerationis. [vetera transferunt] illis i. lex veteris testamenti in sacrificijs, circuncisione, sabbati otio, ceterisque talibus [ecce facta sunt omnia noua.] in euangelio, circuncisio, videlicet spiritalis, que fit in baptismate ubi est vera expoliatio peccatorum. Similiter de ceteris intelligendum. vel vetera transferunt, in fidelitas, peccatum & cetera que ad veterem hominem Adam pertinent: & facta sunt noua, fides videlicet, iustitia, obedientia, charitas ceteraque virtutes ad nouum hominem. i. Christum pertinentes. Aliter: si qua noua creatura est. i. nouus populus, vetera transferunt illis iam in spe, mortalitas videlicet & corruptio, & facta sunt noua similiter in spe iam mortalitas & incorruptio vel usus est preterito pro futuro, pro eo quod est, vetera transferunt, & fient omnia noua, iuxta quod Ioannes dicit: Erunt omnia noua [Omnia autem] subaudiis genera inuolutionis [ex deo] patre nobis procedunt [qui reconciliauit nos sibi per Christum]. i. per passionem Christi, [& dedit nobis] apostolis [ministerium reconciliationis.] Illi reconciliantur, qui antea inimici erant. Et nos inimici eramus deo patri, non pro natura quam ipse fecit sanctam & bonam, sed per vitium quod nos addidimus. Ablato ergo peccato quod nos addidimus, per sanguinem Christi reformata est natura ut fuerat creata, & reconciliati sumus deo patri. CHRISTVS ergo procurans nobis reconciliationem per suam passionem, redijt ad deum patrem vnde venerat

Sed ne imperfectum siue infectum remaneret quod nobis procurauerat, ministerium reconciliationis dedit suis apostolis ut ipsi nobis annuncierent redemptos esse sanguine Christi & sua predicatione reconciliarent nos. Sicut enim ipse dixit Ioan. 6. sicut misit me pater, & ego mitto vos, etc. docete omnes gentes. [Quonia deus] pater [erat in Christo mundum reconcilians sibi,] per illum. Deus pater in filio erat, & filius in patre, sicut idem filius ait: Ego & pater vnum sumus. Et. Ego in patre, & pater in me est. Aliter ergo erat in Christo, atque aliter fuit in prophetis & apostolis per quos loquebatur. In illis erat per gratiam, in Christo erat per unitatem substantie: quia vnum sunt mundum reconciliauit sibi per Christum. i. omnes predestinatos ad vitam eternam non reputans illis]. i. creditibus [peccata ipsorum] postquam ad fidem venerunt: quia quales antea fuerant non attendit: sed quales futuri erant [& posuit in nobis verbum reconciliationis] id est, doctrinam euangelij [Pro Christo ergo legatione fungimur]. i. vice Christi ministerio fungimur [tamquam deo exhortat per nos] subaudiis homines ad credendum [Obsecramus pro Christo]. i. vice christi [reconciliamini deo] patri per fidem & iustitiam, auferentes a vobis omne peccatum quod a deo vos separat [eum]. i. Christum, [qui non nouerat peccatum,] deus pater [pro nobis peccatum fecit]. i. hostiam pro peccato. Sic enim appellatur hostia pro peccato, maxime in septuaginta interpretibus, qui soliti sunt dicere. Pone enim manum suam super caput peccati, i. super caput hostie pro peccato. Sed quaestio oritur in hoc loco. Quomodo iudicet deus & vindicet in homine peccatum, si ipse peccatum non nouit? Quae ita soluitur, quia nouit per sapientiam peccatum esse malum, sed non nouit experientiam, ut aliquis peccaret, verbi gratia, sic dicimus: Iohannes euangelista quando scripsit suum euangelium nouit mentiri, id est, nouit mendacium per sapientiam, sed non nouit per voluntatem ut vellet mentiri, neque per experientiam quando illud scripsit. Ideo fecit deus pater hostiam pro peccato Christum: [ut nos efficeremur iustitia dei in ipso] id est, ut efficeremur iusti per misericordiam dei patris in ipso, id est, per Christum, vel in ipso id est, in corpore Christi coniuncti, [adiuuantes autem] vos nostra predicatione & exemplo,

Ioan. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Leuiti.



Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Exhortatio species est doctrinae, dum quilibet verbo aut exemplo consolationem praestat alicui, verbi gratia, videt aliquis nostrum fratrem suum in mœrore & tristitia positum propter amissionem filiorum & vxoris, aut propter damnum temporalium rerum, dum ei reducit ad memoriã & in exemplum, quanta & qualia sustinuit beatus Iob patiens, & quomodo postmodum meruit propter patientiã suã omnia recipere in duplum: Ista talis cõsolatio & admonitio, exhortatio est dicenda, videt etiam aliquem contristari & dolere propter amissum lumen oculorũ, dum ei reducit ad memoriã beatum Tobiam, & cõsolationem ei ex hoc aliquam praestat, exhortatio est. Dũ videt etiam alium dolore nimio cõstringi, propter peccatã suã, & pene in desperationẽ lapsus, si verbo aut exemplo cõsolationem praebet ne desperet de venia aut salute dans ei exemplum Mariã meretricem, cui dñs oĩa peccata dimisit, & latronẽ in cruce, qui ad vnã vocẽ meruit audire. Hodie mecũ eris in paradiso, exhortatio bona & cõsolatio est. Dicamus & aliter, sicut posito aliquo in certamine singulari cum suo inimico, dum ei dicit aliquis ex circũstãtibz. Pugna fortiter noli dubitare, noli deficere victoriã obtinebis, exhortationẽ ei praebet & audaciã: sic qui positum in certamine bonẽ operationis contra diabolũ & vitia carnũ, admonet ne deficiat, neq; cesset a cœpto opere, exhortationem bonã praebet. Vnde dicit Apostolus modo alloquens Corinthios & in illis omnes fideles: Hortamur vos nostra prædicatione nostroque exemplo, omnibusq; modis, ne in vacuum siue inane & inutiliter gratiam dei recipiatis, omnia bona quẽ generi humano datur, gratia dei dicitur, quia gratis ei cõceduntur. Gratia quippe dei est, habere fidem, spem, charitatẽ, sapientiam diuinã vel humanã, & bona tẽporalia. Iam ergo dei gratiam in vacuum recipit, qui veniens ad fidem & remissionem peccatorum in baptisate percipiẽs, dei præceptis inobediẽs existit, nõ adhibendo studiu, vt possit dei præcepta ipso adiuuante implere, quã fides sine operibus mortua est & inanis, in vacuũ quoq; bo-

Luc. 7.
Luc. 23.

Iac. 2.

na temporalia gratis a deo data percipit, qui illa hilariter te pauperibus pro dei amore erogare non studet. Vt ergo non longius prolongemus sermonem, dicamus vnũ ex multis, quomodo gratia dei in vacuũ recipiatur, dñs dicit in euãgelio discipulis: Ite, docete omnes gẽtes fidem sanctẽ trinitatis, baptizantes eos & docentes seruare omnia quacũq; mandauit vobis. Quicunq; ad fidem venit, & non seruat ea Mat. 22: quã in lege & euãgelio cõtinentur, in vacuum gratiam dei recipit. [Ait enim, Tẽpore accepto exaudiui te, & die salutis adiuui te] Hoc Isaias propheta ptulit ex psona dei patris loquẽtis ad filium: Tempus acceptum deo patri, & dies salutis humani generis, tẽpus fuit passionis Christi in quo deus pater decreuit, disposuit, prædestinauit per passionem filij sui saluare ac redimere genus humanum: Iste tẽpore accepto deus pater exaudiuit filium suum, quia quicquid orauit filius pro salute generis humani totũ impetrauit. Legimus enim in euangelio Ioannis quod appropinquans passioni, orauit dicẽ, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Si quis vero de Apostolis hoc tãtummodo dictum asserit, attendat quod ipse alias dicit: Non pro his rogo tantum: sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum Ioan. 17: Ibidem in me. Exaudiuit quoq; illum de sua oratione, quãdo orauit dicens, Pater, clarifica filiu tuum. Et venit vox de cœlo clamans. Et clarificaui, subaudis tẽpore baptisatis & in monte coram discipulis: & clarificabo tertã die a mortuis suscitando. E nõ solum pro alijs exauditus est: sed etiã pro suis persecutoribus pro quibus orauit pendẽs in cruce: Pater, dimitte illis quia nesciunt quid faciunt, Multa enim milia post eius ascensionẽ ex his prædicatione Apost. crediderunt. Audiuit quoq; illũ in die salutis generis humani, quia tertã die deuictõ mortis imperio, eũ a mortuis reuocauit. Sicut retulimus ista ad caput omnium electorum, id est, ad Christum referamus ea & ad membra ipsius. Tempus acceptũ quo exaudiri possumus, & dies in qua salutem nobis æternã prouocare valemus, ab exordio dominicæ prædicationis est, sed maxime ab eius resurrectione vsq; ad diem iudicij quo tempore per bona opera possumus acceptabiles esse deo patri, & placere illi, atq; exaudiri ab illo. De quo

Luc. 23:
Actu, 2.

Inimā, 6. tempore etiā Apostolus subdit. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tēpus acceptabile ad poenitentiā agendā vita p̄fens est vsq; ad diē iudicij, quæ appellat̄ & dies salutis, in qua nobis salutē eternā possumus promeriri: qm̄ apta est ad operādum. De qua die dicit dominus. Ambulate dum lucem habetis. Huic diei succedit nox, tenebrę, sc̄. æternę dānationis, in qua nemo potest operari sicut dicit. Venis nox in qua nemo potest operari. Et idē Apostolus. Dū tempus habemus operemur, quod bonū est. Modo em̄ possumus ad indulgentiam proficisci peccatores, modo valemus obtinere veniā, quia secūdu quod propheta dicit. In inferno nemo cōfitebitur deo ad veniā. Erit em̄ p̄nia: sed sera & tarda [Nemini dātes vllā offensioē.] Offensio p̄prie est sc̄dalu, ruina, vel impeditio pedis: sed in hoc loco pro occasiōe maxime ponitur: Simus, inquit, nemini dātes vllā offensioem, i. occasionem peccandi aut in verbo, aut in prauæ operationis exemplo, vel neminē scandalizemus in aliquo sermone vel factō. [vt nō vituperetur ministerium nostrum.] Ex persona sua loquitur Apostolus. om̄niūq; p̄dicatorū, iungens se cū Corinthijs. Ministeriū p̄dicatorum vituperatur atq; cōtēnitur: si qđ p̄dicant verbis agendū, destruūt operibus, aliud videlicet p̄dicantes in publico, & aliud agentes in occulto: bona docentes ī p̄patulo: turpia in cōclauī operantes, [sed in om̄ibus] subaudiis nostris actibus & verbis, [exhibeam⁹] & p̄parem⁹. [nos sicut dei ministros.] Dei minister est, qui deo militat & deo seruit verbo doctrinę & fructu bonæ operationis. Quicūq; enim dei minister vult esse: deo debet in omnibus ministrare, vt in omnib⁹ quæ agit cognoscat veri dei esse cultor. verbi gratia, vt doceat in sc̄ium, pascat esuriens, potet sitientem, vestiāt nudum, calefaciat algentem, colligat vagātem, visitet infirmum, sepeliat mortuum, & in his omnibus non querat laudem humanam: sed dei gratiam hominibus placere, sed dei p̄ceptis obedire. Hęc quicūq; fecerit deo ministrabit, & merebitur ab illo audire cum electis. Quādiu fecistis vni ex his minimis meis: mihi fecistis [in multa patientia] Patientia est, nō deficere inter aduersa huius seculi: quam habuerunt sancti martyres. Non in parua (inquit) neq; in modica patientia, sed in

Ioan, 12.

Ioan. 9.
Gal, 6.Esa, 3.
Psa, 6.

multa exhibeamus nosmetipsos sicut DE I ministros. Patientia quoque, est patienter ferre delinquentes, sicut beatus Apostolus sustinebat Corinthios: qui postquam ad fidem venerant, ad vitia pristina sunt reuersi, quos aliquando blande aliquando improbe corripuit, quousq; reuocauit eos ad fidem [in tribulationibus,] subaudiis simus in multa patiētia, & exhibeamus nos sicut dei ministros. In tribulationibus dicit id est in fame, siti, nuditate, alijsq; afflictioibus. [in necessitatibus,] Necessitas dicit̄ eo quod in necesse sit posita. i. in periculo mortis, vbi p̄cipit Apostolus patientiam seruare [in angustijs,] Omnis indigētia & inopia, angustia vocatur [in plagis, in carceribus,] sepe plagis virgarum & gladiorum casus est Apostolus sepe etia in carceribus retrusus est pro Christi nomine vbi nō cessauit donum dei p̄dicare, contempta sua salute. Admonet autem cum multa patiētia, si necessitas fuerit talia pati pro amore Christi & salute fratrum nostrorum quia ipse sustinuit vsq; ad decollationem [in seditionibus] si mus in multa patientia. Seditiones proprie ad ciues p̄tinent, & sunt tumultus & cōturbationes siue cōtētionēs [in laboribus,] Paulus Apostolus non solū laborabat in p̄dicatione, sed etiā in labore manuum defudabat: vnde sibi victum & vestitum acquirebat, in labore scilicet sc̄e nofactoriæ artis, ne grauis esset suis auditoribus si ab eis aliquid acciperet, certus hoc sibi proficere apud deū [in vilijs] simus dediti. Ipse non solum die non cessabat a labore, nec requiescebat, sed etiā tantum erat sollicitus circa officium sibi delegatum, vt nec nocte cessaret aut a p̄dicatione, aut ab alio opere, vnde legimus in actibus Apostolorum. quia vsq; ad mediam noctem suum sermonē protraxit quando Eutycus (qui interpretatur amens) de tertio coenaculo cecidit, eo quod negligens esset in studio audiendi verbum dei, [in ieiunijs] simus patientes. Aliquando voluntarie, aliquando inuitus ieiunabat, & ne ven- Actu. 20. tris causa inclinaret, deo gratias agebat. Sicut enim medicina archiatri, id est summi medici, necessaria est vilijs inerbibus. Ita animæ nostræ necessaria sunt ieiunia. [in castitate] mentis & corporis. [Castitas corporis est, immaculate & impollute custodiri ab omni libidine;

delectatione. Castitas mētis: integritas est fidei quia illa vera est castitas quæ nec mēte polluitur. Vel etiam in castitate dicit, id est, in sinceritate & integritate verbi dei sumus dediti, vt nō aduleremus verbum dei, nō querentes gloriam propriam, sed dei: non pro lucris temporalibus prædicationi insistentes, sed pro remuneratione æterna: nō prædicatur alia in publico, & alia agētes clanculum, & sacrā scripturam nō interpretātes peruerse. [in sciētia] veteris testamenti & noui sumus occupati, nō in simulatione, neq; in humana sapientia, quæ inflat hominē sine charitate. [in lōganimitate] Longanimitas est longa animi perseverantia, & patientia in aduersis huius seculi: [in suauitate], vt nulli nō solum factis, sed etiam nec verbis nostris amaritudinem generemus. [in spiritu sancto]: .i. tales nos exhibeamus, vt templum sumus sancti spiritus. [in charitate nō ficta.] Charitas ficta est, quādo quis vidēs fratrem suum in necessitate positū derelinquit, eum, quem antea profitebatur se toto nisu mētis diligere. Ficta quoq; charitas est, quādo quis videns fratrem suum peccare, non corripit eum causa adulationis. Firma vero charitas est, si diligimus proximum vt nosmetipsos & cui tempore prosperitatis adherere videbamur: tempore persecutionis illum non derelinquimus. De charitate dicit Apostolus Ioannes: Charissimi nō diligamus solummodo verbo & lingua, sed opere & veritate. [in verbo veritatis] sumus occupati. .i. in doctrina euangelij, vel certe in verbo veritatis, vt veritatem loquamur cū proximis nostris. [in virtute dei] ponamus spem nostram non in nostra audacia aut alicuius hominis potētia, quia maledictus homo qui cōfidit in homine. vel in virtute dei dicit, id est vt nō nostris meritis deputemus si quid boni agimus sed virtute dei: quo adiuuante omnia bona implere valeamus. [Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris.] id est, per arma virtutum incedamus in prosperis & in aduersis. Arma ergo. .i. custodiam virtutum a dextris habet, cuius animus prospera huius seculi non eleuāt in superbiam, neq; emolliunt. A sinistris quoq; arma habet, quæ aduersa non deiiciunt, neq; frangunt. Paulus igitur a dextris & a sinistris arma portabat, atq; securus in medio incedebat cū talia diceret, quia & in prosperis erat hūilis &

aduersis fortissimus. Sēper ergo adesse debet mentibus nostris in aduersitate fiducia, & spes certa. & in prosperitate timor, ne aut aduersa in desperationem nos pertrahāt (sicut Cain & Iudā proditorē) aut prospera animū in tumorem superbiæ extollāt, & in sui fiducia decipiāt. Sicut & Nabuchodonosor: qm̄ dixit: Nōne hæc est illa Babilon quæ ædificauit? [p̄ gloriā & ignobilitatē.] sicut nobilis dicitur nomine ab illis, ita ignobilis sine dignitatis nomine. Sancti Apostoli apud fideles gloriosi habebantur, & laudabantur ab illis veraces esse, sancti & iusti, apud infideles vero ignobiles & sine aliqua laude. Vnde dicit Apost. Per gloriā, fidelium & ignobilitatē infidelium, vel inter illos a quibus gloriosi dicimur, & inter illos a quibus ignobiles, incedamus patienter sicut ministri dei, vt neq; fauore & laude fidelium eleuemur, neq; detractiōe infidelium deiiciamur. Aliter: Per gloriā sapientiæ diuinæ, & gloriā virtutū siue miraculorū, & per ignobilitatem flagellorum, despectionum, & carcerum patienter incedamus [per infamiam & bonam famam] Infamia est mala fama, bona vero fama, bona est opinio & laus. Et quæ superius dixit, per gloriā & ignobilitatem, hoc repetiuit explanando, in quibus: Per infamiam & bonam famam patienter incedamus, habentes custodiam virtutum a dextris & a sinistris, credentes plus nobis ipsis de nobis quid sumus, quā aliorū verbis. [Vt seductores & veraces] Modo exponit superiora: Ab infidelibus dicebantur esse seductores, magi & malefici, a fidelibus vero, propter sanam doctrinam & virtutē miraculorum, non solū veraces & iusti, sed etiam dii habebantur, sicut legimus in actibus Apostolorū, quando ei & Barnabæ coronas detulerunt, dicentes, Dij sunt in effigie hominum latentes. Et quid mirū si Apostoli & serui seductores appellati sunt, cum ipse dominus & magister omnium seductor sit appellatus, dicētibz Iudæis post mortem eius ad Pilatum: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuēs, post tres dies resurgā. Vt seductores apud infideles, & veraces apud credētes incedamus patienter, protecti vndiq; armis virtutum [sicut qui ignoti] incredulis [& cogniti] credentibus. .i. inter illos qui non cognoscunt, conuersationem nostram, nec valent penetrare doctrinam nostram,

& inter illos a quibus cognoscimur esse veri cultores dei cedamus patientissime muniti armis iustitiae. [quasi morientes, & ecce viuum?] Quasi moriebatur sancti Apostoli & martyres, cum per multa tormenta & cruciamenta pene usque ad mortem affligebatur. Sed dum ita essent in periculo mortis constituti & in desperatione vite: per flagella, verbera, & lapidationes, subito virtute dei roborati confortabantur & quasi ex mortuis vitam recipiebant. Sic legimus de beato Paulo, quia cum Lystris tandiu esset, flagellatus & lapidibus obrutus, per plateas quoque civitatis tractus quousque quasi mortuus relinqueretur: mox eadem transcurrente diluculo cepit in Derbe verbum Dei publice predicare. Illi enim qui decollabantur, quasi moriebantur dum ab hoc seculo transibant, sed illa mors temporali erat, cui succedebat vita perpetua [ut castitati] verberibus & verbis, [sed non mortificati]. Quando flagellabantur sancti Apostoli & martyres, castigabat quidem illos deus, ne se extollerent propter maximam gratiam sibi concessam, sed non permittebat eos mori usque ad tempus quo ei placebat. Castigationem quippe in hoc loco pro flagellatione possumus intelligere, sicut legimus Pilatum dixisse de domino. Castigatum, inquit, illum dimittam, [Quasi tristes, semper autem gaudentes] Apostoli & sancti martyres dum lachrymabantur inter flagella & cruciatus terribiles, tristes videbantur esse in vultu, sed gaudebant in corde securi de spe caelestium praemiorum, scientes quia non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in illis, & quoniam tristitia illorum vendenda erat in gaudium aeternum. Electi quicquid tribulationis & persecutionis sustinent, quasi est illis, id est, tantquam non sit, quia si caduntur virgis, si excoriantur, & etiam si occiduntur omnia quasi sunt: quia transitoria sunt & temporalia. Veniet autem verum illorum, id est, gaudium aeternum & vita sine fine mansura. Sicut enim ille qui feminat, expergefactus solet dicere, Quasi videbam homines equitare, quasi videbam ante me multas epulas appostas, atque totum dicit, quasi non est ibi veritas, sed sicut umbra transierunt, ita in omnibus quae sancti in hoc saeculo patiuntur, quasi est, quia transitorium

Actu. 23.

Roma. 8.

est. Videbantur enim inter supplicia mori, videbantur tristiari secundum fragilitatem, sed quasi erat ibi, quia mente gaudebant. Et si moriebantur ad tempus, subito transibat illorum mors in vitam aeternam. Reprobis autem, qui totam spem suam in terrenis rebus ac transitorijs ponunt, nec tendunt ad aeterna gaudia, sed in prosperitate felicitateque huius seculi laetantur, videtur quod verum teneant, sed non est verum, quia transitorium & temporale est: & quum ab hac vita transferint, nihil inuenient ex his quae, his quae si vera visa sunt illis, iuxta quod Psalmista dicit: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Transibit ergo illorum quasi verum, sed non erat verum, & veniet illorum verum, hoc est aeternum supplicium. [Sicut egentes] simus [multos autem locupletantes.] Quasi egentes videbantur diuitijs huius saeculi, sed abundabant diuitijs spiritualibus in predicatione & miraculis ex quibus locupletabant alios. Vel reuera egentes videbantur substantia temporali, sed multos locupletes reddebant, sicut sanctos qui erant Hierosolymis, qui pro CHRISTO omnia sua reliquerant, vel a Iudaeis expoliati fuerant, eo quod in mortuum hominem credidissent, quos alloquitur in epistola ad Hebraeos: Rapi nam inquit, bonorum vestrorum cum gaudio susceptis, & de quibus Isaias. Qui recessit, inquit, ab iniquitate & malo, praedae patuit. Istos ergo ditabant & locupletabant Apostoli, quia ex omnibus locis ubicunque praedicabant, ministrabant eis quae necessaria erant. Vnde idem Apostolus in epistola ad Romanos, Nunc (inquit) proficiam in Hierusalem ministrare sanctis. [Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.] Tanquam nihil habentes erant, quia nihil proprium habebant. Omnia autem possidebant, quia erant illis omnia communia. Sic debent & monachi esse tanquam nihil habentes proprium, & omnia possidentes communiter. Vel tanquam nihil habebant, quia non habebant praedia, non aurum, nec argentum, non seruos aut ancillas, & tamen omnia possidebant ista in possessoribus eorum, quos sibi per predicationis arma, & virtutem miraculorum subiugauerant.

Psal. 178

Heb. 12.
Esa. 59.
Ro. 15.
Act. 23.

In possessoribus etenim omnia possidebāt possessorum: Si-
cut enim quidam dux Rom. Tarquinius nomine, respōdit
legatis cuiusdā gentis, aurū volentibus dare pro pace ac li-
bertate, Romanos potius velle aurū possidentib⁹ impera-
re, q̄ aurū habere aut possidere. Ita sancti Apost. magis de-
siderabāt possessores diuitiarū per fidem & doctrinā xp̄i
possidere, q̄ aliquid propriū habere. Possumus etiā dicere
quia in hoc seculo Apostoli quasi nihil habētes erant, sed in
capite suo Christo omnia possidebāt, iuxta quod idē Apost.
in epistola ad Roma. dicit de deo patre. Qui etiā filiū suū
pro omnibus nobis tradidit, quō etiam cū illo nō oīa nobis
donauit. Simus ergo & nos tanq̄ nihil habentes in hoc se-
culo non ponēdo spem in trāsitorijs rebus & caducis. Pos-
sidemus enim omnia cum Christo, insuper & ipsum cum
deo patre & spiritu sancto possidebimus. Nam sicut dicit
Salomō, q̄ fidelis est, totus mūdus diuitiarū illius est, quia
non appetit ea quæ in mūdo sunt, cognoscēs procul dubio
quia mundus trāsibit & cōcupiscētia eius, & in hoc quod
nō appetit nec querit habere nisi quod habet, quasi omnia
possidet. Nemo em̄ plus habet q̄ qui nullo indiget: & ta-
men cum diuites multa habeant: multis indigēt quia plus
desiderant habere q̄ habent. Ille autem nullo indiget, qui
præter necessaria victus, vestimenti & calceamētī nō re-
quirit cōtentus his quæ habet. In his ergo omnibus imite-
mur sanctos Apostolos, doctores & patronos nostros, sicut
filij boni imitantur bonos patres, vt inter aduersa & pro-
spera patienter incedamus, exhibentes nos sicut Dei mi-
nistros, quoniam si participes fuerimus illorum actuum
in hoc seculo, erimus vtiq̄ consortes illorum æternorum
præmiorum. [Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor
nostrum dilatatum est,] id est, voluntas mentis nostræ &
intentio cordis. Prædicatio quoque oris nostri patet, &
aperta est iam ad prædicandum, & prompta ad vos do-
cendum. Illius os patet & apertum est ad prædicādum, cu-
ius voluntas est perfecta, prædicatio sancta, conuersatio
bona. Cuius vero voluntas est tortuosa, conuersatio ac vi-
ta praua, licet aliquid intelligentiæ videatur habere, de-
ficiunt ei verba cum sensu, ideoque non patet illius os ad
prædicādum, quia timet in alijs redarguere quod cogno-

scit in se ab alijs intelligi. [Nō angustiamini in nobis, an-
gustiamini aut in viscerib⁹ vestris] & ē sensus: o Corinthij
si sensū angustū habetis & stricū, vt non possitis recipere
latitudinem mysteriorū diuinorū, nolite nobis hoc reputa-
re, qm̄ nō cōsistit hoc in nobis, qui vobis ministrare debe-
mus sed in vobis qui debetis accipere. Nō quidē multa vo-
bis possumus dicere, & voluntatē prōptā ad hoc habemus
sed intellectus vester & volūtas cōstringitur ī visceribus
.i. in interiorib⁹ cordis [Eandē aut habentes remuneratio-
nem] paratam subaudis quam & nos, quia eandem fidem
habetis, [dilatamini & vos]. i. extendite sensus nō possitis penetra-
re & recipere mysteria diuina. [Nolite iugum ducere cū
infidelibus] In iugo duo animalia cōiūguntur & coequā-
tur, iugum vero hic debemus intelligere iugū diaboli, &
potestatem quā habet super infideles, ac si diceret: Nolite
suscipere iugum diaboli neq̄ æquari infidelibus aut cōiū-
gū, ne similes illis efficiamini. [Quē em̄ participatio iusti-
tiæ cū iniquitate?] id est, quē societas iusto homini iusti-
tiam habēti cum iniusto homine & pagano? Nulla. [Quæ
societas luci,] id est, fideli, [cū tenebris] .i. infideli? Nulla.
Ista est lux, & istę sunt tenebrę de quibus idem Apostolus
dicit: Fuiſtis aliquando tenebrę, id est, infideles, nunc au-
tem lux in domino, id est, fideles, [quæ autem conuentio
Christi ad Belial?] Belial interpretatur absq̄ iugo, signifi-
cans diabolum, qui iugum omnipotētis dei de collo suo ex-
cussit. Dicitur & in libro Samuelis, q̄ dixerunt viri Belial
id est, absq̄ iugo dei. Quē conuētio, siue quæ societas Chri-
sti ad diabolū? Nulla. [Quis autem consensus templo dei
cum idolis?] id est, quem consensum debent habere fideles
qui templum dei sunt, cū idololatriis qui sunt templa dæ-
monum. Nullum. In hoc loco percutit eos qui recubentes
in idolis, comedebāt carnes idolothyas, qui debuerāt es-
se fideles & templum dei, [vos enim estis templum dei vi-
ui.] nō deorum qui non viuunt. Deus viuus dicitur ad di-
stinctionem illorum deorum, qui non viuūt, licet dicātur
dij, [sicut dicit de⁹,] per Ieremiam. [Inhabitabo in illis,]
per fidem & dilectionem & per gratiam meam, [& in-
bulabo inter eos.] Dei filius qui ista locutus est de credēti-
z iij

Ioan. 1.

bus electis, inter homines ambulauit, sicut dicitur quoniam super terram uisus est, & cum hominibus conuersatus est, & ipse habitauit in nobis, sicut Ioan. dicit: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus peculiaris, sicut olim fuit Israel. [Propter quod exite de medio eorum.] Hoc Isaias propheta praedixit longe ante captiuitatem Babylonicam quod Apostolus ad Corinthios retulit. Dicit enim propheta ex persona dei, alloquens Iudaeos de captiuitate reuertentes post septuaginta annos Propter quod, quia populus meus estis, exite de medio Chaldaeorum [ut separemini ab eis & immundum ne tetigeritis] id est, idolum, quo nihil est immundius, ne adoraueritis [et ego recipiam uos] in terra repromissionis. Refertur & hoc ad Corinthios, & uideamus quomodo poterat illi qui crederant relinquere uxores & liberos suos omnemque substantiam qui adhuc imperfecti erant, nec poterant implere quod dominus dicit. Si uis perfectus esse, uide de omnia quae habes. &c. Non ergo hoc praecipit Apostolus, ut corpore recederent ex toto ab eis qui increduli adhuc erant in medio eorum sed potius ut mente separaret se ab illis. Exite inquit de medio paganorum, sed si non potestis corpore uel saltem mente, & separemini ab eis uoluntate & immundum hominem nolite tangere. Immundum hominem tangit, qui peccatorem imitatur. Et si hoc feceritis, inquit Apostolus, [recipiam uos] in omnem familiaritatem & dominus recipiet uos in aeternam beatitudinem.

Mat. 19.

CAPVT VII.

As igitur habentes promissiones charissimi quas supra diximus quod sumus filij dei, & ipse est pater noster [mudemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus] Non dixit simpliciter, mudemus nos ab inquinamento, sed ab omni inquinamento carnis & spiritus. Carnis inquinamentum est fornicatio, adulterium, homicidium, & caetera uicia quae corpore perficiuntur: spiritus uero: id est, mentis inquinamentum est ira, inuidia, superbia, mala uoluntas, & caetera mala quae in animo cogitantur. [perficientes sanctificationem in timore dei] sanctificationem in timore. id est, per timorem dei perficit, qui ab omni inquinamento carnis et spiritus

mandat semetipsum [Capite nos] id est, intelligite quae dicimus, uel capaces estote sermonis nostri, uel imitamini nos [Neminem uestrum] [scimus] uerbo aut exemplo, siue neminem uestrum expoliuimus nostra adulatione [neminem corrumptimus] prauo sensu aut exemplo. [neminem circumuenimus] in negotio ut euacuaremus sacculos uestrorum quasi diceret: Quod non fecimus, fecerunt pseudo apostoli, ideoque non recte agitis proponentes illos nobis [Non ad condemnationem uestram dico] id est, non ad uituperationem uestram: ne laudo aliosque apostolos, sed ad correctionem. Uel non uos abijcio talia dicendo, sed ut uos corrigatis admoneo. [Praediximus enim] in prioribus epistola [quod in cordibus uestris estis] siue in uoluntate uestra [ad commorandum] in presenti uita [ad conuiuendum] in futura gloria, id est, tanto amore, & desiderio erga uos ducimur, ut si fieri posset, martyrium in hoc seculo per multa supplicia pro CHRISTI nomine nobiscum sustineretis, ut coronam & praemium martyrij nobiscum reciperetis. [Multa mihi fiducia est apud uos] subaudiis ideo talia loquor, sperans uos mihi obediētes esse, [superabundo gaudio in omni tribulatione uestra] id est, audiens correctionem uestram & bonam conuersationem, ita sum gaudio repletus, ut licet in carcere & uinculis tenerer constrinctus, nihil doloris sentirem. [Nam & cum uenisssem in Macedoniam, nullam requiem habuit caro uestra] sed quod caro non habuit, spiritus habuit qui delectatur inter aduersa. Macedonia est regio Achaiae. in quam cum uenissent Paulus & Syllas, & coepissent praedicare & miracula facere, puella quaedam habens spiritum phytoneum, quae non modicum quaestum praestabat dominis suis diuinando incedendo per plateas, clamabat dicēs: Uirum, uiri isti serui dei excelsi sunt. Cuius misertus Paulus fugauit malignum spiritum ab ea. uidentes autem domini eius, **Actu. 16.** quia exiuit spes quaestus illorum concitauerunt seditio-nem non modicam in Paulum & Syllam, in tantum ut cum diu flagellati essent, mitterentur in ima carceris. Et inde subiungit: Non habuit (inquiens) requiem caro uestra [sed omnem tribulationem passi sumus. Foris] subaudiis erat [pugnae, intus timores.] Pugnae erant foris in corpore dum sustinebant uerbera & flagella, intus timores in animo

mentes ne passione eorū scādalizati hi qui crediderāt, a fide recederēt. Aliter, Foris, i. extra carcerem in publico erāt pugne contra credentes, qui impugnabāt ab infidelibus intus in carcere erāt timores, vbi erāt apostoli vincti quia timebāt interfici a psecutoribus. [referēs nobis vestrū desiderū.] quo desiderabatis vos emēdare, vel quo desiderabatis vos videre, [vestrū fletū] quo defletis illos qui a fide recefferunt [vestrā emulationem.] pro me id est, vestrū amorem erga me, quo successi fortiter defendere voluistis prædicationem meā veram esse, & falsos apostolos a vobis repulistis, [ita vt magis gauderem] subaudis de vestra correctione, quam tristarer de vinculis meis, [nō quia cōtristati estis,] subaudis accipiētes epistolam, ideo gaudeo, [Contristati enim estis secundum deum.] ille contristatur secundum deum, qui deum per poenitentiam sibi placari desiderat, [vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis] id est in nullo eorum quæ vobis imperamus damnū habeatis: quia si contristauimus vos per epistolam, multū prodest vobis, [Quæ enim secundum deum tristitia est,] i. quæ deo placere desiderat [poenitentiam operatur in salutem stabilem.] i. in vitam æternam [Seculi autem tristitia] id est, quæ pro amissione rerum temporalium est, vel pro aliquo dolore temporalis rei, [mortē operatur,] subaudis æternam. i. damnationem animæ plerūq; etiā mortē corporis quod in multis expertū habet. [Ecce enim hoc ipsum,] i. ipsa tristitia [secūdum deum contristari vos quantam sollicitudinem,] i. quantam curam operatur, ne denuo in peccata similia cadatis. Vbi enim sollicitudo est nō est somnolētia, securitas, vel inertia. [sed defensionē] subaudis operatur, vt vos possitis defendere ab infestatione dæmonum, [sed indignationem] quia indignatur homo sibi metipsum dum peccat. Qui bonam curam habet, indignatur etiam contra peccantes, vel aliorum indignationes patienter sustinet, [sed timorem,] dei operatur. [sed desiderū,] patriæ cælestis, [sed emulationem] id est, amorem dei, studium bonum, & imitationem bonorum operum, [sed vindictam] in seipso, quia seipsum causa delicti affligit. Dicit B. Augustinus quod licet ista cōiunctio casualis sed, in hoc loco plenū sensum non reddat, tamen apud

Græcos optime resonat. [In omnibus] quæ vobis præcepi, [exhibuistis] & præparastis [vos icōtaminatos esse ne gocio,] i. i. pollutos esse a meo præcepto, quia obedistis mihi. Tūc enim discipulus impollutum se reddit a præcepto magistrī, quādo obedit iussioni illius. Si vero inobediens extiterit in aliquo, & si ab omnibus alienus culpis existit tamē ex inobediētia maculat, aliter: In hoc probastis vos immunes esse a culpa aliorum, quia illorū errorē fortiter corripuistis. Cōtaminatus enim, autoritatē nō habet in alios vindicare [Igit̄ et̄ scripsi vobis,] priorem epistolā, [non propter eū] solūmodo scripsi, [qui fecit iniuriā,] omnibus vobis accipiēdo vxorem patris, vel propter illos qui fraudem fecerūt fratribus. [sed ad manifestandam sollicitudinē nostrā] quam pro vobis habemus] Ideoq; subdit: [Ideo consolati sumus] de vestra emendatione & obedientia, atq; receptione Titi, [viscera eius] id est, Titi [abundātius in vobis sunt,] Quicquid intra corium continetur, viscus appellari potest. Filij quoq; viscera dicuntur. Ponuntur etiā pro nimie dilectionis affectu: sicut in hoc loco, viscera eius, i. nimia dilectio & affectus charitatis erga vos amplius abundauit. [Gaudeo quod in omnibus confido in vobis,] subaudis quia obedientes eritis mihi.

CAPVT VIII.

Otium autem facimus vobis gratiam dei] i. fidē
 N cateraq; talia, quæ gratis dātur fidelibus [quæ] gratia [data est ecclesiæ Macedoniæ, & quod in multo experimento tribulationis] subaudis nostræ & sue [abundantia gaudij ipsorum fuit & altissima] siue profundissima [paupertas illorū abundauit,] & excreuit [in diuitijs simplicitatis eorum,] Beatus Apostolus cognoscēs Corinthios auaros esse & tenacissimos pponit eis in exemplum charitatem & bonam voluntatem Macedonū, quā habuerunt erga sanctos qui erant Hierosolymis. Cū enim nimium essent pauperes illi Macedones antequam venirent ad fidem, credendo in CHRISTVM, excreuit illorum magna paupertas in multas diuitias, quia ex eadē paupertate quam habebant statim vt crediderūt, decreuerunt sanctis mittere necessaria, qui erant Hierosolymis, & hoc simpliciter, i. bona volūtate & intentione fecerūt.

De eleemosyna ergo & donatione quam volebat Apollolus ut Corinthij mitteret illis qui erant Hierosolymis, multa locutus est in sequentibus [Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt.] Ordo perturbatus & praeposterus: Testimonium illis reddo, Macedonibus videlicet, quia supra virtutem suam voluntarij fuerunt, i. plus voluerunt quam possent, & secundum virtutem possibilitatis suae dederunt. [cum multa exhortatione obsecrares nos] subaudis ut acciperemus ab eis [gratiam] i. donationem quam illi gratis dabant, [& communicationem ministrari] quod fit in sanctos, [qui sunt Hierosolymis] [Et non sicut sperauimus, sed semetipsum dederunt,] id est, non fecerunt sicut timuimus, quando primum nos posuerunt in carcerem. Sperare enim hic posuit pro timore fieri & in Verg. habetur: Huc ego, si potui tamen sperare dolorem, pro eo quod est timere. [primum] dederunt se [domino,] veniendo ad fidem, & corrigendo errores suos, [deinde nobis] subdendo se nostro magisterio, ita subaudi dederunt se ex toto domino, & nobis subditi fuerunt, [ut rogaemus Titum] quando illum ad vos misimus, [ut perficeret in vobis gratiam istam,] largitatis & eleemosynae, ut sponte mittatis fratribus qui sunt Hierosolymis bona temporalia, sicut isti gratis & sponte mittunt, [Non quasi imperas dico,] subaudis talia, [sed per aliorum sollicitudinem etiam vestrae charitatis ingenium bonum comprobans,] i. ut per istorum ingenium approbare possum bonum ingenium vestrae charitatis, ut si isti tanta miserunt qui pauperes sunt, vos plura mittatis. [Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi] quam vobis contulit. Omnia bona quae humano generi data sunt, gratia dei est [quonia cum diues esset,] secundum diuinitatem possidens omnia cum patre. [propter vos] & omnes credentes [egenus factus est,] & pauper intantum ut non haberet, quod habent vulpes, [ut illius inopia vos diuites essetis,] in caelo: & factus est homo, ut nos faceret deos, iuxta quod per Psalmistam dicit: Ego dixi dii estis. Et [consilium in hoc] subaudis ut eius paupertatem imitemini. [Hoc enim vobis vtile est] subaudi facere quod dico, [quia non solum facere, sed & velle coepistis ab anno priore,] siue ab anno praeterito, Erant aliqui apud illos qui voluntatem quidem

Psal. 81.

habuerunt aliquid mittere fratribus Hierosolymam sed nihil inde fecerunt. Erant & alij qui aliquid inde fecerunt, sed ad affectum non perduxerunt. Quos omnes hortatur modo, dicens: Hoc vobis vtile est facere qui velle coepistis, & qui ex parte fecistis [Nunc vero & facto perficite,] i. opere adimplete. [Si enim voluntas prompta] & parata ad dandum, [est, secundum id accepta est quod habet] subaudis & dat, [non secundum id quod non habet,] quia non valet illud dare quod non habet, licet velit. Hoc quidem apud homines est, caeterum apud deum ipsa voluntas bona remuneratur. [Non enim] subaudis ideo talia praecipio [ut alij sit remissio] id est, abundantia & refrigerium, [sed ex equalitate,] subaudis hoc debet facere. Verbi gratia: Qui habet centum solidos, quinquaginta secula retineat, quinquaginta mittat his qui sunt Hierosolymis, vel ex aequalitate, ut aliquid mittat illis, & aliquid retineat ad suos suorumque usus. Hilarem siquidem datorem benevolentia decet, quae sic suam temperet largitatem, ut de illa & pauperum refectio gaudeat, & domestica sufficientia non laboret. Notandum ut hic distinctio fit, vbi dicit, sed ex aequalitate, [si praesenti tempore,] id est, in hac vita [vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia,] quae spiritalis est, in ieiunijs & orationibus, [vestrae inopiae fit supplementum,] id est, ut quod minus habetis in rebus spiritualibus, in ipsis habeatis & quod illi non habent in temporalibus, vos eis ministratis [ut fiat aequalitas] inter vos & illos, dantes vos illis quod non habent, & ipsi vobis quod non habetis vos illi temporalia, & ipsi vobis eterna. [Qui multum] subaudis collegit, [non abundabit: & qui modicum,] collegit [non minorauit.] Hoc secundum literam dictum est de manna. Nam quum praecipisset dominus per singula capita plenum gomor colligi, quae est mensura tres sextarios continens, quidam collegerunt plus, quidam minus, sed quum praeparassent sibi cibos in mortario, & ille qui plus collegerat, & qui minus, vnam mensuram postmodum reperierunt, plenum, scilicet gomor. Spiritu aliter autem hic vult ostendere, quia si sunt duo homines: vnus diues & alter pauper, licet diues multa possideat, & distribuat plura pauperibus quam pauper, non tamen

Exod. 16

superat illius elemosyna pauperis largitatē, sed plerunq; donū paruū pauperis magis est acceptū deo, q̄ diuitis magnū, q̄a paup̄ de victu suo tribuit, diues ex his quib⁹ superabūdāt. Quod cōprobauit dñs in euāgelio, qñ vidit multa in gazophilaciū a diuitib⁹, & a vidua duo minuta, quod est quadrans, i. quart a pars denarij, dixit. Vidua hæc plus omnib⁹ illis misit, quia illi multa sibi retinuerūt, illa vero totū suū victū misit nihil sibi retinens: Cor nāq; & nō sub stātiā pensat deus nec perpēdit quantū in eius munere, sed ex quāto amore proferatur [qm̄ exhortationē quidē suscepit] a me quā vobis ministravit [Misimus cū illo], i. cū Tito [fratrem cuius laus est in euāgelio per oēs ecclesias] Lucas qui & Luci⁹ tacito hic nomine intelligitur, qui iā euāgelii cōscriptum habebat mirifice, quod legebatur p̄ oēs ecclesias, & insuper Actus apostolorū, quo labore ab omnibus fidelibus laudē habebat [Nō solum autē] laudabatur per oēs ecclesias [sed & ordinatus est comes] ac socius [nostræ peregrinationis in hac gratiam quæ ministratur a nobis ad dñi gloriā & destinatam voluntatē nostrā deuitates hoc] & cauētes [nequis nos vituperet] & reprehēdat [in hac plenitudine] subaudis doctrinæ & miraculorum [quæ ministratur a nobis] videlicet ne quis possēt dicere: Bene quidē prædicat Paulus, Barnabas, Timotheus, sociiq; eorum & multa miracula per virtutem domini perficiūt, sed in hoc non bene agunt, quia non habēt curā sanctorū pauperum qui sunt Hierosolymis, sicut alij apostoli habent, & sicut Paulo præceptum est & Barnabæ ab Apostolis, quando ad gentes missi sunt. Vnde idem Apostolus alias dicit: Constituerunt inquit, apostoli, vt nos, ego et Barnabas in gentes operam daremus prædicandi tantum vt pauperum memores essemus, [prouidētes bona nō solum corā deo, sed etiā corā hominibus] apostolus Paulus aliq; bona eorū corā deo prouidebāt, quia in oib⁹ quæ agebant deo placere quærebāt. Prouidebāt & coram Corinthiis, quia tales fratres ad eos dirigebāt ad recipiendas donationes, quæ mittendę erant sanctis Hierosolymam qui sua pro christo similiter reliquerāt, nec erant cupidi diuitiarum, aut amatores terrenarū rerum. ne forte occasionē inuenirent Corinthij dicendi: Nos multa misimus, sed illi

quos ad nos direxit, furati sunt ea, cū debuissent illa augere. Aliter. Corā deo, vt dixim⁹, bona prouidet, qui deo placere desiderat, & corā hominib⁹, qui sine querela icidit ne sit nimis iustus, sed apud omnes in omni vita sua & conuersatione irreprehensibilis habeatur [Misimus cum illis] cum Tito, s. & Lucio [fratrem nostrum] subaudis Apollo qui vobiscum iam diu moratus est [quem probauimus sollicitū esse] subaudis [pro vobis] postq̄ a vobis recessit propter quorundam malam cōuersationem & duritiā morū [nūc autem multo sollicitiorē] subaudis probauimus illū esse pro vobis quia audiuit vos esse correptos & emendatos. Isto in loco est distinguendum, & postea ad alia trāsēdum [Confidentia] subaudis mihi est [multa in vos siue pro Tito qui est socius meus] in prædicatione [& in vos adiutor] docendo sicut & ego [siue fratres nostri Apostoli] subaudis adiutores vestri, mihi retulerunt correctionē vestram & cōuersationem sanctam. [In illos] i. in Titum lucam & Apollo [ostendite charitatem vestram in facie ecclesiarū] id est, in præsentia fidelium. CAP. IX.

Am de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia] id est, ex superfluo [mihi est scribere vobis, quoniam Achaia] id est, pars Achaie [parata est ab anno præterito.] illi videlicet qui extra Corinthum metropolim ciuitatem habitāt [vt non dicamus vos in hac substantia] Defectus dictionis & sententiæ in hoc loco est non modic⁹ & hm̄i, vt non dicamus vos in hac substantia, subaudis carnali & temporali minus fecisse, qui in omnibus perfecti estis, bona voluntate florentes [Necessarium existimaui rogare fratres] Titū videlicet & Sylā, et apollo [vt proueniāt] subaudis nos ad vos sic subaudis date illā donationē, [quasi bñdictionē] i. bñ uolentiā ex charitate [nō quasi auaritiā]. i. nō auare, sed sp̄ote date. [Qui parce seminat, parce & metet] Parce aliq̄ quādo pro dimitte ponitur, vt illud Vergilij Parce metu, Cytherea, i. dimitte metū: aliqñ pro seruare, vt ibi: hinc canere incipiam quāta experientia sit parcis apibus. Parce em̄ dicuntur apes, quasi seruatrices, eo q̄ seruant sua mella In hoc autem loco per hoc quod dixit aduerbialiter parce, voluit significare auarum hominem, cui extorquetur

eū violentia vt aliquid largiatur. Ergo qui parce feminat
 parce & metet, i. qui parum tribuit pauperi parū accipiet
 mercedis sicut ad literā ille qui parū feminat, parum colligat
 [Et qui feminat in bñdictionib⁹] .i. qui largit eleemo-
 fynā pauperi cū beneuolētia, bonaq; temporalia distribuat
 ex sinceritate mētis: vt neq; laudē humanā exinde requirat,
 neq; illū cui aliquid tribuit velit p hoc subditū sibi facere.
 [de bñdictionib⁹ & metet] hoc ē de bona volūtate mētis
 accipiet mercedē ęternā beatitudinis. Ille in benedictione
 feminat, qui bona volūtate sub spe ęternę remunerationis
 hoc agit [Vnusquisq; p ut destinauit i corde suo, nō ex tri-
 stitia aut ex necessitate] .i. quantū disposuit in aīo suodare
 deo, & pauperib⁹ tm tribuat: quia melius est nō promitte-
 re corde aut verbo q̄ promissum nō adimplere. Docet aut
 Apost. lāto aīo eādē eleemosynā vel votū pficere quia ex
 omnibus his qui inferūt aliquid, hūc elegit deus cui retri-
 buat qui deuoto corde hoc operat. Vñ p̄cipit nō ex tristitia,
 iniquiens, animi hoc faciat aliquis vestrum, aut necessi-
 tate, i. coactus aut inuitus, & non spontaneo desiderio. Ex
 tristitia hoc adimplet & ex necessitate: q̄ nō sperat se mer-
 cedem recipere, sed propter presentē pudorē & verecun-
 diam inuitus hoc agit, ne alijs hoc agētibus ipse auarus &
 turpis videatur: ideoq; ex hoc nō fructur mercede ęterna.
 Dicit enim B. Augustinus, quia si panem dederis tristis, &
 panem, & meritum perdis: quoniam quod in presentē tri-
 buis amittis, & in futuro mercede carebis. Lāto vero ani-
 mo eleemosynā erogat pauperi qui cert⁹ est de remunera-
 tione ęternorū p̄miorū, quē dedit ei dominus apud quē
 thesaurizat, [Hilarem enim datorē diligit deus.] Hilaris
 debet esse qui dño foeneratur, & ille placet deo, qui qđ tri-
 buit postmodū nō dolet quasi amissum, sed quasi de dupli-
 cato gaudet [Potens est enim deus omnem gratiā abūda-
 re facere in vobis, vt in omnibus semper omnē sufficiētā
 & abundantā habentes abundetis in omni opere bono.]
 Nolite, inquit, diffidere neq; desperare de remuneratione,
 si hilari animo eleemosynam impenditis, quia potens est
 Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, scilicet
 vt in presentē abundetis fide, spe, charitate, scientia diuina
 omnique substantia temporalī, & insuper in futuro ęter-

nam fœlicitatem tribuere. Hoc enim erit abūdare in omni
 opere bono, si sibi retinet qđ sufficit ad suā, suorūq; explē-
 dā necessitatē, & cętera in vsus sc̄torū vel pauperū impē-
 dāt [sicut scriptū est] in Psal. 3. de quolibet iusto eleemo-
 nas dāt, & curam pauperum agenti. [Dispersit dedit pau-
 peribus iustitia eius manet in ęternū.] Iustitiā hic appel-
 lat largitatē substantię tēporalis vel mercedē eiūsde sub-
 stantię distributę quę largitas bene iustitia appellat: quia
 iustum est, vt sicut terra omnibus hominibus communiter
 a deo data est ad possidendū, & sicut calor solis & humor
 pluuiarū oībus communiter tribuitur a deo, ita etiā quę
 in terra dei dono nascūtur, cōmuniter dispenfentur & cō-
 muniter vrātur, & hęc est iustitia, vt quia deus illud gra-
 tis dat retribuatur ex eo & hō cui deest. Notādū q̄ dicit de
 viro sancto, quia dispersit & diuisit pauperibus substantiā
 sibi a deo datam, ac dedit pauperibus qui nō habent quod
 ei redderēt in presentē, & non diuitibus huius seculi, a qui-
 bus speraret eadem iterum aut plura recipere: & qm̄ vsus
 est p̄cepto domini dicentis: Facite vobis amicos de mam-
 mona iniq̄ tatis. Idcirco iustitia eius, i. merces largitatise⁹
 & retributio ipsius iustitię manet in ęternū, quia ibi po-
 suit diuitias suas, & ibi thesaurizauit, vbi fures non effodi-
 unt, nec furantur [Qui autem administrat semen seminan-
 ti, & panem, ad manducādum pręstabit, & multiplicabit
 semen vestrum, & augebit incrementa frugū iustitię ve-
 strę.] Hoc dupliciter intelligi potest, & iuxta literam &
 iuxta spiritalem intelligentiam. Omnipotens deus qui ad-
 ministrat homini semen ad seminandum, si eleemosynę
 fuerit deditus ipse pręstabit ei panem ad manducandum
 ex semine, & multiplicabit semina eius in terra, vt qui se-
 minauit quinq; modios, colligat quinquaginta, qui decē
 colligat cętum. Et multiplicabit augmenta frugū iustitię
 vestrę, i. substantię vestrę, quę bene iustitia appellat. Ali-
 ter, Deus qui administrat homini semen ad seminādum, i.
 substantiā tēporalē vnde eleemosynā possit erogare, ipse
 vtiq; ei p̄stabit in futuro panē ad manducandū ęternā, s.
 satietatem, quę erit visio presentissimi vultus omnipotē-
 tis dei: De quo pane dicit dominus in Euangelio, Bea-
 tus qui manducabit panem in regno dei. Et Psalmista de

Psal. 109.
 Luc. 14.

eadem facietate: Satiabor (inquit) dū manifestabit animæ gloria tua, Et non solū ibi p̄stabit æternam satietatem, sed hic multiplicabit substātiā eius, sicut supra diximus: vt habeat vnde valeat eleemosynam largiorem imp̄dere, pro qua augebit illi augmentū. i. merces & retributio iustitiæ eius, Ergo quia omnia bona quæ habemus dei sunt, & semina & nascētia: & putrescunt, pullulant & multiplicātur ad v̄sus hominū, & ipse precepit de his cōmunicare eis qui indigent, debemus dare ista temporalia vt mereamur accipere æterna: sicut plurimi sanctorū fecerūt, inter quos par tē beatæ remunerationis beatissimus martyr Christi Laurentius obtinet, qui verus dispensator temporalium diuitiarū existens, meruit possidere cælestes & æternas atq; immarcescibiles coronas [vt in oibus locupletati] & diuites effecti [abūdetis in omnem simplicitate, quæ] simplicitas [operatur deo gratiarum actionē per nos] qui eius p̄dicatores sumus. Ea intentione & simplicitate debet homo eleemosynā impendere, vt nō quærat illum sibi subiectū facere cui tribuit, neq; laudē ab hominibus quærere [glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ.] Obedientia confessionē præstat homini quādo impletur: quia licet homo taceat cui imperatur, in hoc q̄ obedit opus eius ostendit: & confitetur illum esse valde obedientem, verbi gratia. Præcipitur alicui ire tantum in ambone, licet ipse nihil responderit ei, & tamen ierit cantatū, ipsa cantilena perhibet ei testimonium obedientiæ, & confitetur illum valde esse obedientem [in euangelio] quoq; [Christi] glorificate deum quia euangelium hoc præcipit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis [& in simplicitate] cordis vestri subaudis glorificate deum. De qua simplicitate paulo supra diximus [& in ipsorum obsecratione pro vobis] quibus eleemosynam prestiteritis glorificate deum, quia illi obsecrabunt, & laudabunt deum pro vobis.

CAPVT. X.

Ogo autem] subaudis vt corrigatis [vos ne præfens audeā] subaudis vos redarguere per eā confidentiam, i. autoritatem, [q̄ existimor audeere in quosdā] subaudis qui peccauerunt, [qui arbitrantur nos tanquā secundū carnem ambulemus.], i. tanquam carnem

earnaliter viuam? & carnalia p̄cepta habeam? In carne enim ambulantes], i. in corpore vitā ducentes [nō secundū carnē militam?], i. nō carnaliter viuim?, sed spūaliter. Spiritualiter em̄ viuunt & militat qui facit quod placet deo, Carnaliter aut viuunt & secundū carnē militat, qui desiderijs carnis ob t̄perat [Nam arma militiæ nostræ] quibus militamus contra philosophos & contra demones [nō sunt carnalia] sicut est lorica, galea, mucro, hasta, gladius, clypeus & cætera talia [sed potētia dei] Quidā codices habēt: potētia dei, quidā potentia deo, quod vtrunq; accipi potest hoc modo: Arma nostra, quæ sunt arma carnalia, velut singulariter dicamus, Non est gladius noster carnalis, sed potētia dei, ipsa est gladius noster, quia per virtutē & potētiā illius superamus demōes & malignos homines. Aliter, Arma nostra nō sunt carnalia, i. infirma & corruptibilia atq; flexibilia, sed potētia dei sūt nostra arma, i. possibilia sūt & fortia ad pugnādū per deū. Arma ergo Apost. quibus militabāt contra philosophos, verbū p̄dicationis erat de quo alibi dicitur: Et gladius spiritus quod est verbū dei. Virtus quoq; miraculorū gladius erat illorū. Cōtra demōes vero oratione, ieiunijs, & vigilijs pugnabant [ad destructionē munitionū] subaudis dæmonum & philosophorū, & sumus nos his parati [destruētēs cōsilia] philosophorum, & consilia dæmonū, qui inspirabant in cordibus persecutorū persecutionem cōtra nos excitari, [& destruētēs omnem altitudinē] .i. omnē superbiā [extollētē se aduersus scientiā dei &] sumus nos [redigētēs in captiuitatē oēm intellētū] hominū [in obsequiū xp̄i]. i. in culturam & religionē eius. Ista captiuitas in bonā est partē accipienda. Diabolus ergo persuasione captiuauit primum hominē, quādo illū sibi subdidit, & postea omne genus eius in tātum, vt idola ei suaderet adorare pro deo vero, Sed ipsam captiuitatem humani generis quam diabolus captiuauerat ad mortem, Apostoli per arma p̄dicationis & virtutem miraculorum captiuabāt ad Christum & ad vitam æternam. Nam sicut quilibet ip̄erator terrenus armat milites suos vt per illos subiugat sibi regna, regiōes & prouincias, ita xp̄s armavit milites suos Apostolos spiritualibus armis, & p̄ illos subdidit sibi pene oēs gētes, Et sum? nos [hñtes i p̄mptu]

Ephē. 6.

in manifestavoluntate [vlticisci omnem inobediētiam, cumā impleta fuerit vestrā obediētia] Hoc ita est distinguendū & postea quod sequitur inferendum, Et potest dupliciter intelligi, i. vt dicatur, hanc voluntatē habemus, vt vlticiscatur vestrā inobediētiam quam hactenus habuistis per obedientiam bonā. Tunc enim vindicatur & vlticiscit inobediētia qñ ei superponitur obedientia. Aliter. Hāc voluntatem, inquit, habemus, vt cum vos impleueritis verā obedientiam qui perfectiores & bonę volūtatis estis, nobisq; in omnibus obeditis, tūc vlticiscatur illorū inobediētia per nos, qui designati sunt vobiscū aliqd mittere sanctis, qui sunt Hierosolymis, vt essent participes vestrōrū munerū [quę secundū faciē sunt videte]. i. quę in presentia dicunt a nobis i superioribus & inferioribus vos itelligite & ppēdite [vt aut nō existimer] subaudis a vobis [tāquā terrere vos,] volēs [p epistolas istas, qm̄ q dē epistolę iquiūt graues sunt] in correctione [& fortes] i obseruatōe [p sentia aut corporis]. i. forma illi? in p sentia posita [infirmā] siue desinita est [& sermo illius cōtempitibilis] siue despiciabilis. Ex persona quorūdam loquitur, qui talia dicebant de illo & ideo dicit, qm̄ quidē, inquit, illi. [Non enim quasi non habentes potestatem pertingēdi ad vos,] in prędicatione [super extendimus nos] p dicatione vsq; ad vos [vsq; ad vos enim peruenimus] p dicatione euangeliū Christi ab Hierusalem [Habemus etiam spem in abūdātia fidei vestrę] etiā in illa, subaudis loca euangelizare quę vltavos sunt [nō] tñ habemus spē neq; volūtate [gloriarī i aliena regula], i. in his qui per alterius p dicationē crediderūt, et regulā siue rectitudinē fidei p ceperūt, neq; i his locis quę pręparata sunt ab alijs volumus gloriari, ne super alienū fundamentū ædificare videamur. Ista sententia licet tota sit in latino sermone cōfusa & cōcatenata, ac multa desint in subauditiōibus, tñ apud gręcos plenior & manifestior habetur in sensu. Verū est quoq; quod ipse dixit, Et si in imperitus sum sermone, sed nō sciētia. [Qui gloriatur in dño glorietur.] B. Apostolus sciēs omnia bona nos a deo habere quęcūq; habere possumus, siue in natura: quia ab illo facti sumus, siue in iustitio, siue in omni cōuersatiōe sancta, in fide, i spe, in charitate in bonis operib; in iustitia, i time

re Dei, totūq; esse ex illius donis sine aliquo nostro merito abstulit gloriam humanam & superbiam, qua se dicūt multati a se suisq; meritis habere quod habēt & dicit, Qui gloria tur in fide, in p dicatione, in virtute miraculorū aut in aliquo bono quod habet, non in se gloriatur, sed in dño, i. ad gloriā dei totū referat, & de illius gratia reputat a quo accepit illud. Vt ergo essem?, dei misericordia est. Ergo si omnino nihil eramus anteq; essemus, nihil promerui? apud Deum vt essemus. Fecit nos vt essemus, & non fecit nos ipse vt mali essemus. Dedit ipse nobis vt simus, & potuit alius dare vt boni sim? Si ipse dedit vt sim?, & alius dedit vt boni simus melior est ille qui mihi dedit vt bon? sim, q̄ ille qui mihi dedit vt sim. Porro quia nemo i misericordia largior, quā ille a quo accepim? vt essemus, ab illo accepimus: vt boni essemus, qua propter omnes debemus cum Psalmista dicere, Deus meus misericordia mea. [Non enim qui seipsum cōmendat ille probatus est sed quē deus cōmendat.] Cōmendatio plerūq; pro laude ponitur, sicut isto i loco, & alibi vbi dicit idē Apo. Ego debui a vobis cōmēdari. i. laudari & nō commēdamus nos vobis, i. non laudamus nos apud vos. Probatus autem idē est & probus & laudabilis, siue laude dignus. Nō, inquit Apostolus, q̄ seipsum cōmēdat & laudat apud hoies, ille probatus est, siue laude dignus est, quia vanā gloriam patitur, sed quē deus cōmēdat, i. laudabilē reddit, ille laude est dignus. CAP. XI.

Tinam sustineret is modicū quid insipientię meę? Venientibus pseudo Apostolis ad Corinthios post discessum Apostoli, & dicentibus Apostolorū non esse a deo missum, quia non fuerat a Christo vocatus ante eius ascensionem, nec ab illo edoctus insuper & contraria prędicaret prędicationi aliorum Apostolorum: quos magnos Apostolos vocabant, auerterunt plurimos ab amore Apostoli, quos ad amorem suum traxerunt, dicentes se esse missos a magnis Apostolis a Petro, Andraza, Iacobo, ceterisq; Apostolis. Apostolus ergo volens eos iterum ab amore eorum separare, & ad suum reuocare, qui fidem Christi primus in illorum cordibus infixerat, laudat se coactus verbis, sed non corde neq; sensu, quia sciebat se nihil proficere propter laudem humanam: nisi tātum vt illi

ab eius prædicatione nõ recederet: & quia apud hoies stultum & insipientia est vt aliquis se laudet, maxime cũ Salomon dicat. Laudet te alienus & nõ os tuũ, extraneus, & Prou. 21. non labia tua, volens se laudare ipse ob causam supradictã ne daret alijs occasionem laudãdi dixit, vtinã sustineritis patienter o Corinthij modicũ quid insipientiã meã. i. modicam insipientiam meam quod me laudo, [sed & supportate me]. i. sustinete insipientiam meam in hac parte laudis quasi diceret. Si vultis patiẽter sustinere verba mea dicã: & si nõ vultis, vtique nõ ideo omittã dicere, quod in animo deliberatum habeo. Et hoc quare, [æmulor enim vos dei emulatione.] æmulari est inuidere, imitari, amare, & studiũ habere, sed in hoc loco pro amare ponitur, æmulor enim vos dei emulatione, id est amo vos dei amore, [De sponsau enim vos vni viro virginem castã exhibere christo] Paulus Apostolus desponsauit Corinthios, non sibi, sed Christo per prædicationem suam fidem, sicut Moyses desponsauit in Aegypto plebem Israeliticam non sibi, sed deo. Vnde & præceptum est ei, vt tolleret calciamenta de pedibus suis. Signum ergo desponsationis, & anulus quo despondit siue desponsauit Apostolus Corinthios Christo fides fuit domini saluatoris, quam ministrauit eis. Vnde dicit, Respondi enim vos vni viro Christo exhibere volens vos virginem castam, id est vt præparetis vos virginitatem illi, & integritatem fidei seruetis. Virginitas etenim ista, potius est mētis integritas quam corporis. Si ergo attendimus virginitatẽ corporis multo plures sunt in ecclesia virgines mente quam corpore. Et multæ sunt ex his quæ integritatem corporis adhuc habent, quæ mente & desiderio iam nupserunt. Quapropter melius est, vniuersalem ecclesiam (quæ constat ex vtroque sexu & ex vtroque ordine) virginem castam esse appellatam, quæ & sponsa est Christi de qua Ioannes ait, Qui habet sponsam sponsus est. Quicumq; ergo in ecclesia integritatem fidei habet quam bonis operibus exornat virgo casta est, et si non corpore, tamen mente, ideoq; sponsa est Christi, qui vero virginitatem vtranque, deo propitiante, caste inuiolateq; seruauerit, sicut plurimi sanctorum fecerunt ex vtroque sexu illi vtrique palmam obtinebunt, quam nemo cõiugatorum

EXO. 3.

IOAN. 3.

possidebit. Et si sexus fœmineus, qui tantum est fragilis & procliuus, hoc obseruat, quãto magis illi qui a virtute viri nuncupãtur. [Timeo autem ne sicut serpens Euan seduxit astutia sua,] id est, ne sicut diabolus indutus serpẽtẽ, seduxit mulierem sua calliditate, & per mulierẽ decepit vtrum[ita] modo [corrumpãtur sensus vestri] a pseudo apostolis qui ministri sunt diaboli [& excidant libenter sufferitis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.] Apostolo trãseunte a Corinthijs ad alias nationes corrupẽrunt eos pseudo apostoli a ludæis veniẽtes qui in hoc appellãtur insipientes, quia & circumcisionem volebant obseruare, & sabbati otium, ceteraq; præcepta carnalia legis & euangelij gratiam tenere. In hoc quoque insipientes vocãtur, quia non pro mercede aeterna, neque pro salute auditorum prædicationi insistebant, sed pro lucris tẽporalibus, vt illos exposiliare possent, & pro laude humana dicentes Apostolum non esse verum prædicatorem, eo quod a domino per præsentiam carnis non fuerat vocatus: & talia dicebãt, volentes eos ab amore Apostoli ad amorẽ suum retrahere: quod & fecerunt, plurimos simplicium decipientes, quos Apostolus ironice alloquitur, dicens, Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Quamquam etenim quidã hunc versiculum ita exponant, vt sit sensus, quasi eos veraciter appellet, dicens: Sapientes, miror cum sitis ipsi sapientes quare sustinetis libenter insipientes. Sed Beatus Augustinus aliter exponit, destruens hũc sensum & ironice intelligẽs eos appellatos esse sapiẽtes, Cum sitis (inquit) o Corinthij insipientes, putantes vos esse sapientes, non est mirum si patienter sustinetis insipientes pseudo apostolos, [Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit] Iudæi qui veniant a ludæa, qui vtrunq; volebãt agere, & iudaizare, & euangelium obseruare, volebant credentes in seruitutem redigere legis, vt obseruarent sabbati otium: & irent Hierosolymam offerre legales hostias, & maxime vt circumcissionem obseruarẽt dicẽtes nullo modo posse eos saluari sine circumcissione, præcipue cũ hoc non solum sit legis præceptũ sed lãge ante legem familiari allocutione dixerit deus ad Abraham, Masculus cuius præputij caro circumcisa nõ fuerit peribit anima eius de populo suo, In hanc ergo seruitu

Gene. 17.

tem legis & impedimentū carnis, volebant Iudæi Corinthios redigere, quibus ipse dicit, Sustinetis enim, id est, patienter suffertis, si quis vos in seruitutē legis vult redigere, [si quis deuorat,] subaudis substantiam vestram, patienter sustinetis. Pseudo apostoli suis adulationibus & laudibus expoliabāt illos quos decipiant & in conuiujs plurimīs deripiebant illorū bona, erantque illi contenti deuorari res suas a suis deceptorib⁹. [si quis accipit,] ac si dicat, Si quis rapit vestra bona a vobis, & accipit sibi, patienter sustinetis. Vnde & aues rapacissimæ, quæ latino vocabulo accipitres vocātur, græce harpiæ, id est raptores apellantur, eo quod sibi accipiant, & alijs rapiant, atque hoc modo accipere est aliquid dolo capere, [si quis extollitur,] in superbiam. Extollentia est superbia. Vos, inquit, APOSTOLVS, patienter sustinetis, qui se extollunt de nobilitate generis. Quod autem sequitur, [si quis in faciem vos cedit,] hic est distinguendum, & postea subinferendum [secundum ignobilitatē dico,] & ibi similiter distinguendum. Nam licet singulæ sententiæ sub distinctione proferantur, tamen cum dixit: Si quis in faciem vos cedit, exposuit quid esset in faciem cedere, cum subiunxit: Secundum ignobilitatem dico. In faciem enim cedere, est impropere alicui ignobilitatem generis, sicut Iudæi improperebant CORINTHIIS ignobiles esse genere, quorū patres semper idolatras fuerunt, dæmones & lapides pro deo venerantes: se autem præferbant, iactantes se quod de genere patriarcharum & prophetarum originem ducerent, de quorum stirpe CHRISTVS secundum carnem natus esset. Magna siquidem stultitia est & ignobilitas, aliquem per regenerationem aquæ & SPIRITVS SANCTI filium dei effectum, iactare aliquid de nobilitate generis, maxime cum dominus dicat, omnes nos fratres esse, quamuis aliqui hunc versiculum ita exponant, quasi ad APOSTOLVM pertineat, vt sit sensus, Ignobilem rem ago quod aliquid de nobilitate generis me extollo, non conuenit iste sensus, quia nondum peruenit ad illū locum vbi dicitur? esse de genere PATRIARCHARVM esse, sed eo modo est intelligendus, vt diximus, Et ne forte aliquis

putaret, quod pugnis, aut aliquo modo in faciem corporis diceret eos cedi, ideo taliter locutus est: Si quis (inquit) in faciem, id est in præsentiam cedit, impropere aliquid de ignobilitate generis, patienter sustinetis, & præfertis illos nobis. Secundum nobilitatem autem generis dico: Vos in facie siue in præsentiam cedi, non pugnis, [quasi nos in firmi fuerimus in hac parte,] subaudis generis, sic præferūt se nobis illi, & sic pro nihilo ducimur a vobis. De se loquens APOSTOLVS & sui causa, subintroducitur personam Barnabæ socij sui, qui ex eodem genere Iudaico erat. Ita ergo præferbant se falsi Apostoli ex Iudæis Apostolo PAVLO & BARNABAE, quasi de nobiliori genere orti essent quā illi: & quasi de dispari genere nati essent illi duo, ita dispiciebāt eos. Inde dicit APOSTOLVS: Quasi nos infirmi & ignobiles sumus ignobilitate generis, sic se præferunt nobis: & ita etiā a vobis præferuntur nobis, sed reuera illi sunt potius infirmi in hac parte generis qua se gloriantur: quia dicentes filios se esse Abrahæ secundum carnem non sunt veraciter filij ABRAHE per fidem & operationem, quoniam non sunt imitatores eius. Nos autem sumus firmi & nobiles, quia existentes filij Abrahæ secundum carnem, sumus & per imitationem fidei & operationis. Et iste versiculus per se est proferendus & distinguendus. [In quo] subaudis negotio [quis aude,] subaudis gloriari, [in insipientia dico, audeo & ego] gloriari ac si diceret alijs verbis: Audent illi gloriari in nobilitate generis, licet insipienter dicam, audeo & ego gloriari de nobilitate generis, Ideo autem ait, In insipientia dico, quia stultum videtur, quantum ad homines pertinet, vt in insipientia aliquis sibi metipsum testimonij laudis ex aliquo perhibeat. APOSTOLVS tamen non erat insipiens, quia non sponte hoc agebat, sed coactus, neque pro laude humana, sed vt Corinthios sua laude ad amorem suum retraheret ab amore pseudo Apostolorum, vel in insipientia dicit se audent gloriari de nobilitate generis, vt illorum gloriam euacuet, qui se iactabāt quod filij essent Abrahæ, quia insipienter agebant, Impudentem etiam se pronuntiat, & insipienter agere in hoc quod se laudat, ne illi prudentes viderentur in hac parte.

te ac nobiles, qui se extollebāt de nobilitate gñis [Hebræi sunt] illi [& ego] sum Hebræus. Hebræi dicunt ad Heber patriarcha suo. Inde dicit Apost. Gloriatur illi de nobilitate carnis q̄ Hebræi sunt. & ego similiter Hebræus sū [Israe litæ sunt] illi de gñe Iacob patriarchæ, q̄ & Israel est appellat⁹ [& ego] vere Israe litæ sum, quia deū mente cōtemplor [Semē Abrahæ sūt] amici dei, [& ego] similiter [Ministri Christi sunt] illi [& ego] Minister Christi dicitur, quisq̄ euāgelii p̄dicat, [vt min⁹ sapiēs dico, plus ego] subaudis sum minister Christi q̄ illi: quia ego plus omnibus laboro: & q̄ qd̄ p̄dicō operibus exorno. Illi vero licet in quibus dā rebus bene videātur p̄dicare, tamen nō sunt veri ministri Christi, qm̄ q̄ p̄dicant ore, destruunt operibus. In hoc aut̄ appellat se minus sapiētē esse, q̄ debebat, quia se laudabat dicēs se plus esse ministrū xp̄i, quam illos: & eo modo quo se dixit supra in insipiētia agere: eo nūc minus sapere [in laborib⁹ plurimis] subaudis seruiō xp̄o & est sensus, In hoc apparet plus me esse ministrū Christi q̄ illos quia licet illi qui se mihi p̄ferūt semper in aliquo laborauerūt tñ, plus ego laboraui, quia plurimis laboribus die noctuq̄ deseruiō. Tradat sancti doctores, quod Apost. a mane vel a pulloꝝ cātu vsq̄ ad quintā horā labori manū in sistent vnde victū acquireret, & exinde vsq̄ ad decimā horā publice disputabat: plerūq̄ tamen & in noctem protendebat sermonem, sicut tunc fecit quando Eutyclus somno grauatus, cecidit de solarario per fenestram [in carceribus abūdanti⁹] subaudis fui inclusus quam illi, & est sensus: Et si illi fuerunt in carcere quos vos extollitis o Corinthi j ego plus q̄ illi, [in plagis supra modū] subaudis afflictus sum, sepe plagatus est Apostolus a Iudæis & gentibus, & sepe virgis cæsus, & si illi [iquit] plagati sunt, ego ampli⁹. Questio est in hoc loco, Cum Apostolus alibi dicat, Fidelis deus qui nō patiet̄ vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouētum, vt possitis sustinere, quare hic dicat supra modum in plagis esse afflictum? quæ ita soluitur, quia multa sustinuit ipse supra modū humanū, & supra virtutem humane fragilitatis, sed non supra virtutem diuinā, ideoq̄ potuit ea sustinere & superare, quia virtus omnipotentis dei administrabat ei forti-

Actu, 20.

tudinem sufferēdi, [in mortibus frequenter] subaudis fui positus. Et si sepe fuit in mortibus, quomodo viuebat? In mortibus dixit, pro eo quod est, in periculis mortis, & in desperatione vitæ [A Iudæis quinquies quadragenas] subaudis plagas [vna minus accepi] Præceptum erat in Deo tero, vt quem delinquentem iudices verberabant, ita modum vindictæ temperarent, vt plagarum numerus quadragenarium numerum minime transenderet, ne forte Actu, 10. coram eis frater eorum laceratus iaceret. Quod per quōq̄ vices factum est, hic summatim tāgit A P O S T O L V S: Nam quinquies flagellatus a Iudæis, accepi plagas triginta nouem secundum legem Moyfi, quasi transgressor eiusdem legis. Refert autem B. Beda librum delatum esse a Roma per Chidonium orientaliū Anglorum antistitē in quo erant omnes labores, passionēs, & pœnæ Apostoli depictæ per loca oportuna, Inter quæ omnia erat depictus Apostolus quasi denudatus iaceret in terra, & super astabat ei tortor quadrifidum habens flagellum in manu sed vnam e fidibus in manu sua retentam, tres reliquas ad feriēdum habebat extentas, Si enim quaternis fidibus percuteret decies, quadraginta plagas faceret. Si vero vnde cies feriret, quadraginta quatuor ictus impleret, Vel si nouies feriret quaternis fidibus, & decima vice ternis, vna minus quadraginta plagas daret. [Ter virgis cæsus sum.] hoc a gentibus passus est. Hæc autem in Actibus apost. non omnia reperiuntur, quoniam nec in eis epistolis omnia cōtinentur, quæ in eadem historia habentur. Inuenimus tamen ibi, quia cum venisset in partes Mæcedoniæ, & esset in ciuitate colonia, iussus est virgis cædi: & alia vice iussit tribunus eum gentiliū introduci in castra, & flagellari: ac torquere flagris [semel lapidatus sum] Lapidatus est Lystris ciuitate Mæcedoniæ pro puella de qua eiecit spiritum diuinationis, quæ magnum quæstum præstabat dominis suis [ter naufragium feci.] Naufragiū dicit̄ nauis fracta: & quod dicit̄ ter naufragiū feci, sic videtur verba sonare, quasi ipse fecisset illud naufragium, sed sensus est, ter naufragium feci, id est, ter naufragium pertuli, Qui ergo sapissime nauigio vehebatur per mare, nō est mirum si toties naufragium passus est [Nocte ac die in

profundū maris sui Licet quidam dicant Apostolū non esse in mare demersum, ibiq; in profundo aquarū negēt nocte ac stie māssisse, tenēda est tamē certa sanctorū patrū traditio, q̄a in veritate casu p̄lapsus est in profundū maris vbi circumseptus fluctibus die simul & nocte, post, deo gubernāte, liber ad terrā redijt. Nunquid ergo ipse qui in exitu filiorū israel de terra Aegypti mare diuisit in diuisiones & postea Iordanē & torrentē Arnon, qui etiā seruauit Ionā in ventre ceti, & Petro mare calcabile præbuit, nō potuit etiā militē suū egregiū predicatorē Paulū in profundo maris seruare, vt neq; a circūpositis præfocari aquis, neq; a beluis marinis deuorari potuerit, Potens vtique potuit, ideoq; fecit. Deniq; non est amplius mirādum. Petrum super vndas maris non infusus vestigijs ambulasse, quā Paulum nocte ac die in profundo maris illasum: custoditū esse. Mystice vero per Paulum qui nocte ac die in profundo maris fuit, & tñ dño se protegēte ad terras liber peruenit intelliguntur illi iusti qui de profunditate periculorum & perturbationum seculi a domino quotidie educuntur, sed plenius in die iudicij liberabuntur, atq; ad littus æternæ soliditatis perducētur: quia positi inter fluctus huius seculi, non dubitauerunt in fide de misericordia dei. Petrus vero qui primū nō infusus vestigijs incessit, sed post modum dubitans cecidit inter fluctus: sicq; postea a domino eleuatus, & ad terram est perductus, significat semetipsum qui dubitauit qñ negauit, sed a dño reuelatus est ad fidem & significat omnes martyres omnesq; iustos qui in primordio fidei fortiter incedunt, pro nihilo deputātes fatuitiam persecutorū, sed postea ingruente tempestate grauissima persecutiōnis, dubitant in aliquo, sed domini gratia protecti subleuantur, ne penitus cadant in desperationem & vincantur a procellis atq; ad terram electorū perducuntur [in itineribus sæpe, periculis fluminum] subaudis sui. Iterum conuertit se ad alia pericula memoranda, volens se ostēdere vexatum secundum carnem pro Christo in terra & mari, & multo plura se sustinuisse, q̄ fleuendo apostolos. Solent tempore hyemis & pluuiarum transgredi flumina alueos suos & nimium intollerabile præbere iter viantibus: quia ergo Apostolus hyemali tempo-

Exod. 14
Ion. 2.

Mat. 24

re solitus erat trāfire de loco in locū per pedes, sæpe incurrebatur fluminū pericula, [periculis latronū] sæpe interfuit, seu do apostoli & Iudæi increduli immittebāt ei latrones vt quia ipsi nec poterāt, nec audebāt eū publice interficere ab illorū ministris interficere [periculis ex genere] sustinuit ipse pericula a Iudæis fratribus suis scđm carnē, q̄ dolebāt q̄ derelicta lege ad euāgelij se conuerteret. Vnde legimus quā quadā vice ananias princeps sacerdotū præcepit altātibus sibi pcutere os ei? & lōgū est enarrare quoties hoc factum est, [periculis ex gentibus] A philosophis gentiū & principibus multa incōmoda passus est propter mysteriū incarnatiōis filij dei, passionis, resurrectionis, ascensionisq; ad cælos. & propter vnus dei culturam quam prædicabat, [periculis in ciuitate] sæpe interfuit, quod lōgum est enarrare, [periculis in solitudine] Pericula in solitudine sustinuit a Iudæis, quando factis insidijs voluerūt eum occidere in via, vel etiam periculis in solitudine interfuit, quia diabolus inuidens ei non solum per homines ministros suos eum persequebatur, sed etiam bestias ferocissimas cōtra eum excitabat, ne auderet de loco ad locū trāfire, [periculis in mari] Nō solum quando ter naufragium pertulit, & quādo lapsus in mare, vbi fuit inter medios fluctus die ac nocte, & illasus permāsit verum etiam sapissime pericula in mari sustinuit. Vnde quadam vice impigerūt nauem ad littus, quando prora fixa manebat immobilis: puppis vero soluebatur a vi maris: & quādo milites volebant omnes custodias occidere, ne quis posset natatu puenire ad littus. Sed cēturio hoc prohibuit, ppter Apostolum volens eum seruare, [periculis in falsis fratribus] sæpe interfuit. Falsi fratres hi sunt, de quibus dicit ī epistola ad Galatas, quia subintroierūt falsi fratres explorare libertatem nostram. Hi enim partim Christiani erāt, partim Iudæi, in neutro tamē perfecti, qui zelo legis & circumcissionis Apostolo inuidentes, insidias ei pratēdebāt [in labore & grāna] Aerāna est miseria & molestia. Potest esse labor sine grāna, id est, sine molestia & miseria atque sine aliquo tadio: & ideo addidit ærumna, vt laborem Apostoli ostenderet esse non sine molestia & afflictione. Solent autem homines laborare in hortis, in viridijs cum delecta-

Actu. 21

Actu. 26

Gala.

Gene. 2. tione causa exercitadi, sicut legimus de protoplasto: quia posuit eum de^o in paradiso vt operaretur & custodiret illu. Iste em labor sine aliqua molestia erat [in vigilijs multis.] Aliqn sponte & volutarie vigilabat aliquando non sponte, sed ex necessitate, quia posit^o in pressura & angustia, necesse erat vt vigilaret dei imploras auxiliu: sicut qn posit^o in carcere, cum Sylva hymnos deo cantabat, quando custos carceris splendorem videns in carcere & ostium apertum volebat se interficere, putas omnes victos fugisse, sed hoc Apostolus prohibuit, [in fame & siti] Persequeretur a ludais de loco in locum, & ideo famem sapissime patiebatur per inopiam & sitim [in ieiunijs multis] Multa fuerunt eius ieiunia qua sustinuit, aliquando volens, aliquando nolens [in frigore & nuditate] Maximum frigus & maximam penuriam propter nuditatem tunc sustinuit: du duceretur nauigio Romam, eo quod appellasset cesarem quado exeuntes e nauis: venerunt in insulam Melitenam vbi cum congreasset sarmetorum multitudinem vt se calefaceret, vi pera a calore ignis procedens inuasit manum eius [preter illa qua extrinsecus sunt] id est, preter illa pericula qua in corpore sustineo [instantia mea] id est, perseverantia mea [& sollicitudo quotidiana omnium ecclesiarum] Quia longum erat enarrare omnia pericula, & omnes angustias & tribulationes quas passus fuerat, conclusit, dicens: Preter illa qua extrinsecus in corpore sustineo, perseverantia mea est semper sollicitudinem habere, de omnibus ecclesijs quibus predicavi. Timebat enim ne forte quibus predicauerat a falsis apostolis deciperetur, vel etiam ne propter nimias tribulationes quas videbant & audiebant Apostoli pati desicerent a fide. [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Propter nimiam dilectionem tantum compatiebatur infirmis vt etiam ipse videretur infirmari illorum infirmitatem sua reputans, more medici & procuratoris infirmi agens, qui videns agrum tristari & dolere, particeps est eius doloris mcerorisq; [Quis scandalizatur? & ego non vror?] quantum adhuc locum pertinet, scandalizari est carnis pati desideriu, & contristari atq; affligi calore corporis, et ardore vitiorum accendi, Vri similiter est calore libidinis totiusq; corporis ardore aestuari, Scandalizat ergo aliquis

qn non sponte illectus pulchritudine mulieris, aut proprie carnis calore prouocatur ad libidinem per petrandam: sed dum inuitus & imprameditatus hoc agit, scandalizatur si bi & irascitur atq; contristatur. Hanc infirmitate humanæ naturæ considerans Apostolus, quæ nimie fragilitatis est dicit se vri, vt consulat talibus compatiens infirmitati eorum, nec condemnat huiusmodi talia sustinentes: sed commonet in humilitate sermonis, dicens se similia pati vt si ille qui tam gratiam consecutus erat adhuc desideria carnis patiebatur, & magister gentiu erat, non desperarent illi qui in firmioris gratia adhuc erant, si talia paterentur, sed spe pmissi pmi repugnaret stimulis carnis, sicut ille repugnabat, ne qui eorum hæc ab illo audiebant, desiderijs carnis victi in desperationem laberentur. Plus em est vri q; scandalizari, acsi diceret: Patitur aliquis & affligitur a desiderio & nimio ardore concupiscentia & ego non solum affligor, sed etiam quod est maius, vror, & quodammodo incedo. Nimiã em concupiscentia carnis patiebatur, quado dicebat. Infelix ego homo. i. miser ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et illud: video aliam legem in membris meis, repugnantem legi metis meæ & captiuum me ducentem. i. captiuare volentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Nos igitur si volumus coronari cum Paulo Apostolo, certemus viriliter, sicut ipse certauit, quatenus omnia oblectamenta vincamus, quia non potest coronari nisi qui legitime certauerit. [Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt] subaudis in his [gloriabor] Oportebat illu utiq; gloriari & enumerare suas passiones non pro se vt ille aliquid exinde cresceret apud deum, sed pro illoru salute quos volebat ab amore falsoru Apostolorum ad suu reuocare, & vt se etiã alijs in exemplum præberet & inuitabilem, Infirmitatis autem nomine comprehenduntur omnia incommoda & persecutiones atq; passiones quas pro Christo libenti animo pertulit, & est sensus: si gloriari volunt hi q; vos seducunt & retrahunt ab amore meo, mihi detrahedo, in his glorietur in quibus & ego glorior, licet inuitus & prouocatus. Manifestum est autem non posse illos gloriari in infirmitatib; & passionib; quas pro xpi amore & pro mercede æterna, & pro salute fratrum sustinuerunt.

Rom. 6.
Ibidem

erunt, an tantū gloriātur de nobilitate generis quā filij sunt
 Prou. 27. Abrahę de qua ego nolo gloriari: quamq̄ ex eodē genere
 originē ducā. Quęrunt nōnulli, cum deus per Salomonem
 Iob. 29. dixerit. Laudet te alien⁹ & nō os tuum, quare iusti atque
 perfecti viri aliquādo bona & virtutes narrent, quas di-
 Pfal. 7. uinitus perceperūt, verbi gratia: Sicut B. Iob quoque qui
 dixit. Pes sui claudō & pater orphanorum, causamq̄ quā
 nesciebam diligentissime inuestigabam, cętera que huius-
 modi, & Dauid: Si reddidi retribuētib⁹ mihi mala, id est:
 non reddidi. Apostolus quoque isto in loco multipliciter
 Quibus respondendum est, quod perfecti dū virtutes pro-
 prias prędicant, & se apud homines laudant non idcirco
 hoc faciunt, vt ipsi apud homines sua ostensione aliquid
 proficiant, sed vt eos quibus prędicāt exemplo suo ad vi-
 tam trahant. In hoc quoque omnipotentis dei sunt imita-
 tores, qui laudes suas hominibus loquitur, quatenus ab ho-
 minibus agnoscat. Nam deus qui nos prohibet per scri-
 pturam dicens: Laudet te alienus & non os tuum, ipse per
 Exo. 6. scripturas sacras laudes suas loquitur, dicens ad Moysen:
 Exo. 44. Ego sum deus omnipotens, & nomen meum adonay non
 indicauit eis: & per Isaiam: Ante me non est formatus de⁹,
 & post me non erit, quare ergo fecit ipse quod prohibet?
 Nimirū si virtutes suas & mirabilia ipsa taceret, nequa-
 quam eum vllus cognosceret. Si nullus eū agnosceret, nul-
 lus amaret. Si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Vnde
 per Psalmistam de eo dicitur: Virtutem operum suorum
 annuntiabit populo suo: Vt det illis hereditatem gentiū,
 opera manuum eius veritas & iudiciū. Virtutes ergo suas
 annuntiat, non vt laudibus suis ipse proficiat, aut indigeat
 sed dū suam nobis magnitudinem narrat, nostram ad se im-
 peritiam subleuat. Iusti itaque cum virtutes suas prędi-
 cant, reprehensibiles non sunt quia dum vitam suam refe-
 runt, aliorum animas ad vitam quęrunt. De quibus ta-
 men sciendum est, quia nunquam bona sua detegunt, nisi
 eos aut proximorum vtilitas, aut certe nimia necessitas cogat,
 sicut nunc Apostolum coegit, vnde ipse dixit: Si glo-
 riar: oportet, & reuera oportebat. Ergo si gloriandum est
 Christiano, in humilitate est gloriandum.

Eus & pater dñi nostri Iesu Christi scit quia nō
 D mētor] Dicturus rē pene incredibilem quod Iu-
 dæi increduli cōtra principes gentiū cōcitassent,
 regnaque terrę contra eū insurrexerint nihilq̄ ei nocue-
 runt, deū testem inuocat, vt facilius credatur. Ideoq̄ talia
 commemorat, vt ostendat quāta distantia est inter veros
 Apostolos qui tanta pro dei amore sustinebant, quęrētes
 salutem auditorū & pseudo Apostolos qui auditores suos
 expoliabāt, nō quęrētes salutem illorum. [Damasci prę-
 positus gentes Aretę regis custodiebat ciuitatē Damascē-
 norum vt me comprehēderent] Damascus ciuitas est me-
 tropolis Syrię quam edificauit Damascus Eliezer seruus
 Abrahę, & interpretat Damascus sanguinē bibens, quod
 bene cōuenit illi loco, quia ibi effusus est sanguis Abel, illa
 autē hic dicuntur de Apostolo, in exordio fidei eius facta
 sunt quę quādo cęcatus a dño in itinere productus est Da-
 mascum, vbi mansit diebus tribus nō videns neq̄ mandu-
 cans, postea vero baptizatus, & accepto pane cōfortatus
 introiuit statim in synagogā Iudęorū & cepit publice pdi-
 care nomē dñi Iesu. Quod vidētes Iudæi succensī sunt zelo
 & quęrebāt occasionē quō eū perderent. Sed dū per se mi-
 nime hoc auderent agere, audierūt prepositū ciuitatis sup-
 hac re, quatenus illius auxilio & permissiōe valuerūt illū
 occidere. Qui volens placere Iudęis, & strenuus in officio
 sibi credito apparere, pręcepit custodiri vndiq̄ ciuitatem
 ne vllō mō viuus effugere potuisset, sed dei auxilio procu-
 rāte effugit eo mō quo sequentia manifestant [& per fene-
 strā] inquit [in sporta demissus sum p̄ murū, & sic effugi
 manus eius] Sporta, vas est ex iunco & palmarū folijs cō-
 textum in quo deorsum cum funibus demissus est per mu-
 rū a fratribus fidelibus. Quęstio est in hoc loco quare Apo-
 stolus de Damasco fugerit, qui dicebat: Ego non solū alli-
 gari in Hierusalē, sed & mori pro nomine domini Iesu pa-
 ratus sum quę hoc modo soluenda est: quia non ideo fugit
 vt martyriū horreret accipere, sed maluit campum certa-
 minis quęrere, & latitudinem gētium petere, quam iuxta
 claustra ciuitatis teneri, & occidi, vbi per paucos erāt credē-
 tes, qui eius martyrio corroborarentur & informaretur,
 vt similia pati non dubitarent. Quod postea impleuit ip̄

Mat. 19. se dum martyrium sustinendo plurimos ad hoc informa-
uit. Impleuit ergo præceptū dñi dicentis: Cum vos persecu-
ti fuerit i ciuitate ista, fugite in aliā. Et reuera seruauit pa-
riter exēplū martyrij & vtilitatē pdicationis, suę quę po-
stea impleuit. Huius ergo exēplo erudimur aduersariorū
pugnā & cōstanter appetere, & prudēter aliqñ declinare
[Si gloriari oportet nō expedit qdē] Si gloriari me opor-
tet propter salutem aliorū & necessitatē supradictam, qua
compellor, in hoc possunt gloriari, quia euasi manus perse-
quentium, tñ nō expedit. i. nō est mihi necesse vt glori-
er: quia nō elegi superbiam & iactantiam sed humilitatem.
[Veniam autem ad visiones & reuelatiōes dñi] Subaudis
de quib⁹ potero gloriari. Visiones & reuelatiōes dñi dicit
quod vnum est quas ei ostēdit dominus. Nunc in sequēti-
bus dicitur est quo sit eleuat⁹, vt per hoc possimus intel-
ligere quāta & qualia ei ostēta & dicta sunt, ne sicut pleu-
do Apostolis alijsq; incredulis videbatur, minor ceteris
apostolis in gratia crederet, quamuis nouissimus sit voca-
tus, & dñm præsentē in carne non viderit. [Scio hominē
in Christo ante annos. 14. siue in corpore, siue extra corp⁹
nescio, Deus scit, raptū huiusmodi vsq; ad tertiu cglū] Mos
& vsitata consuetudo est scriptorum, qui nobis sacras lite-
ras ministrāt vt qñ ab aliquo eorū narrat historia, cum ad
seipsum venerint, sic de se tanq̄ de alio loquatur: sicut fecit
Moyses q̄ dixit, Erat autē Moyses vir mitissimus sup oēm
terrā, & Iob, Vir erat in terra Hus nomine Iob Sic B. Mat-
thęus, cū in textu narratiōis suę venisset ad seipsum vidit,
inquit, publicanū nomine Mattheū, nō dixit, vidit me, sed
sic se inferuit, ordipi narratiōis suę cum venisset ad seipm
tanq̄ rerum gestarū scriptor, nō tanq̄ suiipsius prædicator
Inusitatius tamen B. Apostolus non in historia, vbi rerū
gestarū suscipitur explicanda narratio: sed in epistola hoc
fecit, sicut isto in loco apparet vbi loquit de se causa humi-
litis quasi de alio, inquiens: Scio hominē in Christo ma-
nentem ante annos. xiiii. raptum vsq; ad tertium cælum.
Ex quo Apostolus raptus vsq; ad tertium cælum vsque
ad istud tempus quo ista conscripsit quatuordecim anni
completi sunt, vnde liquido apparet, quia magna neces-
sitas compulit illum patefacere, quod per tot annos in

Num. 12
Iob. 1.
Mat. 9.

intimo cordis arcano cælauerat. Igitur de his verbis Apo-
stoli, diuersi diuersa sentiūt, quorū opiniones huic loco per
longū est inserere: & ad presens narrare, nisi tantummodo
pauca ex pluribus. Iulianus Pomerius vir san epurētia,
primū cglū dicit isto in loco appellatū esse aeriū, a quo aues
celi vocant: scdm siderē, vbi cōtinētur. 12. signa cęteraq;
astra, præter septē planetas, quod & firmamentū appellat,
tertiu intelligit spirituale siue mētale, vbi angeli & animę
scōrum in cōtēplatione dei sunt positę contēplantes sup
se deū omni potētē, qui omni creaturę præsidet, Ita tamen
præsides vt in præsidēdo oīa sustineat, sustinēdo circūdet
circūdādo impleat. Scdm illius intellectū ad istud tertiu cę-
lum mētale raptus est Apost. Et in hoc quidē bene sensit.
Sed secūdum B. Aug. adhuc necesse est ad altiora cōfēde-
re, & profundiora scrutari, qui in elucidādis quęstionibus
oēs doctores post apostolos præcellit. Quia ergo Apost. nō
humanas, neq; angelicas visiones dicit se enarrare, altius
ista inquirēda sunt. Tria igit generā esse visionū manife-
stū est: Est visio corporalis quę corporeis oculis fit, qua vi-
demus cælū & terrā atq; omnia visibilia & corporea. Et
est visio spiritalis, qua ea quę videmus & audiui⁹ in pñ-
ti: post memoria recōdim⁹: & ea quę audiui⁹ vel vidi-
mus i pterito, mō quasi pñtia cernim⁹. Et cū alicubi sint
a nobis posita ea quę vidim⁹ corpalliter, nūc absentes quasi
pñtia cernimus, verbi gratia: Sum modo p præsentia cor-
poris Romę, & cerno ita Carthaginem quam dudū vidi
quasi in præsentia mea fit posita, cū longe sim ab illa remo-
tus. Quę duo generā visionū cōmunia sunt nobis cū peccā-
ribus & auiibus, quę vidēt p corpus. & eorū quę vident
imaginaliter spūs informātur. Vnde & pecora p̄sepia re-
cognoscūt, & aues ad nidos suos reuolāt. Nisi enim partem
spiritalis visionis, i. memorię haberent, quę constat solum
modo in anima, nequāq; recedentes aues a nidis suis recor-
darētur illorū: neq; animalia recognoscerēt p̄sepia. Est &
tertia visio intellectualis, quę nihil est aliud nisi ratiōabili-
tas & excellētia animę, per quā quę corporaliter videmus
& imaginaliter in memoria retinemus, intellectū discerni-
mus, intellectu igitur discernimus q̄ illud fit corpus illud
similitudo corporis, & plerunq; quid significet. Hęc intel-

lectuale visionē nullatenus pecora aut volatilia habēt: quā nec seipsa intelligūt, nec illa quæ oculis cernunt. Postremo corporalis visio sine spiritali esse nō pōt, quæ fit in aīa solū mō. Spiritalis vero sine corporali esse potest, vñ absentes homines recordamur, & in tenebris ea quæ videmus imaginaliter cernimus, in sup̄ & somnia. Intellectualis nēpe nec corporali indiget, nec spiritali. Intellectu nāq; nec corpus videmus, nec imaginē corporis. Per hūc q̄ppe videt iustitia, charitas, ipse deus, ipsa mens hoīs, quæ nullū habet corpus, nullā soliditatē corporis. Quapropter ista diuisio intellectualis trāscēdit & p̄cedit illas duas p̄missas, corporale scilicet ac spiritalē. Quod probare possumus ex volumine Danielis prophete, vbi legimus, quia cū Baltasar epularet & potaret opipare siue splendide in vasis templi dñi quæ asportauerat Nabuchodonosor auus eius de Hierusalē vidit articulos manū scribētis in pariete aule regie. Vidit corporali visione, cōtinuoq; p̄ corporis sensum imago rei corporaliter facta, spiritui eius imp̄ssa est: atq; ad alia dum se verteret, licet corporaliter illa nō cerneret, sed spiritali visione & memoria videret, videbat in spiritu. i. in aīa, & nō intelligebat quid significaret: quia nō pleniter habebat intellectualē visionē, licet aliquid inde haberet. Vñ apparet quia nō in omnibus hominibus vīget. Intelligebat signū esse quod videbat, id habens ex mentis officio. i. ex intellectuali visione, & quia requirebat quid significaret, etiā ipsam inquisitione vtiq; mentis intellectus agebat. Quo nō cōperto, Daniel accessit, & quia intellectualē visionē habebat, spiritu prophetico mēte illustratā perturbato regi qd illo signo portēderetur aperuit. Ipse potius propheta per hoc genus quod mētis est propriū, potuit intelligere ac dicere qd significaret, q̄ ille qui in signū factū corporaliter videret & ei⁹ imaginē i spū cogitādo cernebat, nec aliqd intellectu nosse poterat nisi signū esse: & quid significaret vt intelligeret iquirere. Tres igit̄ celi nō absurde possunt intelligi tria ḡna visionū, de quibus haftenus locuti sumus ita tñ per primā visionē intelligamus, quicquid intra ambitū siderei celi cōtinet̄ pariter cū ipso, quod & firmamētū appellatur. Per sc̄dā celi spiritalē, vbi angelica natura & aīe sc̄torū in cōtēplatione dei sunt positæ. Per tertiū ve

Dani. 3.

ro cælū intelligit̄ iā intellectualis visio & rationalis, qua intelligēdo cōspicitur charitas, pax, gaudiū, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, cōtinētia, ceteraq; hmoī quibus propinquat deo, & quibus ipse deus videt, ex quo oīa per quæ oīa, i quo oīa. Ad quā. i. intellectualē visionē, quæ designat p̄ tertiū cælū, raptus & eleuat⁹ est Ap. Pau. vbi. i. intellectuali visione nō solū ea quæ i spiritali celo sunt intelligēdo vidit, sed etiā ipsam dei substātiā verbū dñi p̄ quod facta sunt oīa, in charitate spiritus sancti, nō p̄ corp⁹, nō p̄ similitudinē corporis, sed sicut est ipsa veritas, cōtemp̄tatus est in hac vita videlicet quō deus oipotēs trinitas sit in personis & vnitas in substātia, sicut videndus est ab omnib⁹ sanctis post generalē resurrectionē. Quæstio vero non modica isto in loco oritur, quō ipsa Dei substantia a quidūsdā i hac vita positā videri potuerit, p̄pter illud qd dictū est ad Moysen, nemo potest faciem meam, inuisibilitatem meā videre & viuere: & propter illud Deum nemo hominū vidit vnq̄ in mortali vita ex toto posit⁹: Quæ ita soluitur, quia potest humana mēs, intellectus & rationabilitas animæ diuinitus rapi ex hac vita ad angelicā vitā antequām per istam communem mortem carne soluitur sicut credendū de beato apostolo, vbi a deo facta ē ab huius vitæ sensibus, quedam intentionis auersio. Tam cuiusdā manifesta fuit eadem visio intellectualis, vt siue in corpore, siue extra corpus fuerit. i. vtrū sicut solet in vehementiori extasi vel excussu ab hac vita mēs in illā vitā fuerit alienata, manēte corporis vinculo, aīa videlicet in corpore, an oīno talis resolutio facta fuerit, qualis i plena morte cōtingit, anima recedente ipse se nescire p̄fiteatur. Quapropter nec a nobis est querendū ne cōtra illā agamus quod dicit, Altiora te ne scrutatus fueris, ita fit vt & illud verū sit quod dicitur, Nemo potest faciem meā videre & viuere, quia necesse est ab hac vita abstrahi mēte, siue intellectu, quādo in illius ineffabilitatē visionis assumitur. Et nō fit incredibile quibusdā sanctis nodū ita ex toto defunctis, vt sepeliēda cadauera remanerent, etiam istam excellentiā visionis fuisse cōcessam. ¶ Superiorū epilogus Tres celi significat̄ tria genera visionum quorum prima est corporalis, qua videmus cælū & terram, ceteraq; cor-

Rom. 11.

Exod. 10.
10. 4.

pora & visibilia. Secunda spiritalis quæ sit in anima siue intellectu, cum imagines eorū quæ videmus memoria recōdiuntur, & ī tenebris ea quæ vidim⁹ imaginaliter cernim⁹ insuper & somnia & edificia & homines quos dudū vidimus, sic spiritali visione videmus in anima quasi presētes sicut nobis. Istæ duæ visiones communes sunt nobis cū pecoribus & volatilibus, quæ & corpora vidēt et loca propria recognoscunt. Sic pecora agnoscunt præsepia sua & aues ad nidos suos redeunt quia recordantur illorū. Est & tertia visio itellectualis, quā nullaten⁹ habēt pecora & volatilia sed angeli & homines rationē vtentes. Vnde intellectus, i. ratio, tamen nō in oibus hominibus equaliter viget intellectu aut siue ratiōe discernim⁹, q̄ illud sit corp⁹, illū similitudo corporis, & per hanc visionē videtur iustitia, charitas, ipse deus. Ad istā ergo visionē itellectualem, quæ est tertia, & quæ designatur per tertiū cælū, quæ etiā trāscendit sua excellētia duas præmissas, ita raptus & eleuat⁹ est dominus Apostolus, vt deum non per corpus, non per similitudinē corporis, sed sicut est ipsa veritas cerneret & sicut videndus est post hanc vitam ab omnibus electis, quæ visio tam euident tamq̄ manifesta fuit, vt ipse Apostolus se profiteatur nescire vtrū quando raptus est in tertiū cælū, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore cum corpus viuere dicitur, siue vigilātis, siue dormientis siue in extasi a sensib⁹ corporis alienata, an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membrīs mortuis anima redderetur, et nō quasi dormiens euigilaret aut extasi alienatus, denuo rediret in sensus, sed mortu⁹ omnino reuiuisceret. [& scio huiusmodi hominē siue ī corpore siue extra corpus, nescio deus scit, quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba quæ nō licet hominī loqui.] Bis raptum se dicit Apostolus, primū ad tertiū cælum, postea in paradysum, non in illum paradysum terrenum, vbi quondam fuit protoplastus, sed in cælestem paradysum. Nam paradysus interpretatur hortus deliciarū & significat beatitudinem electorum, cælestem, s. requiem, ad quam raptum se dicit Apostolus eo modo quo ad tertiū cælum, audiuit arcana verba, i. occulta secreta, atq̄ ineffabilia quæ non licet

hominī loqui, Inter ipsos spiritales viros cælestē vitā ducētes, sunt vticq̄ alij alijs capaciores, atq̄ meliores int̄m, vt ad ea peruenerint quæ nō licet eis alijs loqui. De talibus erat Apost. q̄ audiuit in paradiso ineffabilia verba, quæ nō licet hoī loq̄, i. aut ille q̄ audiuit, nō pōt ea alijs narrare, ppter ineffabilitatē illorū, aut nō pmittit ei, aut si tātē dignitatis est vt permittat ei loqui, & possit alijs narrare, illis qui audiūt nō licet ea loqui, quia nō valēt ea capere ob magnitudinē mysteriorū, [Pro hmōi] subaudis visionib⁹ dei manifestissimis [gloriabor] letabor, gaudebo et exultabo [p me aut̄] .i. p mea extollentia & laude vel pro meis meritis [nihil] gloriabor, quia gratia dei sum id quod sum [nisi in infirmitatibus meis] Infirmitatis nomine comprehendit omnia incōmoda & passiōes quas sustinebat pro Christi nomine, in quib⁹ ipse gloriabatur. [Nā & si voluero gloriari] subaudis ppter meritū quod habeo apud deū [non ero infipiēs] illud narrādo. Quare? [Veritatē enim dicā.] Hoc dicit, quia si meritū suū profiteatur quod habet apud deum, non erit imprudēs, quia veritatē loquitur: Ergo si quis pro vtilitate & ædificatiōe aliorū bonū sibi diuinit⁹ cōcessum cum humilitate narrat, nō agit insipienter, quia veritatē loquitur. Qui vero bonū quod habet, propter iactantiā alijs prædicat, deputās illud suis meritis: vel quod nō habet, dicit se habere, insipiens & nimīū est imprudēs: quia mēdacium loquitur. [Parco autē] id est dimitto narrare gloriam meam & meritum atq̄ gratiā, [ne quis me existimet supra id qd̄ videt ī me, aut audit aliquid ex me] Nolebat Apostolus narrare gratiā sibi largitam, quia nolebat maior apparere & sanctior quā erat. Inde dicit. Idcirco nolo gloriari, & dimitto omnē gratiā mihi concessam, ne quis putet meliorē sanctioremq̄ esse supra id quod videt in mea cōuersatione: aut supra id quod audit ex me ab alijs. [Et ne magnitudo reuelationum extollat me] subaudis in superbiam [datus est mihi] a domino [stimulu⁹] carnis meę, angelus sathanę, qui me colaphizet. Quidam dicunt Apostolum dolore capitis laborasse, quidam a diabolo de ardore libidinis tētari & affligi, quod verius est. Ne ergo in superbiæ tumorem extolleretur, pmissus est tentari a diabolo de ardore libidinis, quā appellat stimulu⁹ car-

nis. Vt em̄ dicit̄ doctores, stimulus pprie timoris & libidinis est, ipsumq; stimulu carnis a quo pungebatur & accēdebatur, vocat̄ angelū satanæ. i. nuntiū diaboli, quia a diabolo immittebatur ei illa talis stimulatio concupiscentiæ, at qñcunq; Apostolus patiebatur illā stimulationē, sciebat illā a diabolo sibi immitti Sed dñs qui permittebat eū colaphizari. i. affligi & tribulari a tentatiōe diaboli, ne in superbiā erigeretur, cognoscendo suā fragilitatē ipse vtiq; custodiebat eū ne in vitium libidinis caderet. Vnde apparet, q̄a p̄ venenū fugabat venenū. Venenū libidinis & tentatio carnis fugabat ab illo venenū superbiæ. Dedit nāq; ei dñs antidotū tyriacum, quod de serpente conficitur, qui vocatur Tyrus, siue tyriacus, a quo & tyriacum appellatur, & fugat venenū aliud. A quo tentabatur de libidine, ab illo sanabatur a vitio superbiæ, quia a dño acceperat cōtra venenū superbiæ antidotū tyriacum, quod gustatum venenū pellit. Erudire quippe volēs dñs electos suos, & custodire in humilitate virtutum permittit eos tentari sæpe, sicut egregiū prædicatorem a diabolo permisit tentari, ne magnitudine reuelationum extolli potuisset ipsamq; tētationem sic disponit, vt qui elati perire poterāt in humilitatis gradu cōsistentes, a p̄dicatione & præcipitatione seruentur. Quapropter si quis tētationem aliquā sustinet, nō debet desperare neq; deficere, sed cum dei adiutorio decertare vt vincat. [Propter quod] subaudis impedimētum libidinis [ter dñm rogauī vt discederet a me] stimulus carnis siue angelus satanæ. Quæri potest isto in loco, Cum dñs dicat per prophetā de quolibet electo. Adhuc te clamante dicā. Ecce assum, & in euangelio. Oīa quæcūq; petieritis in noīe meo fient vobis, quare eximius apostolorum orās liberari a tētatione diaboli & stimulatōe carnis, nō sit exauditus? Sed sciendū est, quia idē non est exauditus, q̄a nō petebat in nomine Iesu id est, quod ad salutem suam pertinebat. Nesciebat enim petere pro se quod sibi vtile erat, sicut alias ipse dicit, Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Si ergo esset exauditus, vt ab illo recederet tētatio diaboli, concupiscentiæq; carnis poterat euenire vt cito in superbiā extolleretur. Et ne nimium cōtristaret, audiam⁹ quid ei dixerit dñs, siue per angelū siue in corde, aut alia

Esa. 58.
Ioan. 13.

reuelatione [Sufficit tibi gratia mea] Gratia isto in loco intelligit̄ quicquid donorū gratis datū est apostolo Paulo, videlicet q̄ de celo vocatus est, q̄ fidem accepit vt crederet quod remissionem oīm peccatorum in baptisinate p̄cepit q̄ ad gratiā apostolatus & prædicationem gentiū electus est, quod sapiētia præ omnibus apostolis a deo perceptit. & quod ad visiōes & reuelationes domini, ad tertiu celi raptus est necnō quod verba ineffabilia audiuit in paradiso, de ista gratia dixit ei dñs. Sufficit tibi gratia mea. Ideo nō li orare p̄ stimulo carnis ne forte in superbiā labaris, [Nā virtus in infirmitate perficitur.] Virtus. i. perfectio virtutū in infirmitate carnis & labore atq; tētatione perficitur, si ipsa infirmitas patienter sustinetur, & cōtra tētationem cōcupiscentiæ viriliter pugnatur. [Libēter igitur gloria hor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.] Postquam cognouit prodesse sibi quod nocere putabat, responsumque accepit a domino quod perfectio vitæ omniumq; virtutū in infirmitate perficitur, libenter se dicit gloriari. i. gaudere & lætari in suis infirmitatibus. i. in suis passionibus, quas pro xp̄o sustinebat vt in eo dignaretur habitare virtus & gratia, siue perfectio omnium donorū Christi. Ergo quia aliter p̄fectionē virtutū habere non possumus, nisi tentamēta & oblectamēta carnis patienter sustinuerimus, pugnando tñ cōtra vitia certemus cū Apostolo, vt in nobis habitet virtus & gratia donorū xp̄i pariterq; cū illo coronemur i celesti regno. [Propter quod] subaudis vt inhabitet in me virtus Christi [placeo mihi in infirmitatibus meis] nō in prosperitate & diuitijs huius seculi, sed [in contumelijs] id est, flagellationibus vel opprobrijs, non in honoribus seculi, sed in necessitatibus, non in epulis, vel otio sed [in persecutionibus] non in saluationibus, sed [in angustijs.] nō in iactantia elationis, & hoc [pro Christo] patior non pro aliquo crimine, [Cum enim infirmor] subaudis in corpore, [tunc potens sum] subaudis in anima. Vnde caro atteritur, affligitur, & infirmatur, inde anima roboratur & crescit. [Factus sum insipiens,] subaudis mea merita & virtutes proprias narrando, sed tamen [vos me coegistis.] ad hoc, quos ab amore salforum A P O S T O L O R V M ad nostrū volui reducere. Insuperantem

se dicit, sed utiq; nō est insipiēs: quia vera locutus est: & licet p̄ salute aliorū coact⁹ suas virtutes narraret tñ de humili ratis gradu nō cecidit. [Ego em̄ debui a vobis commēdari]. i. laudari [Nihil em̄ minus feci] in p̄dicatiōe i virtute miraculorū [ab his qui sunt supra modū apost.]. i. a Petro Iacobo, & alijs p̄decessoribus meis, qui a meis detractoribus dicunt supra modū meū esse magni apo. [Tamet si nihil sum], i. quāuis nihil sim cōparatione illorū, [signa tñ apostolatus mei]. i. miracula facta [sunt] a me [sup̄ vos] siue in vobis, quia mortuos vestros suscitavi, & infirmos curavi. [Quid minus habuistis p̄ ceteris ecclesijs, nisi quod nō grauauī vos?] nihil accipiēs a vobis [Donate]. i. indulgete [mihī hanc iniuriā.] si iniuria dicenda est. Ironice loquitur. Re enim vera iniuria non erat, sed confideratio [Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos] Quari potest: Cum nō legamus illum venisse ad eos nisi tantummodo vna vice, quādo moratus est apud eos anno vno & dimidio, neq; postea quam ab eis discessit, sicut ipse in priorī epistola dicit, quia testor deū nō veni Corinthū postq̄ a vobis recessi, parcens vobis. i. ne vobis oneri essem, quare modo dicat se tertio venire? Sciendum est quia per p̄sentiam carnis vna vice tantūmodo venit, quando eis p̄dicauit: Secūdo per priorem epistolam venit, non per semetipsum. Tertio per istam secundam epistolam dicit se venire: quasi sem̄ in epistolis suis veniebat ipse: [& nō ero grauis vobis] id est nihil accipiam a vobis [non quero vestra sed vos]. i. vestram salutem [Ego libentissime impēdam] subaudis vobis omnia quę mea sunt in p̄dicatione, in miraculis, [& superimpēdam]. i. morti me tradam [pro animabus vestris, licet plus vos diligens minus diligar.] subaudis a vobis: [Sed esto. Ego vos non grauauī.] Esto proprie aduerbiū est concedentis, & ponitur pro Esti: isto autem in loco hunc obtinet sensum: Sed esto id est si minus diligar a vobis, ego tamē vos non grauauī in aliquo. [sed cū essem] inquit [astutus, dolo vos cepi?] Increpatiuę atq; interrogatiue est legēdum: Cum essem (inquit) calidus & ingeniosus, dolo & fraude vos cepi ad fidem CHRISTI? Non sed per p̄dicationem veram & virtutem miraculorum adduxi vos ad fidem cooperante Christo, [Olim

putatis quod excusemus nos apud vos.] subaudis non facimus, quia nō est necesse, hoc dupliciter intelligi potest: Nūquid a p̄terito tēpore dubitatis de nobis arbitrātes nos ideo talia loqui, quasi nō simpliciter agamus erga vos & idcirco nos accusemus? Nō loquimur ideo talia vt nos excusemus quia simpliciter incedimus. Aliter: Olim putatis quā excusemus nos apud vos & est sensus, A p̄terito tēpore cognoscetis cōuersionē nostram & p̄dicationem & ideo nō indigemus vt nos excusem⁹, [Corā deo] patre [in Christo loquimur]. i. honorē Christi quærētes, Testificatur illis ad satisfaciēdum, quia vera dicit: Testis est mihi deus pater & xp̄s, cuius honorē quęro, qui simpliciter incedo erga vos. [Oīa autē] subaudis icōmoda [sustinemus] propter vos. Ne iterū cū venero, humiliet me deus apud vos]. i. affligat in ieiunijs & fletibus p̄pter vestrā incorrectionē Apostolus non habebat peccata proptia quę deferet, & ideo aliorum deflebat. CAP. XIII.

Cce tertio venio ad vos] primum per semetipsum deinde duabus vicibus per epistolas meas. [vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.] Tres testes comparat tribus suis aduentibus. Si cut in lege aut tribus testibus defendebat se aliquis aut tribus testibus conuincebatur. Ita isti aut tertio aduentu illius correcti & emendati laudati sunt: aut si incorrecti manserunt, acrius reprehēsi ab Apostolo, vindictam per ceperunt. [An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? qui in vobis nō infirmatur sed potēs est in vobis.] ac si diceret: Nūquid quæritis probationē Christi qui in me loquitur, vtrū valeat peccata vestra punire per me qui in vobis nō est omnipotēs miraculis & virtutibus faciēdis? utiq; potest. [Nā si crucifixus est Christus ex infirmitate,] carnis, [sed viuī ex virtute dei]. i. i diuinitate sua manet impassibilis, [Nam & nos] Apostoli [infirmi sumus in illo]. i. tribulationes & angustias sustinemus propter illū, [sed viuimus cū eo ex virtute dei in vobis]. i. propter vos quibus p̄dicamus. Viuimus iam cum illo in spe per virtutem dei quę est in nobis, vel propter vos speramus vitam habere cum Christo. [Oramus autem nō vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est fa

ciatis, nos autem ut reprobi simus.] Probus siue pbatus apparet iudex, quoniam inuenit quod puniat in subiectis, pro quod ostendat suam potestatem. Tunc vero videtur reprobus, quoniam non inuenit quod videtur, ubi suam ostendat auctoritatem, & probet iudicium ac si diceret: Non oramus ut in vobis aliquid inueniamus ad puniendum, sed vos quod bonum est facientes, nos reprobi inueniamur in hac parte, non inuenientes ubi ostendamus nostram potestatem [Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate] .i. non possumus nostram potestatem ostendere contra hominem veritatem habentem sed pro veritate decertamus, [Gaudemus quoniam nos infirmi sumus] non corpore, sed potestate, quia tunc est iudex quasi infirmus, dum suam potestatem non potest ostendere: & tunc subiecti sunt potestati, quoniam non timet iudicium. [Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei, & communicatio] .i. societas & coniunctio [spiritus sancti cum omnibus vobis] subaudi sit [Amen.] Fiat, ut diximus &c. Finis.

IN EPISTOLAM AD GALATAS


tas argumentum Haymonis.

Rimo querendum est in exordio huius epistolae unde de Galatas sint appellati: Rex Bithyniae, quae est provincia Graeciae habens bellum contra hostes suos, missus ad Gallos circa mare habitantes permittens ut si veniret in auxilium eius, facto bello & potita victoria, regnum diuideret cum eis. Qui cum venissent & victoria potiti essent, regnum cum eis diuisit ut permiserat appellatique sunt primam gallograeciam, hoc est, Galli mixti Graecis, postque regni quam ipsi tenuerant appellata est Gallograecia. .i. Galli commorantes in Graecia. Postea autem (ut sapientioribus videtur) appellati sunt Galatae a cadore corporis. Nam Graece lac galla dicitur. Unde & candida zona caeli quae latine lacteus circulus vocatur, Graece galaxias nuncupatur. ut Martianus asseuerat, Sunt ergo strenuissimi bellatores, sed stulti, & facile a proposito metis recedentes. Vnde cum accepissent verbum praedicationis ab apostolo, & apostolus ab eis ad alios transiret, seducti sunt a falsis apostolis & a Iudeis qui volebant eos sectari circumcissionem & sacrificia legalia dicentes: Licet baptizati sitis, & in christum credatis, tamen aliter non potestis saluari per passionem christi, nisi circumcidamini & legalia sacrificia offeratis: quod audiens apostolus, scripsit eis ab Epheso hanc epistolam.

IN EPISTOLAM PAULI

Ad Galatas Exegetis.

CAPVT I.



Aulus] Quod nomen suum in omnibus epistolis praeponebat in titulo, auctoritatis causa id agit sicut reges & principes huius seculi solent agere [apostolus] dignitatis nomine & graue cum est, licet quidam dicant Hebraei illud esse Apostolorum genera quatuor sunt, Primum est quod neque ab hominibus, neque per hominem, sed a deo tantummodo: de quorum numero fuerunt Moyses, Isaias, Ieremias, alique prophetae quam plurimi, licet non omnes: & apostoli etiam, qui quantum ad hominem Christo essent missi tamen ipse homo erat, & verus deus. Secundum, quod a deo quidem est sed per hominem, de quorum numero fuerat Iosue, qui deo volente per Moysen missus est, & alii multi qui electione populi pro vite meritis deo volente eliguntur, quia voluntas dei, aliquando voluntas populi est, Tertium, quoniam ab homine tantummodo & non a deo cum favore hominum aliquis eligitur non pro bona conuersatione, vel quoniam pretio subrogatur in sacerdotium, de quibus dicebat, B. Ambrosius, O episcopo, certe nisi centum solidos dedisses, hodie episcopus non fuisses. De quibus etiam in libro Regum dicitur Temporibus Ieroboam quicumque implebat manum suam muneribus, fiebat sacerdos idolorum, Ideoque isti tales inter eos sunt reputandi, de quibus dominus per prophetam dicit: ipsi veniebant & ego non mittebam eos. Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones. Quartum genus est quod neque a deo, neque per hominem fit, sed a seipso ut sunt pseudo prophetae & pseudo apostoli, qui dicunt, Hanc dicit dominus cum dominus non miserit eos. Sciendum etiam, quia inter ipsos prophetas quidam tantae dignitatis sunt, ut prophetae & apostoli sint, ut Moyses, Isaias, Iohannes Baptista, & apostoli: quidam vero solummodo prophetae sunt. Et quia erant apud Galatas quidam Iudaei, qui dicebant beatum Paulum non esse verum apostolum CHRISTI, neque doctorem veritatis, eo quod a CHRISTO non fuerat vocatus & doctus sicut alii apostoli, Idcirco volens apostolus Galatas confirmare in doctrina sua, & se verum apostolum ostendere & praedicatorem CHRISTI, di-

3. Reg. 13
Hier. 23.

xit se nō ab hoīe mortali in terris esse doctū & constitutū sed ab oīpotenti deo de cælis, nō q̄ neget Christū verū hoīnē, sed iā immortalē effectū. Qui ergo docuit, Petrū per præfentiā suā in terris adhuc mortalis, ipse docuit Paulū iā immortalis de cælo, & ideo dicit, [nō ab hoīb⁹] subaudis cōstituit⁹ sū, vt Matthias, q̄ forte ab apostolis est electus [neq̄ per hoīem] subaudis iā mortalē, [sed per Iesum Christum & deum patrē] quia vna est operatio patris & filij. Et vt ostēderet vnus esse dignitatis illas duas personas præpo-
suit personam filij dei, patris personæ, pariterq̄ Arriano-
rum destruit errorem, qui dicunt filiū creaturā esse, ideo-
q̄ minorem patre, [qui suscitauit eū a mortuis,] Deus pater tertia die filium suū a mortuis suscitauit, & ipse filius potestate verbī a quo assumpt⁹ est, seipsum suscitauit: [& qui mecū sunt fratres oēs], .i. omnes condiscipuli & credētes, eadem sentientes de circūcisione, Quid est quod in alijs epistolis quorundam discipulorum suorum noīa ponit, & hic specialiter nō quemlibet, sed generaliter oēs compræhendit? Ideo hoc egit vt maioris autoritatis esset eius epistola vel vt demonstraret oēs cōdolētes de illorū seductio-
ne, & quod oēs æqualiter sentirent de circūcisione quod nō deberent circūcidi, neq̄ sacrificia legalia offerre. Quid est etiam quod in hac epistola, episcoporū, presbyterorum, diaconorum mentionē nō facit sicut in alijs, quia necdum habebāt episcopos ordinatos, neq̄ alios rectores: ideoq̄ seduci facilius potuerūt [Gratia vobis & pax] qua reconciliamur dño [qui pro peccatis nostris tradidit se morti, vt eriperet nos de presenti seculo nequā.] Seculū dicitur a se-
quēdo, quia semp̄ sequitur et in se reuoluitur. Seculū ergo nō potest esse nequā neq̄ malum, quia semper seruat ordinē suum & cursum secundum dispositionem dei, alternatibus diebus ac noctibus: sed sicut dicitur mala domus, nō quod mala sit p̄ se, sed quod malos habeat habitatores ita seculum vel tempus dicitur malum esse, non quod malum sit, sed quod pessimos & malos homines in se habeat. Et bene addidit [secundum voluntatem dei patris] quia voluntas dei patris fuit, vt filius per passionem suam genus humanum repararet [Amen] Amen Hebręū est, & est cōfirmatio epistolæ. Sonat ergo Amē, vere, siue fideliter & si-

at [Miror quod tā cito trāfferimini] Mirari se dicit Aposto-
lus quare tā cito potuerint solis verbis a veritate euāgelij seduci, & a libertate in seruitutem redigi, & quod ab euāgelio Christi quod ei tradidit, potuerūt mutari & trāfferri in aliud euāgelij. .i. in aliā doctrinā, quod non est aliud: subaudi euāgelij præter illud quod prædicauit. Euāgelij autē dicitur bona annūciatio. Et si aliqua doctrina est quā per se dominus, aut per aliquē nō dederit, iam nec euāgelij dici potest, sed error, Transferimini. .i. trāducimini vel seducimini [ab eo] .i. a deo patre, [q̄ vos vocauit i gratiā] .i. in remissionē peccatorū, quā nobis de⁹ pater gratis dedit, siue per passionem filij sui, siue per baptismū [in aliud euāgelium.] Aliud euāgelium non est, nisi Christi. Traditio ergo ludæorum & doctrina qua dicebant debere circūcisionem seruare, & cetera quę lex præcipit in mysterijs error est, postquam Christus venit [nisi sunt] id est, sed sunt [aliqui qui vos conturbant] .i. cōmouent a rectitudine fidei, [& volunt cōuertere] volunt quidem mutare [euāgelij Christi] a spiritalibus ad carnalia sed nō valēt quia firmissimum & verum est. Euāgelium enim si mutatum fuerit, nō erit iam euāgelium. Et licet aliqui possint mutari a rectitudine euāgelij, semper euāgelium immutabile manet [Sed licet nos] id est, ego & Apostoli Christi Petrus & alij, [aut angelus de cælo.] Michael, aut Gabriel [euāgelizaret vobis, præterquā] id est præter hoc euāgelium [anathema sit] Anathema varias habet significatiōes. Aliquando ponitur pro occisione, vt idem Apostolus: alibi dicit. Optabā ego anathema fieri pro fratribus meis, id est cupiebam occidi corporaliter pro eis. Aliquando pro maledictione, vt in canonibus habetur. Si quis hoc vel illud fecerit, anathema, id est, maledictus sit. Alio loco pro separatione, vt hic. [Sicut prædixi,] subaudis præfens, ita modo absens, vel sicut prædixi paulo superius in præcedēti versiculo [ita nunc iterum dico, præter quod accepistis] subaudis a me [Modo enim hominibus suadeo an deo?] Sensus talis est: Suadeo, id est, hortor modo homines credere in Christum, & perseverare in fide eius, an suadeo deo aliquid noui facere cui omnia patent præterita atque futura? Hominibus suadebat in Christum credere, deo vero non

suadebatur vt aliquid nouum faceret. Tunc suaderet Apostolus deo aliquid noui facere, si circumcisionē ipse primus destrueret: Sed quia Christus legem implendo, euacuauit illam, ideo non suadebat Apostolus deo, sed quæ ostēdit ipse debere se iuuari, illa docebat [sed si adhuc hominibus placere] .i. si placerem Iudæis a quibus ortus sum permanendo in iudaismo, vel hominib⁹ malis, vt hæreticis [Christi feruus nō essem.] Hoc debet vnusquisq³ prædicare attendere, vt Christum & prædicationem eius quærat placere auditoribus suis, non seipsum. Si vero vtrunque potest fieri, vt deus diligatur, & ipse bonum est. Quod si Christum non placet eis, nec ipse placibilem se præbere debet illis. [Notum vobis facio fratres euangeliū quod euāgelizatu est a me,] .i. prædicatu & probatum [quia nō est secundum hominem] .i. secundum traditionem scribarum & pharisæorū. Euangelium quod secundum hominem dicitur esse non est euangeliū. Omnis enim homo mēdax & quicquid inuenitur in homine veritatis, nō est ab homine sed a deo per hominē [Neq³ enim ego ab homine accepi illud] .i. aliquo Apo. Et si accepi a dño Iesu xpō de cælo, iā immortalis erat. Inter accipere & discere euāgelii, hoc interest, q^d accepi euāgelii cui primū insinuat, & fide ei⁹ accipit: discit vero, quia ea quæ i eo per enigmata & parabolas a domino prolata sunt, deo reuelate, vel hoīe docēte penetrare valet [sed p reuelationē Iesu xpī] .i. manifestatione didici euangeliū. De qua reuelatiōe didici. Tradūt doctores plenitudinē euāgelicæ doctrinæ per illud tridū spiritus sancto reuelante, Paulū didicisse, quando mansit in Damasco tribus diebus nō videns lucem solis neq³ diei, sed neq³ māducans neq³ bibēs. Vel etiam tunc accepi, quando sicut ipse dicit, quadā die cū esset in tēplo, in extasi positus est. [Audistis em̄ cōuersationē meā] quō viuēbā sine quærela in lege, vt mihi videbatur, quādo adhærebam legi & circumcisionem seruabam & sabbatum, & cetera quæ lex præcipit, propter quod Christum non cognoscebam [quoniam supra modū] id est, plus omnibus Iudæis [persequēbar ecclesiam dei] .i. credentes in Christum [& expugnabam illam] .i. valde pugnabam cōtra illā [& p̄ciebā in iudaismo supra multos coetaneos meos] .i. super omnes co-

æuos, & qui meq³ etatiserant. Proficiebam ego in doctrina legis secūdū traditionē pharisæorum, de quorū genere ortus erā & nullus poterat coequari mihi in studio lectiois atq³ quæstionū, sed neq³ in p̄secutione Christianorū, ita poterat crescere p̄ statu synagogæ. [i gñe meo] .i. gñe pharisæorū abūdātius. i. amplius. [emulator] .i. imitator & studiosus [existēs] ad statuendā synagogā, [& paternarū mearū traditionū] .i. pharisæorū. [Cū autē placuit ei q̄ me,] .i. q̄ me fecit nasci ex vtero materno, vel qui me in p̄sentia sua [segregauit] & separauit [ex vtero matris meæ] ad prædicationem euangeliij sui, vel ex vtero matris, id est ex cōsortio synagogæ me abstraxit. [& vocauit per gratiam suā] id est per misericordiā suā ad euangeliū suum prædicandum [vt reuelaret filiū suū in me] id est per me gentibus [vt euāgelizarem illum in gentibus cōtinuo] id est cum placuisset deo patri vt reuelaret: filiū suum per me in gentibus, [nō acquieui carni & sanguini] id est non cōsensu in iudaismo manere, vel non acquieui carni & sanguini. i. scribis & pharisæis de quibus ortus sum, licet aliquis apostolos velit intelligi, quod falsum est Beatus Hieronymus ita hunc versiculum diuidit secundum istum sensum. Petrus aliq³ apostoli, postq³ vocati sunt a dño, non statim profecti sunt prædicare, sed neq³ post resurrectionem eius, vsq³ quo sp̄m̄ sanctum acceperunt, ideoq³ quasi multā moram fecerūt: Paulus vero statim vt baptizatus est, sine aliqua mora ingressus synagogam Iudæorum, cœpit publice prædicare. Potest tñ & ad sequentia iungi, quod dicit cōtinuo, sed melius est ita vt diximus, vt reuelaret filiū suū in me, id est, per me. Aliter: Verbum dei patris, id est, filius cum deo patre & spiritus sancto cælum & terram cōtinet & omnia implet. Nō est enim locus quem nō impleat per plenitudinem potentiæ suæ, ac per hoc quod vbiq³ est per potentiam diuinitatis & omnia loca implet, erat etiam in Paulo licet a paulo non sciretur. Quando ergo filij sui fidē dedit ei tunc vtiq³ filium suum manifestauit ei & ipse filius ibi erat, vbi ipse reuelauit. Sicut, verbi gratia, in vtero VIRGINIS MARIÆ vbi erat, ibi carnem assumpsit. [Neq³ veni Hierosolymam.] Quæstio est, quare dicit se nō venisse hierosolymā nisi post tres annos, cum in

Actibus Apostoli legatur. Quia postquam baptizatus est cepit predicare in synagogis iudeorum, insurrexerunt contra eum iudei, ob quorum persecutionem venit Hierosolymam, Quae questio ita soluenda: Non veni, inquit, Hierosolymam ad apostolos gratia visitandi eos, neque causa discendi, sicut nec hic habetur, sed causa persecutionis veni Hierosolymam sicut ad aliam quamlibet civitatem ire, si in meo itinere esset, verbi gratia, ut in Samariam aut in Bethleem. De qua vice dicit Lucas in Actibus Apostolorum, [ad antecessores meos apostolos] veni subaudis neque causa discendi, neque visitandi eos ista vice, [sed abii in Arabiam]. De Hierosolyma subaudis fugerat. Dicit beatus Hieronimus. Quid mihi prodest si audio Paulum abisse in Arabiam, & reuersum inde Damascum si nescio quid ibi fecerit. Foris tam prohibitus est a spiritu sancto, ibi verbum loqui, sicut in Asia, ideoque non dixit scriptura quid ibi fecerit. Sed si perpeditimus interpretationem nominum itus & redditus illius, aliquantulum utilitatis inuenire poterimus. Quod autem per Arabiam intelligamus vetus testamentum ipse Apostolus ostendit alibi ubi loquitur de Agar & Sara. Haec enim, inquit, sunt duo testamenta, & Sina mos est in Arabia, Damascus vero, quae iter praestat sanguinem bibens, vel effundens, quia ibi interfecit est Abel a Cain, ubi postea aedificauit seruus Abrahae illam civitatem vocans eam de nomine suo Damascum, significat nouum testamentum ubi continetur passio Christi. Abiit ergo Apostolus in Arabiam, quia scrutatus legem & prophetas, ibi inuenit Christum promissum, non tamen datum. Reuersus est Damascum quia transiit ad euangelium, ubi Christum iam passum inuenit, & credidit in eum [diebus quindecim] Quindenarius numerus pertinet ad vetus testamentum & nouum, propter septenarium numerum & octonarium: Septenarius ad vetus testamentum refertur propter sabbatum octonarius ad nouum, propter dominicam resurrectionem, quae octaua die celebratur. Et quia Apostolus doctrina veteris & noui testamenti repletus erat, ideo non indignum amplius manere cum Petro nisi, xv. diebus. Et iterum reuersus sum Damascum &c. usque quae sit apud eum diebus, xv. Abiit in Arabiam, de Arabia reuersus est Damascum, & expleto triennio in Arabia & Damasco venit Hierosolymam altera vice videre Petrum, non causa discendi, sed causa commendandae charitatis, & ut hu-

malitatis formam preberet alijs, dum honorem praestitisset priorum Apostolorum. Ex hoc apparet, eum non causa discendi venisse, quia in tam paucis diebus non poterat doceri, & quia poterat aliquis etiam dicere, E quid si non didicit a Petro, didicit ab alijs. Huic obiectioni Apostolus subiunxit, [Alium autem Apostolus vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini] filium. s. Mariae Cleophae, mater teretis domini, quae genuit de Alphaeo. [ecce coram deo quia non mentior]. id est digna sunt conspectui dei, quia vera sunt, [Deinde veni in partes Syriae] prouinciae [et Ciliciae] subaudis patriae, ubi est & Tarus ciuitas Pauli. Venit Apostolus in Syriam quae interpretatur eleuata, ut humiliaret illam ad Christum. Venit ad Ciliciam quae interpretatur assumptio lametabilis, ut illam assumeret ad fidem Christi, & eam doceret habitum poenitentiae & lamenti, [Eram autem ignotus] facie [ecclesijs Iudaeae &c.] Ignotus quidem erat facie, sed nomine & fama erat notus. Iam enim per quatuordecim annos euangelium praedicauerat. Non ideo dicit pluraliter ecclesijs, quod Iudei & gentes mixti essent, sed tanta erat multitudo Iudeorum credentium, ut plures ecclesias facerent [quoniam qui persequebatur nos] id est credentes in Christum, [aliquando] subaudis quando erat in iudaismo [nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat] id est, contra quam valde pugnabat [et in me clarificabant deum] iuxta illud. Ut videant opera vestra bona & qui de persecutore fecerant praedcatorem. Cap. 2.

Et inde post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam iterum] Iuncti tres anni superiores cum his quatuordecim, fiunt septedecim. Ex quo colligitur quoniam decimusseptimus annus praedicationis suae, quando tertia vice venit Hierosolymam. Sed quae causa exitit illum venire Hierosolymam. Seditio erat inter Iudeos credentes & gentiles. dicebant enim Iudei, Estis baptizati, & creditis in Christum, non potestis saluari aliter, nisi circumcidamini, & legem obseruetis. Ideo ut hanc seditionem compereret reuelante sibi spiritu sancto, venit Hierosolymam [cum Barnaba] Barnabas erat Iudaeus & circumcissus, Titus gentilis & incircuncissus. Ideo ergo cum istis duobus ascendit, ut si Apostoli alijque Iudei dicerent illum non recte praedicare in gentibus, istorum testimonio tueretur, dum de

ceret illi. Vere sicut vos prædicatis, ita & magister noster & sic sentit in omni fide sicut & vos, I deo dicit [& cõtulit cum illis euāgelium] ne videretur ab alijs aliquid accepit se. Nam inter se conferre, & docere ac discere hoc interest, quia conferunt cõuales, docent & discunt superiores & inferiores. Contuli cum illis, hoc est cum Petro, Ioanne & Iacobo [seorsum autem cum illis qui videbant aliquid esse] .i. Petro alijsq; Apostolis locutus sum, non in conuentu Iudaici populi, sed separati. Quare seorsum? Quia multa sciebat ille quæ generalis multitudo nõ poterat capere vel seorsum ne dñi prohiberet penitus circūcisionem, persecutio nem Iudæorum contra se excitaret. Videbantur, inquit, aliquid esse semetipsis. Videbatur enim doctrinam habere a se & virtutem, sed neq; doctrinam neque virtutes, neque boni aliquid habebat a se, neq; a suis meritis: ideo licet populo viderentur aliquid esse, nihil erat [ne forte in vacuū currerem aut cucurrissem.] Licet videatur durum, tamen beatus Hieronimus hunc versum interrogatiue dicit esse legendum, quia huiuscemodi sensus est: Nunquid ideo cõtulit eū illis seorsum quod timeret ab illis reprehendi, quasi mea doctrina non esset vera, & illorum roboratione indigeret, aut quasi inaniter currerem prædicando de loco ad locum? Nõ, sed potius vt illi a me alta & profunda mysteria audirent, quod minus capaces non poterant capere, & nõ possent dicere Galatis. Nolite credere Paulo, quia mendaciu prædicat. Aliud enim apud nos prædicat vel docet, aliud apud vos. Apud vos prædicat circūcisionem nõ ob seruandam, apud nos circūcidit Titum. Vnde Apostolus volens eos cõfirmare in fide: & a circūcisione ducere, dixit: Si Titus cum esset mecum, non est compulsus ab Apostolis circūcidi, neq; minis & terroribus ac multitudine Iudæorū, quare vos seducimini solummodo verbis, [Sed neq; Titus qui mecum erat cum esset gentilis, compulsus est circūcidi.] Cum venisset Apostolus Hierosolymam, Iudæi curiositatis causa summiserunt viros in secreto loco de quibus non poterat suspitio esse, qui consideraret vtrū Apostolus illorum timore perterritus circūcideret Titū [introierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu.] Libertas maxima est in Christo Iesu,

id est fide euāgelij, quia per fidem domini saluatoris liberi efficiuntur in baptisinate non solum a peccatis, sed a seruitute etiam legis [neq; ad horam cessimus] .i. nõ consensim⁹ eis vel ad tēpus, ne seruituti legis subiiceremur [vt fides euāgelij] quam vobis prædicauim⁹ [maneat] semp in vobis & nõ circūcidamini [Ab his autē qui videbant.] Ab his. i. Petro & Iacobo & Ioanne qui videbantur [aliquid esse] a semetipsis: sicut supra diximus [quales aliquñ fuerint] anteq; p̄ aduētū sp̄s sancti corroborarent, nõ pertinet ad me vt dicā, sed hoc solummodo dicam, quia [nihil mea interest] hoc est: nulla distantia inter me & illos est: & hoc ideo, quia [nõ est deus acceptor personarū] Fuit Paulus persecutor Christianorū, Petrus negauit postq; ab illo doctus est. Ioannes et Iacobus tempore passionis relicto eo fugerunt cum alijs Apostolis. [Qui videbantur aliquid esse] .i. Petrus Iacobus & Ioannes [nihil mihi contulerunt, sed contra] subaudis ego cõtulit illis. Vel aliter. Cum putassent aliqui reprehensores mei esse, non solum reprehensores non fuerunt, sed etiam laudatores & fautores extiterunt meæ prædicationis. Ita diuidunt & distingunt Aug. & Hiero. hūc versiculum cum tali subauditione, [cum vidissent] subaudis a subsequētib; Iacobus & Ioannes qui videbantur aliquid esse [quod ita datum] .i. concessum est nihil [euāgelium p̄puti] .i. gentiū [sicut Petro] creditum est euāgelium [circūcisionis] hoc est Iudæorum [Et cum cognouissent gratiam quæ data est mihi dexteris societatis mihi dederūt & Barnabē] Cætera p̄ parenthesis dicta sunt sicut petro circūcisionis, hanc autem habet consuetudinem Apostolus, vt circūcisionem Iudæos, & gentiles præputium appellet [Qui enim operat⁹ est Petro in Apostolatum circūcisionis, operatus est mihi inter gentes.] & est sensus: Qui Petrum magistrum & principem fecit esse omnium Iudæorum credentium, me etiam in prædicationis officio præposuit omnibus gentibus, Dicit Beatus Augusti. quodam loco beato Apostolo maiorem sapientia præ omnibus Apost. cõcessam esse, & hoc ideo, vt quia ipse omnibus gentibus & philosophis prædicaturus erat omnibus gētib; & philosophis eius prædicatio sufficere posset. Sed dicit aliquis in isto loco, Nunquid ergo Petr⁹ ma

gister Iudæorū, si videret aliquē gētilem velle cōuerti ad fidē, nō suscipiebat eū nisi circūcideretur, an Paulus magister gētiū suscipiebat aliquē Iudæorū circūcisum? Vtiq; Petrus suscipiebat gentile, nō cogēs eū circūcidi vt Cornelii & Paulus nō respuebat Iudæū, ppter circūcisionē, sed tm̄ modo legales obseruatōes docebat nō esse obseruādas carnaliter [Qui videbant colūne esse,] Dicit B. Augu. Colūne videbant esse illi, sed nō erāt. Sed videam⁹ que sint solidissimi colūne; Salomō dicit, Sapiētia, que est verbū dei patris ædificauit sibi domū in vtero videlicet virginali excidit colūnas septē, i. septē ecclesiæ vel colūnæ faciunt vnā ecclesiā & vnā colūnā, de qua dicit Apostolus Timotheo Vt scias, inquit, quō oporteat te in domo dei conuersari, quæ est colūna & firmamentum. Si ergo iste colūnæ nō fuerant, quid est q̄ dominus dicit, Qui vicerit, faciā illū colūnam in templo meo? Vt ergo dicit Apostolus & beatus Aug. assentit, colūnæ a semetipsis non erant, licet viderentur a simplicibus a se esse quod non erant, & colūnæ erāt a dño solidatæ sine suis meritis, & fundatores ecclesię erant & sustentatores. [dexteras dederunt mihi.] Quod dicit dexteras societatis dederunt mihi & Barnabæ, nihil est aliud nisi in suam societatem receperunt nos & familiaritatem. Tractum est hoc a negotiatoribus, qui causa negotiationis venientes ad exteras regiones in primis vt ibi aduenerint, ad eos præfectus loci & homines accedunt ibi habitantes, interrogant illum qui præest alijs, Pacificus ne est ingressus tuus? Et ille, pacificus. Tunc mutuo dant sibi dexteras manus, & alternatim se osculantur, ac deinceps cum pace negotium suum explent, libere incedentes & cum securitate in iudicium illorum. Sic etiam & illi cum Apostolo fecerunt pacem, vt ille & Barnabas inter gentes prædicarent, ipsi autem inter Iudæos, [tantum] subaudis præceperūt nobis [vt pauperū] illorum [memores essemus] qui propter Christum sua reliquerant, vel q̄ spoliati fuerāt a Iudæis vt Nicodem⁹ et alij [Quod etiā sollicitus fui hoc ipsum facere] mittēs eis quæ necessaria erant, a gētibus fidelibus munuscula accipiēs [Cū autem venisset Cephas Anthiochiā, in faciem] .i. præsentia [restiti ei, q̄a repre-

hensibilis erat] .i. reprehensione dign⁹. [Prius em̄ quā venirent quidā] subaudis Iudæorū [ab iacobo] .i. Hierosolymis, vbi erat iacobus constitutus episcopus credentib⁹ ab Apostolis [cū gentibus edebat, cum autē venissent, subtrahēbat se & segregabat, timēs eos qui ex circūcisōe erāt] hoc est timens reprehendi ab illis. [Sed cum vidissem quā nō recte ambularet] Nō recte ambulabat, quia segregabat se a gentibus quasi immundis, eo quod non essent circūcisi, [dixi Cephæ coram omnibus] ideo publice eū redarguit, quia ipse publice peccauit, vt & eius correptione ceteri corroborarentur in fide. Publica culpa em̄ publica eget castigatione coram omnibus, vt in canonibus habetur [quomodo gentes cogis iudaizare?] nō cogebat eos circūcidi verbis, sed operibus per hoc quod se ab illis segregabat. Poterant enim gentiles dicere. Si essemus saluati & mundati per baptismū, nequaquam nos quasi immundos reputaret: melius est ergo vt circūcidamur [Si tu cū sis Iudæus.] Iudæus erat Petrus natura, & gentiliter vivebat non adorando idola, sed non credens saluari posse per circūcisionem, sed per baptismum, sicut & gētiles saluabantur non per circūcisionem, sed per baptismū. [Nos natura Iudæi] sumus [et nō ex gentibus peccatores] quia gentiles peccatores appellabantur, & est sensus: O Petre si nos qui Iudæi naturaliter sumus, iustificati nō sumus per legem, quare cogis gentes iudaizare, non verbo, sed opere vt credant se saluari nō posse per baptismum sine circūcisione: Nos scimus [quia nō iustificatur homo] per obseruatiam legalium mandatorum [ex operibus legis] dicit. i. p oblationem sacrificiorum carnalium per obseruationem mādatorum, per circūcisionem [non iustificabitur omnis homo] id est, null⁹ iustificabitur. [Quod si quærentes] nos qui natura sumus Iudæi [iustificati in Christo] id est, in fide Christi in baptisate [inuenti sumus peccatores] dū venimus ad baptismū [nunquid Christ⁹ fecit nos peccatores?] vt peccata haberemus, & inueniret in nobis quod munda ret. [Absit] Sed quia lex nō poterat nos iustificare, ideo venimus ad Christum, vt credentes in eum iustificemur. [Si enim quod destruxi hoc iterum reedifico præuaricatorem me constituo] id est, si circūcisionem quam prædicauī di-

mittendā iterum predicō obseruādā esse, trāsgressorē me facio tū legis Mosāicæ, quā euāgelij, quia si circūcisio poterat iustificare, ideo q̄ illā destruxi trāsgressor extitī: & si postq̄ veni ad euāgelij: iterū redij ad carnalē legē, similiter trāuaricator extitī. Et notādum quia cōtra Petrū ista loquebat̄, qui cogebat gentes circūcidere nō verbo, sed opere, subtrahendo se ab illis, cū & ipse circūcisionem prædicauerat nō obseruādā. [Ego enim per legem] subaudis euāgelij [mortu⁹ sum legi Moyſi] id est nihil illi debeo, quia nō sum subiectus ei, vel per legem spiritaliter intellectam mortuus sum legi carnali, quia carnaliter illam nō obseruo [vt deo viuā] per fidē & iustitiā, [Christo confixus sum cruce], i. cōñxus sū in cruce Christi quia pctā mea in cruce illi⁹ affixa sunt. i. deleta & mortificata. [Viuo aut̄ iam nō ego] Viuebat quidem substantialiter sed non viuebat in illo malitia, sed iustitia. Extinctus & mortuus erat in illo sauiſſimus p̄secutor, & viuebat in illo piſſim⁹ p̄dicator. [Viuit vero] siue regnat [in me Christi⁹] per fidē & p̄ oēs virtutes [Nō abiicio gratiā dei], i. nō repello fidē Christi, euāgelij & remissionē peccatorū, quæ oia nobis gratis data sunt [Si enim per legem iustitia], i. si lex poterat iustificare [Christus sine causa mortuus est] & eius passio nec profuit, nec obfuit.

CAPVT III.

Inſenſati Galatē] Vnaquæq̄ gens suā proprietatē in cōuerſatione & moribus habet. Vñ Galatis proprium est, vt licet feroces sint, etiā stolidi siue stulti, facileq̄ trāſſerri possint de vna re ad aliā, [quis vos fascinauit?] i. quis vobis nocuit, vel q̄s vos decepit? Fascinari dicuntur pueri et parua animalia pulliq̄ auium, hominū visu & incantatione [Ante quorum oculos Christus Iesus proſcriptus est, & in vobis crucifixus] An illorū oculos erat Christus Iesus crucifixus, p̄scriptus quia illi non solum quatuor libros euāgelij habebāt, vbi passio Christi cōtinetur cōpleta, sed etiā libros veteris testamenti græco sermone secundum Lxx. interpretes habebāt, in quibus pronūtiabatur & prædicabatur passio Christi, in quib⁹ quasi ante oculos ipsorum erat Christus crucifixus. [sic stulti estis vt cū spiritu cōperitis, nunc carne consummaminī] i. cum spiritaliter cōpissetis cōuerſari, vel cum per spi-

ritum sanctum cōpissetis loqui varijs linguis, nūc carnali obseruatione deficiatis, postponentes oia spiritalia, & tranſeuntē ad carnales obseruationes. i. ad circūcisionem tantis, & ad legalia sacrificia. Aliter: i primordio fidei omnes credētes in Christū accipiebāt sp̄m̄ctm̄, sicut modo & inſuper accipiebāt diuersitatē linguarū per q̄ ostēdebatur eos habere sp̄m̄ctm̄: Quod nullo exemplo melius comparari potest quā illo q̄ in actibus Apostolorū dicitur, quod cum dixisset Paulus quibusdā baptizatis qui baptizati erāt i lo. baptizate, si sp̄m̄sanctū accepistis credentes? responderūt. Sed neq̄ si spiritus sanctus est, audiuius quia non possumus oibus linguis loqui. Et cū baptizasset eos in nomine Iesu, cōeperūt loqui varijs linguis & isti Galatē nō acciperūt spiritū sanctū & diuersitatem linguarum ex operibus legis, sed quia crediderunt in Christum, audientes ab Apostolo fidē domini predicari. Ex auditu fidei dicit, quia audit homo quid credere debeat, & interrogatur ad fontem quō credat, & sic baptizatur [Tāta passi estis sine causa.] Multa mala passi fuerant a Iudæis & a persecutoribus p̄ fide Christi, eo q̄ nolebāt circūcisionem seruare. [si tamē sine causa] si affirmatiua cōiūctio est. i. certe sine causa patimini, si iterū ad carnaliū desideria & circūcisionē seruandam reuertimini. [Qui ergo tribuit vobis sp̄m̄.] subaudis sanctū, [& operatur virtutes in vobis,] subaudis miraculorum & linguarū. [ex operib⁹ legis,] subaudis hoc facit: [an ex auditu fidei?] subaudis, nō propter obseruantiam legis hoc præstitit nobis sed propter fidē, quia per fidē iustificati placemus deo [igitur qui ex fide sunt, benedicent cū fidei Abrahā.] i. qui fidē Abrahæ habent, benedictionem Abrahæ consequentur, [Quicumq̄ enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.] i. qui per legem putant se iustificari, sub maledictione legis sunt, quia nō possunt omnia implere quæ ibi continent. Vnde Petrus Iudæis, cur (inquit) tentatis imponere nobis iugum, quod neq̄ nos, neque patres nostri portare potuimus, sub quo maledicto sunt? sub illo, Maledictus omnis &c. Lex autem non est ex fide, Fides est ea credere & sperare quæ non videntur, Lex ergo non complebatur fide, sed opere: euāgelium autem complebatur fide magis quam operibus: quia sola fides saluat;

Quicūq; ergo faciebat ea p̄cepta quę lex p̄cipiebat viuebat in illis: quia protelabatur ei p̄sens vita vsq; ad statutū finē a deo: qui vero trasgressor erat legis iuebatur interfici dīcente lege: Qui hoc vel illud fecerit occidatur. [Christus nos redemit de maledictō legis.] De quo maledictō? De illo quod dictum est ad Adam, In quacūq; die comederis ex eo, mortē morieris, De hoc maledictō. i. de hac morte redemit nos, reuocādo ad vitā: quia morte sua simpla, duplā nostrā destruxit. Et quōd? [factus p̄ nobis maledictū.] Nō est ipse factus maledictus, sicut B. Ambrosius dicit, vt peccatū haberet, sed factus est maledictū. i. hostia pro maledictis & p̄tōribus, p̄ nobis videlicet, qui sub maledictō primi hominis & sub morte tenebamur, Vel vt B. August. dicit, factus est maledictū. i. factus est mortalis, sicut & nos, licet sine peccato esset. [quia scriptū est: Maledictus oīs qui p̄det in ligno, qui vero innocens est, si iniuste suspēsus fuerit, non ideo maledictus erit. Quid ergo si Mardocheus innocenter suspensus esset in ligno, quod ei Aman parauerat, nunquid maledictus esset ideo? Minime ita C H R I S T V S licet maledictū illud sustineret. i. passionē & cruciatum, & peccata nostra assumeret, tamē nō ideo fuit maledictus neque peccator: quia sic accepit ipse peccata nostra, non vt haberet, sed vt deleret, Vel etiam quantum Iudæis videbatur, maledictus erat. i. peccator. [Fratres: secundum hominem dico.] id est secundum humanam consuetudinē, & secundum humanā legem. [tamen hominis cōfirmatū testamentū nemo spernit] Testamentū dicitur a testibus, quorum nomina ibi scribuntur, & a quibus illud confirmatur testamentū, vel charta siue scriptum, quod pater facit de suis rebus filiis suis, quid vnusquisq; post mortem eius possideat de hæreditate paterna. Quod testamentum nemo despicit, vt aliter illud comprehendat & diuidat, ne que aliter ordinat, nisi vt pater viuens ordinauit. [Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius.] non dicit singulari numero, Abrahæ dicta est p̄missio & semini eius sed quia multæ promissiones ad eū factæ sunt, tam de terra promissionis quam etiam de domino Iesu Christo dicit

pluraliter, Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, videamus & cōsideremus quę sint illæ promissiones, si forte inueniamus aliqd de nobis gētibus ei promissū. Prima p̄missio facta est, qñ eū vocauit dominus, promittēs vt si egrederetur de terra sua, futurus esset in gentem magnā dicēs: Exi de terra tua & de cognatione tua, & vade in terrā quā mōstrauero tibi, & faciā te in gētē magnā: deinde dixit ei: B̄ndicens benedicā tibi, & multiplicabo te &c. & rursum In semine tuo benedicent oēs gētes, & Patrē multarum gentiū posui te. Quod autē subiungitur: & semini eius subaudis dictæ sunt promissiones, quibus Ap̄. specialiter semē Abrahæ Christū intelligat, possumus tamen simpliciter modo semen illius accipere Isaac filium eius, & Iacob nepotē eius, ad quos etiā repromissiones legimus factas. Nā legitur in Genesi, q̄ dormiente Iacob, quodā loco apparuerit ei deus, dicēs: Terrā in qua dormis tibi dabo & semini tuo. Dicamus modo & sc̄dm Ap̄. Iacob, inquit, dictæ sunt promissiones, & semini eius. i. Christo. Quæ sunt illæ promissiones, quæ dictæ sunt Christo vel in xp̄o, Quod in illo benedicēdæ essent oēs gentes, iuxta quod iā dixim⁹ inquit, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Semen ergo Abrahæ xp̄s est quia Abrahā genuit Isaac, Isaac Iacob, Iacob autem Iudā, de cuius tribu & progenie assumpsit carnē dominus in vtero virginali. B. Mariæ & processit velut sp̄sus de thalamo suo. Sed quæri potest quare omnes gentes dicantur benedicentur in Christo, cum adhuc omnes gentes non credant in eum & nulli dubium sit alium non mereri benedici, nisi qui fidem eius habet? Quod duobus modis potest solui: Potest enim synecdochice accipi, hoc est, a toto pars, quia licet omnes non credant, tamen ex omnibus gentibus fidē eius habent, vel omnes qui merentur benedictionem, in Christo benedicuntur. Subnectit ergo Ap̄. Iacob, & dicit, [Nō dicit.] subaudis Abrahæ dictæ sunt promissiones, [& seminibus] eius, sed singulari numero dicit semini, Non dicit scriptura: In seminibus tuis benedicentur omnes gentes, sed in semine tuo, vt de C H R I S T O intelligamus dictum. Si enim dixisset pluraliter seminibus, fortasse diceret aliquis cōtendendo de Dauid & de alijs Iudæis esse dictum, Quodam loco Beatus Ierony⁹

mus, qui omnes scripturas sacras veteris & noui testamenti sensu & memoria pagitabat. dicit: Nisi potui inuenire semina plurali numero posita, quando de propagatiōe filiorum res agitur. Si vero ad sementē fructū pertinet, inuenitur pluraliter posita, ut in Genesi habet: Precepit iniquens, lo plura Aegyptijs, ut acciperēt semina, & seminarēt, ne forte terra redigeret in nihilū. [Hoc autē testamentū], .i. illud promissum quod fuerat factū ad Abrahā, [dico] ego [cōfirmatū a deo] Hunc versiculū vario modo in suis scripturis distinguunt doctores. Quidā enim faciūt perfectā distinctionē, ubi dicit a deo quidam vero mediam, quod utriusque cōuenire potest, Testamentū hic appellat promissionē, quae facta est ad abrahā, quod in semine eius, hoc est in christo benedicendū esset oēs gentes. Quō istud testamentū vel ista promissio est cōfirmata? Natus est christus ex virgine maria de semine abrahę, predicauit in seculo miracula fecit, redemit genus humanū sua passiōe, misit discipulos suos predicare & baptizare, & cōpletū est quod promissit abrahę quā apostoli perfecti predicauerūt, ubique ipso cooperante in tantū ut in omnem terrā sonus eorum procederet, & in fines orbis terrę nominis eius fama diuulgaretur, tūc in semine Abrahę, .i. in Christo benedicendū sunt omnes gentes, eo modo quo superius diximus, & promissio eius impleta est. [Lex quę post quadringētos & triginta annos facta est,] vel data in monte Sina [non fecit irritum] subaudiis testamentum [ad euacuandam] vel ad destruendā [promissionem] Abrahę. Irrita res, est inanis & vacua verbi gratia: Sicut solēt folliculi, esse grani frumētī, aut ciceris, siue alicuius leguminis vel seminis. Lex ergo quę data filiis israel post factam promissionem ad Abraham, non fecit vacuum & inane illud testamentum, ut illa promissio euacuaretur, De hoc numero quadringentorum & triginta annorum, vario modo doctores disputant, & per longas ambages circuitum illum colligentes, Sed nos oīa illa succincte perstringētes, cōpendioso utamur exitu, computantes ipsos annos a uocatione Abrahę de terra Chaldæorum usque ad ingressum Iacob in Aegyptum computātur ducenti quindecim: iterum ab ingressu Iacob in terrā Aegypti usque ad exitum filiorū israel ex ea, cōputātur similiter annu ducēti quindecim, Qui simul iuncti, cōplent numerū qua-

dringentorum triginta annorum, post quos data est lex, ex quo repromissio facta est ad abrahā. Dicendū etiā est, quōd illud intelligendū sit quod loquitur ad Abrahā de^o in genesi, Scito prenoscēs quod pegrinū erit semē tuū in terra nō sua & affligent eos, maleque tractabunt annis quadringentis. Nō est possibile iuenire quōd post quadringētos annos sint afflictī, maleque tractati. Narrat namque scriptura quia post mortem Ioseph surrexit rex in aegypto qui ignorabat Ioseph, & cepit affligere filios israel: Sed sciendū est, quia quod dixit, Pegrinū erit semen tuum in terra non sua, ad omne tēpus quadringentorum annorum est referendū, quo Abrahā, Isaac, & Iacob in terra non sua peregrini & aduenæ fuerunt, filijque eorum post eos longo tempore. Quod autem subiungitur: Seruituti eos subijcient, maleque tractabūt annis quadringentis, ad extremam partem & ad vltimum quadringentorum annorum est referendū, in quo illi afflictī sunt a morte Ioseph usque ad egressionem illorum de Aegyptiaca seruitute, [Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione,] hoc est, si per legem data esset Abrahę hereditas terrę repromissionis, quam possidet in filiis suis, vel hereditas totius mundi, quam possidet in Christo, qui de semine eius natus est, iam non esset repromissio illa data, sed lex. Hereditatem totius mundi Abraham in Christo possidet [Abrahę autem] nō per legem [donauit de^o] hereditatē totius mundi, [sed per repromissionem] datū est semen, quod est CHRISTVS, in quo benedicuntur omnes gentes. [Quid igitur lex?] Beatus Augustinus exponens hanc epistolam ad Gal. primum ita distinxit: Quid igitur? Sed postea relegens ea quę dictauerat, correxit suū errorem in libro retractionum, atque ita distingui precepit. Quid igitur lex, id est, ut quid venit lex? aut quid profuit? vel, quare data est, si abrahę hereditas per repromissionem data est. Ad hæc sibi respondit ipse Apostolus, inquit: [Propter transgressiones posita est quoad usque veniret semē]. .i. Christus, [cui] Christo vel semini, [promiserat,] subaudiis quod in ipso benedicendā essent omnes gentes. Transgredi, est ultra ire & præuaricari. Ideo ergo data est lex post repromissionem, ut homines compeceret & prohiberet a peccatis, qui proni erant ad transgredien-

da præcepta omnipotentis dei & naturalē legē. Statim em̄ vt egress⁹ est popul⁹ de ergastulo ægyptiorū anteq̄ trāsiret mare murmurauit, rurſūq̄ trāsito mari murmurauit atq̄ dū peruenissent ad mōtē Sina, postq̄ acceperūt decē præcepta, caput bouis quē adorabāt ægyptij, coluerunt & inclinati sunt ante illud. Pro talib⁹ ergo & hmōi transgressio nibus data est lex, vt phiberet talia, deo minante mortē illis [ordinata p̄ angelos] hoc est disposita & descripta atq̄ dictata est ipsa lex per angelū, Per subiectā siquidē creaturā loquebat̄ deus ad Moysen, hoc est, p̄ angelum, sicut Stephanus in acti, apostolorū dicit Iudeis: Hic est Moyses qui fuit in ecclesiē solitudine cū angelo, qui locutus est ei i mōte Sina [in manu mediatoris]. .i. in potestate verbi dei, hoc est, fili⁹ dei, qui postea assumendo carnem, nobis mediator factus est. Nisi enim hominem assumeret, mediator nobis alio modo esse non posset. Sed assumendo carnē nostrę fragilitatis, nobis factus est mediator, assistens nūc vultui dei pro nobis & per illum nostras præces dirigim⁹ ad deū patrem. Quidā voluerunt interpretari in hoc loco mediatorē Moysen, propter hoc quōd ipse dixit: Ego sequester & mediator fui inter deū & vos i tēpore illo. Sed meli⁹ est, se cundum B. Augu. vt modo superiori intelligamus referentes ad illum xpm, cuius dispositiōe ipsa lex data est per angelorum ministeriū. Sicut ptate eius prædicta sunt oracula prophetarum, qui dicebāt, verbum dñi quod factum est ad Iohel, aut Isaiam, ita eius dispositione cōscripta est lex. [Mediator autem vnus] subaudiſ patris [nō potest esse] sed inter duas, aut inter plures, vt ipse sit medius [deus autem vnus est] Hoc ideo addidit apostolus, ne quis putaret Christum ab vnitate diuinę naturę penitus esse diuisum, quia mediatoris suscepit officium. Licet em̄ ipse nobis mediator sit per humanitatem, tamen nō est abruptus a natura paternitatis diuinę. Sed ipse qui est verus deus & verus homo in vna natura semper, ipse manet æqualis patri in natura & potestate diuinitatis. [Lex ergo aduers⁹ promissa dei] id est, nūquid ergo lex contraria est promissioni omnipotentis dei, quæ facta est ad Abraham de C H R. I. S T O, quod in semine eius benedicendæ essent omnes gentes? [Abſit.] Non fiat istud vt aliquis credat legem con-

trariam esse huic promissioni vt illā euacuaret. [Si enim data esset lex quæ posset viuificare, id est, iustificare. Anima quandiu nō peccat, viuitt deo: cum vero criminibus se implicat, moritur. Lex illa Mosaica non poterat hominem ab hac morte suscitare, quia ostendebat peccata non tamen tollebat. Impossibile quidem erat sanguine hircorū auferri peccata. Quod si posset viuificare hominem & ianuas aperire regni, [vere ex lege esset iustitia] hoc est putare esse exclusā promissio. Si em̄ lex posset nos mundare & iustificare, quid esset necesse C H R. I. S T V M venire? Sed quia illa hoc nō valuit, ideo aduent⁹ Christi nobis necessarius fuit, [sed cōcludit scriptura] legis [omnia] genera hominum & omnes Iudeos [sub peccato] id est ostendit quod nullus esset qui illam posset implere. Dicebat em̄ lex. Nō occides, nō adulterabis, non facies hoc vel illud: quia si feceris morte animę morieris. Prædicebat ista cauēda, sed si cōmitterentur, nō tollebat: & dum aliquis illa perpetrabat ostendebat illum lex esse peccatorem. Si ergo ostendebat peccata & nō tollebat, nunquid erat autor sceleris & culpæ peccatiū? Minime. Verbi gratia, sic erat ipsa lex, sicut quidam rex, vel quelibet maiestas terrena, quæ statuit & proponit legem & edictū, vt si quis hoc vel illud fecerit, aut in carcere detur, aut capite truncetur. Trāsgrediē aliquis edictum illud, & ponit in carcerem, nunquid rex autor est suæ culpæ? Quod si inde liberatur, gratia & pietas est regis. Et lex ostendebat peccata & phibeat, non tamen tollebat, [vt promissio ex fide Iesu Christi] quæ facta est ad Abraham, [daretur credentibus] vt in nomine eius benedicerentur omnes gentes, & in fide ipsius iustificarentur effectq̄ gratia et indulgentia illius, vt quos lex nō poterat saluare, ipse redimeret: & qui per legis opera non eramus digni saluari, iustificationē per eius fidē obtineremus &c.

CAPVT. IIII

Vanto tempore hæres paruulus est? Secundum cōsuetudinem humanę legis loquitur Hic Apostol⁹. Solent em̄ patres morituri filios suos puulos quos hæredes relinquunt, cōmittere sub tutoribus & actoribus vsque ad illud tempus, quo ipsi possunt res proprias regere, hoc est secundum legem Romanam vsque ad vicesimū

quintum annum. Ipsi etiam tutores cum consilio scabinorum in generali malo debent eligi: Quandiu autem sub illorum tutela est paruulus [nihil distat a seruo.] licet dominus seruorum & filius regis aut comitis siue alicuius principis sit, quia sicut seruus flagellatur, affligitur & ille plerumque etiam a seruo. Tutores sunt defensores rerum, cauidici & aduocati. Quod autem dicitur hic actoribus, quidam doctores dicunt, melius esse autoribus isto in loco quia autor ipse est tutor siue aduocatus, actor vero est patronus, nutritor qui more paterno nutrit illum, & ad tutorem pertinet defendere & disponere res pueri, victumque & vestimentum ministrare: ad autorem vero disciplina & honestas morum & conuersationis. Similiter Iudaei quadiu fuerant paruuli sensu: sub tutoribus actoribusque fuerunt usque quo venit dispositum tempus a deo patre, quando misit eis filium suum. tutores vero illorum fuerunt reges & principes, ut Dauid & Zorobabel, quia defendebant hereditatem: actores vero sacerdotes & prophetae, qui eos erudiebant, secundum legem & cogebant etiam a dei cultura non recedere, si aliquis adorare vellet idola [Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruietes] Elementa dicuntur quasi eleuata, eo quod ex illis omnia corporalia & visibilia eleuata sunt. Quod vero dicitur hic, sub elementis mundi eramus seruietes, quantum ad Iudaeos pertinet, dupliciter potest intelligi: ad primum intellectum elementa vocantur lex & prophetae, quia sicut elementa initium & fundamentum sunt omnium corporaliu, ita lex & prophetae initium & fundamentum sunt omnium diuinorum eloquiorum. Sic etiam in epistola ad Hebraeos elementa appellat legem: Sub lege vero & prophetia erant seruietes. Aliter: Sub elementis etiam seruebant, quia sub obseruatione solis & lunae agebant, celebrantes neomenias aliasque festiuitates. Notandum autem quia non dixit, elementis seruebamus, sed sub elementis eramus. id est sub obseruatione legis & prophetiae, vel sub temporum obseruatione cursum & aetatem lunae attendentes. Nam sol & luna elementa sunt gentiles autem erant elementis seruietes. [At ubi venit plenitudo temporis], id est praefinitum tempus a deo patre, finiente quinta aetate, & inchoante sexta [misit deus filium suum factum ex muliere], id est ex femine mulieris opere spiritu sancto

est creatum. Quidam volunt dicere natum, sed melius factum ex muliere propter hereticos, qui dicunt ut ingressus est virginem, statim exiit. [factum sub lege] Factus est sub lege, quia octauo die circumcisus est: quadragesimo die fuit pro eo legalia munera oblata, & hoc ideo ut demonstraret legem esse sanctam, iustam & bonam: vel [ut eos redimeret qui sub lege erant], id est qui subiecti erant legi, peccatores non valentes per eam mundari [ut adoptionem], id est electionem [filiorum] subaudi dei, quam perdidimus in Adam recipere, [Quoniam autem estis filii dei] adoptiu, non naturales [misit deus spiritum filii sui] Spiritu sanctus communis est patris & filii: & quando mittitur a patre, mittit & a filio. [clamantem], id est clamare nos facientem [abba pater] subaudi, miserere mei, Abba, Hebraeum est & Syrum, pater, Graecum & latinum. [Itaque] qui habet spiritum Christi [non est seruus] subaudi peccati, [sed filius] subaudi dei [Quod si filius] subaudi dei, [haeres] subaudi vitae aeternae. id est non suo merito, sed gratia dei per quem est redemptus [Estote sicut ego, quia & ego] subaudi fui [sicut vos]. Erant Galatae infideles & peccatores alienati a deo ut fuit quondam & Apostolus quando persequebatur ecclesiam DEI, sed iam DEI gratia fidelis erat & iustificatus: Estote vos perfecti in fide, sicut & ego sum modo & nolite desperare de venia, quia & ego quondam fui infidelis & peccator, sicut vos estis modo & eo amplius. [Obscuro vos fratres] subaudi patienter me audiat [nihil me laesistis] subaudi quoniam primum vobis euangelium praedicaui, & sicut tunc me nihil laesistis & patienter audistis, ita & nunc nolite me ledere, sed cum patientia, audite quod dicturus sum. [Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri potuisset] sine vestro dispendio [oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi]. id est si fieri potuisset ut oculis corporis possem maiora de deo cognoscere & arcana mysteriorum eius lumine corporis amplius penetrare, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi tanta charitate erga me fruenter eratis & in tantum desiderabatis audire verbum dei per me. [Filioli mei] quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis] Parturire est parere velle. B. Apostolus iam pepererat Galatas in fide per Euangelium, sicut ipse dixit: Per Euangelium ego

vos genui: sed illi recefferunt a fide & secuti sunt pseudo Apoftolos, dolensq; Apoftolus de eorum miseria, & volens eos reuocare ad fidē Christi, parturiebat illos. i. parere volebat iterū verbo & exēplo. vnde & dicit, Filioli mei quos iterū parere volo mea predicatione in fide christi, sicut iā dudū vos parturiui, qñ ad fidē vos adduxi donec formēt fides Christi in vobis. Tunc enim Christus in nobis formatus est, qñ a nobis ita credi, sicut debet credi. [Scriptū est em, qñ Abrahā duos filios habuit.] Nō sine causa Apoft. ad memoriā reduxit factū Abrahę. Iudęi nāq; in hoc maxime gloriabātur, quia filij Abrahę erant secundum carnē: vnde cū dñs dixisset eis in euange. si vos filius liberauerit, vere liberi eritis, respōderunt illi: Nos filij Abrahę sumus & nemini seruiumus vnquam. ergo Apoft. volēs Galatas sollicitos reddere, ne potuissent seduci a Iudæis, qui circuncisionem docebant obseruare, & sacrificia legalia offerre, dicentes, Non potestis saluari per passionem Christi, nec per baptismū, nisi circuncidamini, & legalia, sacrificia offeratis: ostendit eis quomodo Abraham non per obseruationē legis meruit iustificari, & amicus dei appellari, sed propter fidē sincerissimā, operationēq; probatissimā, [sed qui de ancilla]. i. Ismael qui de agar [secūdam carnem natus est]. i. secūdam humanę consuetudinis vsū. Dicit B. Augustinus quia cōsuetudo humanę nature est vt senex, iunctus iuuenulę in coitu filios procreet: ecōtra senex & vetula copulati, naturale est vt desistāt parere. Si vero iuuenis, cū veterana mixtus fuerit, dicit etiā illos posse pro-
pagare filios, licet illud rarissime in vsu habeatur. Secūdū hunc modū & naturalē consuetudinem quam primo diximus vt senex iunctus iuuenulę possit iuuenula generare dicit Apoftolus Ismaelē natum esse, [Qui autē de libera]. i. Isaac de Sara [per repromissionē] subaudiis dei natus est, quę facta est ad Abrahā, non scđm consuetudinem humanā. Sed quęstio orit in isto loco, quare Apoft. Isaac solū nō per repromissionem dicat natū esse, cum legamus etiam de Ismaele promissionē factā esse. Nā legimus in lib. Ge. quia cū esset Agar in deserto Sur, apparuit ei angel⁹ domini in quies: Agar ancilla Sarę vnde venis aut quo vadis? Quę rēdit a facie Sarę dñę meę ego fugio. Cui angelus rēdit re-

uertere, inquit, & hūiliare sub manu illi⁹. Et rursus. Multiplicās, inquit, multiplicabo semen tuum. Ecce paries filiū & vocabis nomē eius Ismael. Hic erit ferus homo. Manus eius contra oēs, & manus oīm contra eū? Ad hoc dicendū est, quia qñ ista promissio facta est, Ismael iā erat cōceptus. Promissio vero quę de Isaac facta est, anteq̄ conciperet data est Abrahę, sicut ex verbis angeli possumus probare: dicentis ad Abrahā: Secūdū hoc tps veniā, & erit Sarę filius: vnde apparet Isaac, nō scđm naturā hūanę cōsuetudinis esse natū, sed per repromissionē ex lōgēuo patre & vetula matre, & qđ maius est, sterili, deo operāte natus est [quę p allegoriā sunt dicta]. i. quę superius dicta sunt de Agar & Sara. De Ismael quoq; & Isaac spūaliter sunt dicta, & spiritali indigēt expōsitōe. Hęc habet cōsuetudinē B. Paulus, vt spiritalē intelligentiā allegoriā appellet. Allegoria autē pprie ad grāmaticos ptinet. Est em tropus quo aliud significat quā dicitur & quę hic dicta sunt, allegoricę intelligēda sunt, vt sequētia manifestant. [Hęc] inquit [sunt duo testamēta]. i. illa quę supra memorata sunt, significānt duo testamēta. Nā quantū ad sensum pertinet literę. Agar & Sara duę mulieres fuerūt, & Ismael & Isaac duo homines. Quātum autem ad spiritalē intellectu attinet Agar ancilla quę filiū genuit in seruitute, significat legē quę genuit & habuit Iudaicū populū sub seruitutis iugo. In quo ergo fuit Iudaicus populus seru⁹? In hoc vtiq; quia cogebatur seruire legi, circuncisionē seruare, legalia sacrificia offerre, & cętera innumerabilia custodire, quę impune nō poterant transgredi. Non solum autem corporali vinctū transgressor subiacebat, sed etiam maledictioni subiciebatur, quę & ipsa lege, cōtinebatur. Maledictus omnis, Deut. 26. inquit, qui non permanserit in his omnibus. Et dum huiusmodi mandatis stringebat, quodāmodo seruus erat. Sara autē libera, quę filiū liberū genuit, significat gratiā noui testamēti quę genuit populū Christianū liberatū in baptisate, nō solum ab originalibus & actualibus peccatis, sed etiā ab omni seruitio legis, qui hęreditatē Christi, hoc est patriā Christi hęreditabit. Habuit autē & Abraham duos alios filios de Cęthura, quam Hebręi Agar dicunt esse, sed tamen illi non fuerūt digni ad hęreditatem paternam ad-

mitti. Similiter in sancta ecclesia sunt multi qui renascuntur in baptisinate, & qui filij videntur esse Abrahamæ, sed quia opera non habent Abrahamæ, sequendo varios errores, diuersaque schismata, & varijs criminibus se implicant, non merebuntur cum electis hereditate patrie celestis frui. De istis talibus dicit Ioan. euāg. De nobis exierunt, sed non erant ex nobis. hæc inquit, sunt duo testamēta. Testamentū dicitur a testatoribus. Testamentū vero vetus habuit testatores, angelos, & Moysen, aliosque prophetas. Testamentū autē nouum, habuit unū verissimū dñm Iesum Christum, & Apo quorū ministerio per quadriūdū orbē est diuulgatū [vnā] subaudis testamentum datū est [in monte Sina gñans] subaudis Iudaeā plebē in seruitutē [quæ Agar] hoc est quæ significat per Agar. Lex per doctores synagoge gñabat populū in seruitutem sibi. [Sina enim mons est in Arabia] prouincia [qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem] hoc est contemminus terræ repromissionis, in qua est Hierusalē [&] ipsa Hierusalē [seruiuit cum filijs suis], i. sacerdoti & doctoribus qui in Hierusalem maxime habitabant cum subiectis suis omnipotēti deo sub seruitute legali. Arabia prouincia est multas gētes & regiones in se cōtinēs. Ammonitas videlicet Moabitas Philistēos, Idumēos & alias quæ plures. In qua prouincia est Sina mons, tantę magnitudinis & longitudinis, vt cōterminus sit terræ repromissionis, sicut sunt, verbi gratia mōtes qui cingūt Italiā, & diuidūt ab alijs regnis, & oīa quæ superius pmissit apostolus, idē texuit vt ad hoc perueniret quod modo dicit de Sina mōte, qui est vicinus terrę iudeorū, vt ostēderet iudæos non solum, per legē quā acceperūt seruos esse, sed etiā ex vicinitate locorū & quia mons illis adhærebat, in quo legem seruitutis acceperunt. [Illa autem quæ sursum est Hierusalem.] Hierusalem quæ interpretatur visio pacis, significat sanctam ecclesiā, deū mente vidētem, quæ cōstat ex angelis & hominibus, quæ partim iam regnat cum Christo, partim autē adhuc peregrinatur a deo in terris. Sed de illa quæ iam cum Christo regnat in angelis & hominibus iustis, partim in corpore, partim in anima, non est dubiū quin sursum sit in celesti beatitudine. De ista autem quæ adhuc peregrinatur in terris quærendum est quomodo sursum sit. Sursum dicit esse

quæ licet corpore inhabitet terrā, mente tamen inhabitat cælū dicitur cū Apost. nostra autē conuersatio in cælis est, & semper celestia opera agit, i. illa per quæ ad cælestē regnū possit pertinere. Quæ etiā bene mater nostra dicit, quia Apostoli & martyres sanctique prædicatores, qui nos peccatis erant, ipse nos genuit in aetate Christi sua doctrina, & suis scriptis atque exemplis. De qua generatione dicit Apost. Corinthiis: Per euang. ego vos genui. [Scriptū est e. n. Letare steruis quæ non parit &c.] hoc testimoniū in ista nobis immo ppetuā rā habet. Quod dupliciter potest intelligi. Dicit ergo ecclesie de gētibus quæ diu & longo tpe steruis manuit a bono opere & deo filios non genuerat, uocē eā destructione turris Babel, quæ nunc est Babylon vsque ad aduentū dñi Ibi enim diuisa est terra vniuersę terrę, & tūmodo Dei cognitio in sola domo rebræorum manuit. Dicitur ergo. Latere, id ē gaude & exultare ecclesia de gētibus, quæ antea sterilis eras, & quæ deo filios non parieoas. [erūpe] in gaudium [& clama] præ nimia iucunditate, quæ non pariebas, quia plures filii deo accepti tibi erunt: quæ synagoga, quæ quondam habuit deum omnipotentem verum protectorem sui, vel quæ modo gloriatur, & putat se habere verum deum, cum illum amissum habeat postquam dixit, non habemus regem nisi Cæsarē. Dicamus & altius iuxta beatum Augustinum: referentes ista ad ecclesiā, quæ iam regnat cum Christo in cælis, quæ sterilis appellatur, non a bono opere & laude creatoris sui, sed carnali propagatione, propter peccatum eū venit mors, quæ nihil aliud est nisi dissolutio elementorum, & propter mortem, venit successio filiorum. In presenti siquidem vita necesse est vt pereant filii carnales: qui patribus mortuis vel morituris succedent in hereditatem: in illa autē beatitudine vbi nemo moritur, non est necesse vt fiat successio filiorum per propagationem carnis. Quapropter appellatur sterilis: & dicitur ei congaudendo voce prophetica. Latere o ecclesia sterilis a carnali procreatione, quæ non parit filios carnales cū dolore & nimia anxietate, quia plures filii deserunt quodam gentilitatis veniēt tibi, quam ex synagoga quæ olim habuit deum omnipotentem virū, vel quæ modo gloriatur se habere. Omnibus enim patet plures ex gētibus trāsi

re ad gloriā sempiternā q̄ ex Iudæis. Similiter in p̄nti ec-
 clesia plures habet filios fideles ex gentilitate q̄ de synago-
 ga. Per oēs enim pene ciuitates & regiōes, vicos quoq; &
 villulas gentiles clamāt se credere in x̄pm, Iudæorum aut
 rarus aut nullus inuenitur qui credere in x̄pm cōfiteatur
 [Nos aut fratres sc̄dm Isaac promissiois filij sumus] iugit
 se Apost. Galatis credētib; & dicit: Nos aut fratres, i. ego
 & vos sc̄dm Isaac promissiois filij sumus, hoc est, sicut nos
 qui in Christū credimus filij Abrahamæ sumus, dicēte dño ad
 Gene. 22. Abrahamā, in semine tuo benedicētur oēs gētes: & sicut Isaac
 sc̄dm promissionē natus est, ita nos filij sumus p̄missionis
 [Sed quō tunc is qui secundum carnē natus fuerat [& c. Al-
 loquitur Apost. Galatas vt se custodiāt a Iudæis, ne possint
 ab eis seduci: O Galatę caute & declinatē a Iudæis: qm̄ si-
 cut Ismael qui secundum humanā cōsuetudinis vsū natus
 erat, eodem modo quo superius diximus [persequēba-
 tur] tunc Isaac, qui secundum spiritalem repromissionē na-
 tus fuerat Abrahamæ, [ita & nūc] persequitur Iudaic⁹ popu-
 lus qui designatur per Ismaelē natum de ancilla: populū
 Gene. 19. Christianorum nos & alios qui designantur per Isaac na-
 Gene. 21. tum de libera, vt ad seruitutē illos legis inclinent, De ludo
 puerorum Ismael & Isaac, Iudæi varia disserunt. Quidam
 enim dicūt, quia volebat quodam genere Iudi prouocare
 ad saltum, tenens perticam in manu vbi optabat eū ita de-
 bilitari, vt indignus fieret honore primogeniti & hēredi-
 tate paterna. Quidam etiā dicunt, quia volebat ei suadere
 quibusdā turpitudinibus misceri, pro qua notabilis & de-
 spectu haberetur patri & matri, & vt diximus, indignus
 fieret honore primogeniti. Sciebat em̄ se nullo modo posse
 pertingere ad hēreditatē paternā & dignitatē pri-
 mogeniti, vtpote qui ex ancilla erat, licet primogenit⁹ fo-
 ret nisi illum ita vituperabilem redderet aut in corpore,
 aut in leuitate mētis, vt patri, et matri pro nihilo duceret,
 Sed quicquid illud fuerit, plane apparet, illum ludum nō
 simplicem fuisse, pro quo mater indignata, præcepit pari-
 Actu. 12. ter matrem cum filio, a domo & consortio filij liberi eijsi,
 Beatus etiam Apostolus doctus ad pedes Gamalielis legis
 doctoris, qui omnem sciētiam legis & prophetarum quæ
 tunc temporis penetrari poterat, intellexit: similiter illum

Iudum nō simplicem esse sciebat, quē appellauit persecu-
 tionem, volebat em̄ eum leuem & scurrilem facere, ac di-
 gnitate priuari, & se sublimari [sed quid dicit scriptura?
 Eūce ancillā & filiū eius.] quātū ad literā pertinet, ob hu-
 iusmodi causam quā diximus, p̄cepit eū mater eijsi, quātū
 vero ad spiritualē intelligentiam attinet, quādiu Iudæi an-
 cillę filij volūt esse, & filiū liberæ p̄sequi, hoc est, quādiu
 legi volūt esse subiecti in circuncisione & sacrificijs legali-
 bus, nō credētes se per passionem Christi posse saluari, &
 quādiu nos volūt p̄sequi qui iā sumus liberi effecti ab hē-
 reditate ecclēsiæ repellendi sunt. [Non enim hēres erit fi-
 lius ancillæ cū filio liberæ.] hoc est, filius p̄cti & malæ cō-
 cupiscentię, quæ potest intelligi per ancillā filius carnalis
 legis, qui legē carnaliter obseruare nitit̄, nō erit hēres in
 hēreditate patrię cælestis cum filijs liberis, qui liberi effi-
 ciuntur in baptisinate, nō solum ab originalibus peccatis,
 sed etiā ab omni seruitio legis. [itaq; fratres nō sumus an-
 cillæ filij, sed liberę.] i. nō sumus iā legis filij, quæ suos ob-
 seruatores seruos facit, sed filij nouæ gratię & filij euange-
 lij per baptisimum & per dona spiritus sancti, quæ accep-
 imus tam in baptisinate quam per impositionē manuum
 episcoporum, & per cōmunionem corporis & sanguinis
 dñi cui participamus, & illa [libertate] sumus liberi [qua
 Christus nos liberauit.] per passionem suā & per baptis-
 mi gratiam, Omnis enim qui fidem Abrahamæ habet, & imi-
 tator operum Abrahamæ existit, vtique filius est Abrahamæ, nō
 per naturam, sed per imitationem, sicut alias Apostolus di-
 cit: Si ergo vos Christi, ergo semen Abrahamæ estis, Qui vero
 fidem quam habet, bonis operibus non exornat, nimirum
 non reputabitur inter filios Abrahamę, neque accipiet hēre-
 ditatē cælestem cum illis. Quapropter laborandū est om-
 nibus nobis, vt fidem quā habemus, executione bonorum
 operum studeamus decorare veri imitatores illius effecti.

CAPVT V.

Ico autem in CHRISTO: Spiritu ambula-
 D te, & desideria carnis non perficietis. De hac le-
 ctione diuersi doctores non æqualiter sentiunt,
 dicentes quidem de spiritu hominis locutum esse hic Apo-
 stolus sicut Cassianus vir prudētissimus in collationibus
 D iij

patrū quidā de spiritu scō, vt beatus Aug. Quod vtrunq; nō inōgru: neq; contra reſtitudinem fidei accipi poteſt. Dicam⁹ igitur iuxta Caſſianū, Spū ambulate. i. Spū auctē viuite. Quid eſt ergo ſpūs hoīs? Principalitas aīa quę, et ratiōnabilitas mētis appellat, p quā poſſum⁹ cognoſcere qd debeam⁹ appetere, & quid vitare. Si (inquit) ſpū vixeritis hoc eſt, ſi iuxta ratiōnabilitatē & intellectū mētis vixeritis, deſideria carnis i. leſticia carnalis hoīs & cōcupiſcentiā malę ac deſideria de e ratiōnis prauę non perficietis. Quę ſunt deſideria carnis, in ſubſequentibus manifeſtabitur. Dicam⁹ & aliter, ſequētes ſenſum beati Auguſtini. Notum habetur apud eruditos, ſpūſcō dictante, atq; reuelante (qui vnus ſubſtantię eſt cum patre & filio) ſcripturas ſc̄ras cōſcriptas eſſe, & omnia diuina eloquia et pręcepta quę in lege & prophetis & euāgelijs gratia continentur ab illo data eſſe. Idcirco dicit Apoſtolus: Spiritu ambulate id eſt, ſicut ſpī. uſſanctus docet ac pręcipit in diuinis ſcripturis, ita viuite & cōuerſamini, ambulantes & creſcentes de virtute in virtutem, de fide ad ſpem, de ſpe ad charitatem, de charitate ad operationem perfectā. Quod ſi hoc feceritis, deſideria carnalis concupiſcentię non perficietis. Quid eſt quod dicit Apoſtolus? [Caro concupiſcit aduerſ⁹ ſpīritum, ſpīritus autē aduerſus carnem?] Nunquid poteſt caro aliquid concupiſcere ſi deſuerit ſpīritus? Non Quod probari poteſt ex corporibus mortuis. Poſtquam enim ſpīritum exhalauerint, non ſolū concupiſcere non valent, ſed etiam aliquod membrorum per ſe mouere nō poſſunt. Carnem ergo appellat hominem qui carnalia tantum & corporalia querit, carnalem quoque cōſuetudinem & delectationem. Licet enim caro non valeat per ſe aliquid implere, ſi deſuerit ſpīritus, tamen quandiu a ſpīritu viuificatur, ſemper contraria videtur ſpīritui, id eſt, ratiōnabilitati mentis. Quapropter dicit A P O S T O L V S. Caro cōcupiſcit, &c. Quomodo concupiſcit caro aduerſus ſpīritū audiamus. Caro deſiderat ſemper repleti cibus, inebriari, luxuriare, in omni delectatione manere, quęrens ſemper quod ſū eſt. Ecce quomodo caro cōcupiſcit aduerſus ſpīritum. Contra ſpīritus concupiſcit aduerſus carnem, quia ille delectatur ieiunijs, abſtinentiā, caſtitate, & his quę car-

ni contraria ſunt. Sed ſequēdus eſt ſemp ſpūs, quia ille quęrit per quod anima viuit deo, ſimiliter poſſum⁹ & de ſpīritu ſancto dicere. Dum enim carnalis delectatio deſiderat trāſgredi pręceptū dei, aduerſus ſpū ſanctū cōcupiſcit, & dū ſpīritus ſanctus phibet in lege & prophetis atq; in euāgelio quę caro deſiderat, aduerſus illam concupiſcit. Vnde ſubdit Apoſt. [Hęc] inquit, i. caro & ſpīritus [ſibi inuicē aduerſant.] &c. Sic ſibi inuicem contraria ſunt caro & ſpīritus, vt quod vult caro nō cōſentiat ſpīritus: & quod ſpīritus, nō cōſentiat caro: quia caro delectat ſeruire vitijs, ſpīritus autē virtutibus. [Quod ducimini ſpīritu.]. i. ſi ratiōnabiliter viuitis & cōuerſamini, [nō eſtis] ſubiecti legi. & nō eſt vobis neceſſaria lex: quia lex nō eſt iuſtis poſita, ſed impijs & peccatoribus. Aliter: Si ſpū ducimini. i. ſi ſpīritu cōgubernamini, & ſecūdū quod ſpīritus ſanctus docet in ſcripturis ſanctis viuitis: nō eſtis ſubditi legi ſed alieni eſtis ab ea, nihil ei debentes. [Manifeſta autē ſunt opera carnis quę ſunt] Omnibus in Chriſtū credētibus, maximeq; illis qui ſpīritalem vitam ſectantur, intantum nota ſunt, vt etiā ab illis ſe alienos reddant: ſcientes quia mortem generant. [fornicatio.] dicitur a fornicibus, hoc eſt, a locis theatricalibus & lupanarijs, quę fornicibus. i. arcibus ſunt cōſtructa quę & harenaria tunc appellabantur, in quibus erant meretrices, cum quibus commiſcebant ſpurciſſimi quicq;. Fornicari autem eſt, cum puellis liberis, cum viduis non dum deo ſacratim coire, [immunditia, impudicitia, luxuria.] poteſt appellari quocunq; modo fiat, Luxuria vero eſt noxijs humor ſuperabūdans. [idolorum ſeruitus.] eſt idololatria, quę tunc temporis erat pene in omnibus gentibus. Poſſumus & per hoc quod dicit, idolorum ſeruitus, altiori ſenſu auaritiā intelligere. Vnde in epiſtola ad Colloſ. [veneficia] ſunt maleficia, hoc eſt, maleficę artes per quę coguntur ſæpe miſeri amare & amari. Vnde dicitur veneficia, quaſi veneno infecta. [inimicitie] ſunt malę voluntates [contentiones] ſæpe ex ſuperbia procedunt quia volunt cōtendere de queſtionibus diuinarum ſcripturarū atq; etiam humanarū, vt dum illi victores exiſtunt, gloriſcent. [emulatio] eſt inuidia, de qua legitur, quod emulantes, hoc eſt inuidentes Ioseph fratres ſui, vendiderunt ill-

lum. [Ira,] est grandis cōmotio animi, Et hoc distat inter iratū ac iracundū, quia iratus pro tēpore est: iracundus vero facile irascit, & semp̄ pronus est ad irascēdū [rixē] sunt lites & cōtentiones, quę plerūq; sine cā exurgunt. [dissentio:] est discordia quę solet oriri inter maritū & vxorē: inter fratres quoq; atq; cōtubernales vel cōmilitōes. [sectę] sunt diuisiones. Idē sunt & hereses. Dicuntur autē vel a seccando. i. diuidēdo, eo quod diuidāt se a cōmunionē aliorū sicut heretici faciebant, qui ab ecclesię vnitatē se sequegebant de quibus Ioan. dicit: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Vel etiā a sequēdo dicuntur sectę, sicut hereses ab eligēdo, ex eo quod ex multis erroribus vnū eligant, & illū sequant. [inuidiā.] Inuidiā in geminā scindit passionē cum aut is qui in honore est, videns alium attente attendere, inuidet ei ne ad eundē peruenire possit honorē: aut cū aliquis alterius foelicitate torquetur, videns illū superiorē se [ebrietas,] Bria m genere masculino. dicimus calicem aptum potioni vini. [comessatio] dicitur mēse collatio siue mensę alternatio. Sunt enim conuiuia quę celebrantur alternatim, & pręparātur a socijs per dies & vices sunt alia quę ex cōmunicationē pręparātur, quādo vnus affert panem, alius vinum, alius aliud. Quę idcirco appellantur comessationes, hoc est mēse collationes, quia sicut omnes proprijs vtuntur cibis & communibus, ita etiam pro libitu suo vnusquisque quicquid scurrilitatis & otiositatis ei placet loquitur, ideo vocantur turpia conuiuia, [& his similia] subaudis peccata, opera sūt carnīs [quę] opera [prędico vobis] nō [sicut prędixi,] vbi prędixit: Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore. [quoniam qui talia] subaudis opera [agunt, regnum dei nō consequentur] Nō dixit, qui talia egerunt sed qui talia agunt id est, qui in talibus permanēt vsq; ad diē mortis suę, vitam ęternam nō possidebāt. Sic & dñs dicit in die iudicij reprobis: Discedite a me qui operamini iniquitatē, non operati estis, sed qui in peccatis vitam finistis. [Fructus autem spiritus est charitas.] Charitas gręcum est, & interpretatur in latina lingua dilectio. Dicitur autē dilectio, eo quod duos liget, deū & hominē vel duos pximos. Quę merito in numero vixitutum primatū tenet quia ipsa ligat cęteras virtutes, Est

aut charitas, amor & dilectio qua diligit deus & pximus & inimicus etiā ppter deū. [gaudiū,] est exhilaratio cordis, & hoc distat inter gaudiū & læticiam, quia gaudiū nimia est exultatio cordis & corporis: læticia vero est medio criter, & fit solummodo in corde. [pax,] est quies & tranquillitas siue lenitas mentis, a qua Solomō nomen accepit. i. pacificus, eo quod in diebus eius quies esset data, [longanimitas] est p̄seuerantia in bono opere, & tolerantia iter aduersa vnusquisq; enim fidelis longanimis debet esse, vt pueniat ad premiū pmissum, iuxta quod dñs ait: Qui p̄seuerauerit vsq; in finē &c. [bonitas] est bona voluntas [benignitas] est voluntas promptissima moribus & dulci eloquio tēperata, inuitā snō solū beneuolos ad se diligēdos, sed insuper illos qui contrarij videbantur esse. vnde dicitur benignus, quia si valde nimisq; bonus. [fides,] est qua credimus deū omnipotentē trinitatē habere in p̄sonis, vnitatē in substantia: & qua speramus & credimus ea quę necdū videmus. Illarū enim rerū quas videmus, necq; est fides, necq; spes sed illarū quę necdū visę sunt a nobis, verbi gratia: Credimus dñm Iesum passum esse resurrexisse a mortuis, & ascendisse ad cęlos, venturū ad iudiciū, reddere vnicuiq; secundū quod meret. Fides est & credulitas, qua speramus ea quę nō cerimus oculis corporeis. [modestia] est mansuetudo & lenitas mentis, quę læsa nō facile irascit [cōtinentia,] est abstinentia qua se cohibet hō a coitu, & mulier vidua similiter ab omnibus illecebris. [castitas,] vero proprie virginū est vnde dicit castitas quasi castratus. Et hoc est inter cōtinentiam & castitatē: quia cōtinentia potest esse coniugatorū viduarum & viduorum atq; virginum: castitas vero virginum proprie est. [Aduersus huiusmodi non est,] .i. huiusmodi hominibus talia operantibus non est lex contraria neque illis necessaria, Etenim alieni sunt ab ea. Quare non est lex illis necessaria, aut contraria? Dicit illa. Non adulerabis, non occides, illi non solum hoc non faciunt sed etiam castitatem seruant, & custodiunt se non solum ab homicidio: sed insuper inimicos suos diligūt. [Qui autem sunt Christi,] id est, qui pertinet ad sortem C H R I S T I vitia & concupiscentias malas in carne sua mortificauerunt. Quot enim peccata a nobis expellimus, tot vitia in

nobis semper occidimus: & carnem crucifigimus & mortificamus, quando delectationi prauę & voluntati peruesę sę non consentimus.

CAPVT VI.

In spiritu uiuimus, spiritu & ambulem? Hic de spiritu sancto loquitur: Si, inquit, spiritu uiuim? hoc est, si per spiritum sanctum vitam habemus, per quam uiuimus deo, spiritaliter debemus conuersari & uiuere ambulantes de virtute in virtutem, virtutes sectando, uitia respuendo. Vita anime, fides est qua credimus deum omnipotentem: & sicut corpus uiuit anima, ita anima uiuit fide, iuxta quod per prophetam dominus dicit: Iustus autem meus ex fide uiuit, quod si subtraxerit se, non placebit anime mee. Quę fides per spiritum sanctum nobis tribuitur, quę est unius substantię cum deo patre & filio: & non sola fides ab illo nobis datur sed etiam quicquid boni habemus ab illo nobis administratur. [Non efficiamur inanis glorię cupidii.] Quę est inanis gloria? Laus humana, fauor terrenus, de qua dicit Christus: Si gloriam ab hominibus quero, gloria mea nihil est. Quę recte inanis gloria dicitur, quia vacua est ab omni utilitate, Est tamen gloria utilis de qua dominus dicit. Qui me glorificauerit, glorificabo eum. Qui sunt ergo cupidi inanis & terrenę glorię? Qui per hoc quod agunt non querunt deo placere, neque mercedem eternę remunerationis ab eo recipere, sed gloriam & laudem temporalem, de quibus dicit dominus: Omnia opera sua faciunt ut glorificentur ab hominibus. Isti tales audient in die iudicii: Recepistis mercedem uestram, quia multi sunt qui non solum pro bono querunt laudari, sed etiam pro malo: & non solum ab alijs, sed insuper ipsi se extollunt & gloriatur de uirtutibus. Perfecta autem & plena est gloria ut homo pro bono quod agit, omnipotenti deo desideret in corde placere, & ab illo mercedem expectet, & gaudeat in corde quod placeat creatori suo, & ita agat bonum quod operatur ut opus sit in publico, & intentio in occulto. Qui hoc facit ille non est cupidus inanis glorię. [inuicem prouocantes] vos ad iracundiam, ad lites, ad contentiones. [inuicem inuidetes] uobis. Erant ex Galatis quidam seducti a pseudoapostolis & a ludęis, contendentes de genealogijs & quęstio-

nibus legis. Ex quibus quidam dicebant. Melior est circumcisio quam baptilimus Et contra alij: Melior est baptilimus quam circumcisio. Item alij dicebant: Melior est allegoria quam historia: quia allegoria, id est spiritalis intelligentia uiuificat, li-
tera occidit Et contra alij dicebant: Melior est historia ubi ueritas continetur, quam allegoria uana & umbratica. [Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto] Preoccupatus est uenire. unde in psal. canis, preoccupemus, id est pręueniamus faciem eius in confessione peccatorum nostrorum Preoccupatus ergo homo in peccato, quum subito & insperato peccat, quod ante non fuerat premeditatus: Quando uero premeditatus quod perpetret homicidium, adulterium, aut aliquid tale, non est preoccupatus, sed premeditatio & perpetratio sceleris: & aliter reprehendendus est ille qui insperate peccat, quod ante premeditatus non fuerat, id est preueniens a peccato, & aliter ille qui diu illud est premeditatus. Ille enim corripiendus est cum lenitate mentis, ne labatur in desperationem: iste uero atrociori inliget castigatione, & bene addidit, homo quia fragilis est & caducus, citoque labens ad culpam, & maxime ille, qui simplicitatem habet sine astutia [vos qui spirituales estis] quid dicitis uitam spiritalem, & solliciti estis in fide & in doctrina illos qui preoccupantur & simpliciores sunt [instruite] & corripite leni affectu & cum suauitate mentis, promittentes eis ueniam, ne forte in lapsum desperationis ruant [considerans te ipsum] quia homo fragilis naturę es sicut & ille, ideoque potes tentari & ueniri a peccato sicut & ille, & dum consideraueris te posse reuerari, & in peccatum ruere, sicuti uel les corripere, si talia ageres, & castigari cum lenitate mentis, ita corripere, & admone illum: [Alter alterius onera portate] sicut onera alicuius ponderis, & sunt onera peccatorum, de quibus dicit psalmista: Quonia iniquitates meę supergressę sunt caput meum, & sicut onus graue, &c. De quo onere & hic dicitur, & est sensus: Si uis patienter portari et sustineri si peccas, & cum moderatione corripere porta similiter patienter fratrem tuum, si peccauerit, potest & aliter intelligi secundum sensum beati Hieronymi, Alter alterius onera portate, hoc est, qui abundas diuitiis bonisque temporalibus, sustenta fratrem pauperem, Verbi gra. Habeo formam pauperissimam, cuius paupertas onus meum est, prę-

hendo ei victum & calciamentum, sustento onus meum. Habeo vxorem: non possum esse continens: sed egestate nimia prae mor, tu qui deo donante continens es & bonis temporalibus abundas: porta onus meum. Vide comparationem ceruorum in epistola ad Colos. quae B. Augustinus ex hoc donat. Quia & si in animalibus ratione non veteribus illud fit, quanto magis in hominibus debet fieri? Si (inquit) hoc feceritis, adimplebitis legem Christi, hoc est, pactum Christi quod ipse dedit discipulis suis, dicens: Hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem. & mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem, [Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit] hoc est, qui confidens in suis virtutibus & meritis, dedignatur onus fratris portare castigando cum suauitate & admonitione dulci, cum sit ipse nihil apud deum & quia eius opera deo non placet [ipse se seducit] & decipit. Ideo autem dicitur nihil esse, quia non adheret illi qui substantialiter habet esse, & qui nostrae fragilitati condolens pro nobis humiliari indignatus est, cum deus esset. Omnis enim creatura quae non adheret illi qui semper habet esse, nihil est. Opus autem suum probet unusquisque hoc est, consideret quid boni habeat factum, & sic in corde suo gaudeat eo quod placeat creatori suo, & non quaerat alterius laudem. [Unusquisque enim onus suum portabit] Contraria videtur haec verba superioribus, ubi dixit. Alter alterius onera portate, sed sciendum quia pertinent illa ad tempus praesentis vitae, ista vero ad diem mortis, vel generaliter ad diem iudicii, & est sensus. Qualia fecerit unusquisque, talia recipiet, si bona fecerit, bona recipiet: si mala, damnationem aeternam recipiet. Et notandum, quia onus in bonam & malam partem in hoc loco potest accipi, quia ad electos & reprobos pertinet. Onus sanctorum erit magnitudo gloriae, onus reproborum ineffabilis miseria & cruciatus. [Communicet autem istis qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis]. id est, discipulus vel quilibet auditor qui instituit & docetur verbo doctrinae, communicet vel administret ei magistro vel praedicatori in omnibus bonis qui se instruit & docet. Auditores & discipulos admonet, ut doctoribus suis a quibus accipiunt verbum vitae & fidei, impedere studeant bona temporalia, hoc est, victum et vestimentum, quia dignus est operarius mercede sua: quia dominus ordinauit de euangelio vi-

uere qui euangelium annuntiant. Possumus & per verbum intelligere & deuotionis fructum, & re boni operis & studij, ut illud Moysi, quod palam factum est verbum istud: ut referam? hoc ad discipulum, dicitur autem. id est, placibile se faciat studio & fructu deuoti iohannis discipulus vel qui catechizat, magistro qui se instituit bonis & docibilem & obedientem in omnibus bonis quae deo non displicent. Poterat aliquis discipulorum dicere: Non habeo quod impediam magistro: quia ager meus id est annona mea siccitate aruit, vinea mea grandine consumpta est, oves pestilentia correpta sunt: fues sagina tume scente mortuae sunt. Sed ut Apostolus, omnem occasionem excluderet, dixit [Nolite errare, deus non irridetur] hoc est, nolite mentiri: quia homo potest mendacium suscipere, deus vero non potest: & deus qui omnia secreta cordium penetrat non potest falli. Dicis o auditor quicumque es, non posse te sumptus ministrare magistro tuo, promitte te nimia egestate. Noli ta decipere quasi fallere possis deum, sed vnde tu viuus, indestituta & magistrum, quia si non habes ex praesenti anno fruges, habes ex praeterito, potes etiam impetrare mutuo a vicinis de futuro. [Que enim seminauit homo, haec & metet] hoc est qualia fecerit, talia recipiet. Duos agros habemus corpus & spiritum. [Si seminauimus in carne]. id est, si carnalia opera egerimus & carnalia desideria secuti fuerimus, de ipsa carne [metemus corruptionem] hoc est, damnationem accipiemus, & trademur in die iudicii poenis inferni, ubi corrumpemur a vermibus et igni perpetuo. [Si vero seminauerimus in spiritu] hoc est, si spiritalia opera impleuerimus & praecipis sancti spiritus obediētes fuerimus [de spiritu] spiritalibus operibus spiritu sancto donante [vitam aeternam accipiemus. Bonum autem facientes non deficiamus]. id est, a bono opere quod inchoauimus, non cessemus, sed in hoc perseueremus, ut salutem consequamur quam dominus promissit, in quiens, Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. [tempore enim suo] id est tempore congruo & oportuno [me Mat. 10. temus] hoc est, mercedem nostri laboris accipiemus [non deficientes] a praecipienda mercede operis, Modo est tempus seminandi, hoc est: bonum operandi, in die autem iudicii vel in die mortis erit tempus messionis & collectionis. Illa nunquam deficiet collectio, quia illa vita sine termino manet.

annisq; voluentibus illa semp iuuenescit & pollet. [Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.] Tps feminandi & operadi virtutes, presens vita est, quia post istam non erit tempus vel spatium pnię atq; salutis. De hoc tempore dicit Apost. alibi: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In isto tempore debemus operari bonum ad omnes homines, ad fratres, ad hereticos, ad paganos, tam in elemosynę officio quam in doctrina verbi. Oibus enim hominibus misericordia impendenda est, & doctrina fidei imitando patrem nostrum, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. [Maxime autem ad domesticos fidei] oportet bonum operari. Domestici dicuntur a domo, qui in vna domo nutriuntur & conuersantur. Ad omnes quidem bonum debemus operari, hoc est, ad hereticos, ad paganos, sed maxime ad illos qui in vna domo, in vnitatem ecclesię noificam sunt, & qui eadem fidem habent, & precipue ad illos qui iter rectitudinis nobis ostendunt verbo & exemplo. [Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu] In fine omni epistolarum suarum Apostolus nomen suum Hebraicis literis scribebat ne a pseudo Apost. eius dicta corrumperentur in hac vero epistola sicut tradunt doctores, ab hoc loco usque ad finem propria manu scripsit, ut eos ad fidem Christi plenius traheret, dum viderent eius amorem erga se. [Quicumque enim placere vult in carne]. i. qui volunt placere in carnali circumcisiōe scribis & pharisęis suis ministris, illi cogebant circumcidere gentiles, & hoc ideo ut persecutionem crucis Christi non paterentur. Nam Octavianus, Caius, aliiq; imperatores de reuerant, ut vbiicumq; essent Iudaei, suis legibus vterentur, & Iudaei qui legem & euangelium volebant tenere, idcirco se circumcidebant, ne propter nomen Christi persequerentur, dicentes se Iudaeos esse, & circumcisos, & legem custodire. Sed ideo non custodiebant, qui erant homicidae, adulteri, inuidi, cupidi, aliiq; vitiis pleni. [ut in carne vestra gloriantur.] Gloriabantur Iudaei, dicentes tot gentiles heri coegi ad circumcisiōem, tot hodie. [Mihī autem absit gloriari.] Nolo gloriam in diuitiis huius mundi & dignitatibus, [sed in cruce Christi] id est passione illius quae in cruce est celebrata, gloriabor, unde est mea redemptio & saluatio, vel in cruce Christi gloriabor id est ex hoc

gloriabor si potuero imitari passionem Christi, ut qualia ipse sustinuit pro me talia sustineam pro nomine eius [per quem] subaudiis crucem vel Christum. Dicit B. Hieronimus, quia crux masculini generis est apud Graecos, & interpretus huius epistolae eundem articulum & eiusdem generis transfuit in latinum quem inuenit in Graeco. Potest & referri ad xpm, vel pro amore passionis eius [mortuus est mihi mundus & ego mundo] quia nec quero nec diligo ea quae sunt in mundo, nec mundus, i. amator huius mundi querit vel diligit me. Verbi gratia, sicut sunt duo mortui, ex quibus nullus surgit, vel diligit alterum. [In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet]. i. vtrum sit circumcisus an incircuncisus, nec prodest, nec obest in fide Christi, tam ut per illam circumcisiōem non credat se posse saluari. Si vero hoc credit, tunc obest. [super Israel dei] non super Israel carnalem, sed super omnes gentes veros Israelitas, qui deum mente vident. [nemo mihi molestus sit]. i. nemo mihi quaestiones moueat de circumcisiōe & sacrificijs legalibus, quia multum tractavi de his omnibus saepe vobiscum. [ego enim stigmata Iesu in corpore meo porto] Stigmata sunt notae seruilium poenarum, quibus solent serui fugitiui vinciri comprehensi a dominis suis. Et B. Apostolus stigmata siue notas ferebat, quae pro christo sustinuerat, quae adhuc plagae virgarum & lacerationum in corpore eius apparebant, & quomodo catenis fuerat astrictus & per plateas tractus &c.

Finis.

In epistolam ad Ephesios Argumentum

Haymonis.

Ephesus ciuitas est Asiae & Graeciae cuius habitatores Ephesij nominantur a nomine suae ciuitatis quam incolunt. Hi accepto verbo veritatis ab Apost. perfruerunt in fide, nec receperunt falsos Apostolos sicut & galatae & alij. Ad hos ergo cum venisset Apostolus, mansit cum eis anno vno & mensibus sex instanter predicans verbum euangelij, & confortans in fide credentes. Erant autem mixti in eadem ciuitate magi & philosophi, iudaei & gentiles, contra quos Apostolus viriliter pugnavit pro veritate euangelij quasi ad bestias sicut alibi dicit, si ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt, ipsos ergo appellauit bestias propter saeuitiam & pro-

pter bestiales mores. Ephesus interpretat voluntas in ea. & ubi quōdam ira, omnipotentis dei fuerat propter idolo-
latriam atq; maleficia, ubi per prædicationē Apostoli vo-
luntas dei omnipotentis requieuit. Sed & hoc sciendū, quia
hanc epistolam de Roma, positus in carcere, per Tychicū
Diaconū misit eis: & pene omnibus epistolis difficilior est
quia sicut cor in medio ventris, ita ista in medio corpore
epistolarum consistit.

¶ In epistolam Pauli ad Ephesios, exegetis.

CAPVT I.

Aulus] Multi quærūt quare Apostolus qui antea
P Saulus vocabatur quā ad fidem veniret, Postea
Paulus sit appellatus. Ex qua quæstione diuersa
est autoritas patrū. B. Hieronymus dicit, quia a primo spo-
lio quod abstulit diabolo, & attulit ecclesie, Paulus sit ap-
pellatus, a Paulo Sergio. s. viro prudenti, quem Christo ac-
quisiuit. Dicit etiā beatus Hieronymus, quia humilitatis
causa appellauit se Paulum, quasi modicum. Nam paulum
siue paululum, modicum dicimus. Verg. habetur de Achæ
menide fugiēte Polyphemum: Arma proculi paulum con-
spectu territus hæsit. Paulū enim pro paululum posuit, sic
& ipse Apost. alibi ait, Mihi omnium minimo data est gra-
tia, & ego sum minimus Apostolorum. Quidam etiam di-
cunt illū fuisse binomiū, vt Claudius quod autoritate pa-
trum nō roboratur. Autoritatis autem causa nomen suum
posuit in omnibus epistolis suis, præterquam ad Hebræos,
veluti solent facere hoc modo reges: Nero imperator Sene-
cæ suo salutem. [Apostolus] hoc nomē græcū est, licet quī-
dam dicant Hebræū, & interpretat missus. Et recte semet-
ipsum nominat Apost. quia a dño missus est, dicēte ipso ad
eum: Ecce ego te mittam sōge in regiones & gentes. Hoc
etiam nomen Apostolatus, dignitatis causa posuit, vt ma-
ioris honoris essent eius epistolæ apud auditores. Aposto-
lorum autem genera sunt quatuor: Primum est quod neq;
ab hominibus est, neq; per hominem, sed a deo tantummo-
do, de quorū numero fuerunt Moyses & Isaias, alijq; quā
plurimi pphetæ & Apostoli, qui quāuis ab homine Chri-
sto essent missi, tamen ipse homo erat & verus deus, Moy-

si dictum est. Mittam, ad Pharaonem & Isaiā. Quem mit-
tam? & quis ibit nobis? Et ille. Ecce ego, mitte me. Et deo-
minus. Vade, inquit, ad populū istū. Secūdum genus a deo
est, sed per hominē, de quorum numero fuit Iosue, qui Deo
præcipiēte per Moysen missus est, alijq; plurimi, qui ele-
cti vocibus populi p meritis vitę deo volēte electi sunt,
quia volūtas populi aliquādo voluntas dei est. Tertiū ge-
nus est quod de homine tantūmodo, & non a deo, cum fa-
uore hominū aliquis eligitur, nō pro bona conuersatione,
neq; causa religionis, sed pretio subrogat in sacerdotij di-
gnitatem: de quorum numero dicit vni beatus Ambrosius
O episcopo, vere nisi centum solidos dedisses, hodie episco-
pus non esses. De istorū etiam numero erant illi de quibus
dicitur in lib. Reg. quia tēporibus Ieroboam implebāt ma-
nus suas, & fiebāt sacerdotes idolorum. Quartū genus est
quod neq; a deo, neq; per hominem, sed a semetipso fit, vt
sunt pseudo prophetæ & pseudo Apostoli, qui dicūt. Hæc
dicit dominus, cū dñs nō miserit eos. Sciendum etiam, quia
inter istos omnes sunt quidam tantæ dignitatis, vt & pro-
phetæ & Apostoli sint, vt Moyses, Ieremiās, Isaias, Ioānes
baptista de quo dicit. Ecce ego mittā angelū meū ante fa-
ciem tuā, ex quibus fuerunt Apostoli, qui pemia electorū
& mala reproborum suis prædixerūt auditoribus quidā
vero solūmodo prophetę officio fungunt [Iesu Christi].
Iesus nomē est hominis assumpti a verbo, sicut ad Mariā
angelus ait: Vocabitur nomē eius Iesus: Christus vero no-
mē est dignitatis, a chrisinate enim. i. ab vnctione dicitur
Christus. Nā sicut apud Romanos diadema & purpura re-
ges facit, ita antiquo tempore apud Iudeos vnctio chrisma-
tis reges & sacerdotes faciebat: & per illam vnctionē vi-
sibilem, inuisibile merebant accipere gratiā spiritus sancti
verbi gratia. Sicut in baptisinate modo accipiūt credentes
spiritus sancti dona. Christus vero nō est vnctus oleo visi-
bili, sed plenitudine spūs sancti repletus de quo dicit Psal.
Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ. Paulus ergo Apo. est
Iesu Christi, quia ab illo est electus, & ab illo est missus [p
voluntatē dei] subaudiis patris. Ideo autē dicit p volūtatē
dei patris, quia volūtas vna est patris & filij. Omnis salu-
tatio epistolarū istarū, potest etiam media distinctio in hoc

loco esse ubi dixit in xpo Iesu, vt quidā simpliciu dicit, & postea subinfert. Gratia vobis: sed meli⁹ & cōgruētius est, perfectā distinctionē ibi ponere. Et cū subauditiōe, Salutē dicit, ac deinde aliū versum incipere, Gratia vobis & pax quia quod dicit, omnib⁹ sctis qui sūt Ephesi, salutē optat, tertia psona est, quā requirit ois saluatio, & quod subne-
ctit. Gratia vobis, iā secūda psona est, ad quā debet⁹ cōuer-
tī postea saluationis sermo, quare aut dicit, cum omnibus sanctis & fidelibus? Quia non oēs fideles sancti sunt. Sunt enim cathecumini fideles, quia credūt in verū deū, sed quia nōdū sunt baptizati, nō sunt sancti. Ideo addidit [in xpo Iesu] quia sunt multi q̄ sunt fideles, sed nō in Christo Iesu sicut sunt serui, qui nō ideo sunt fideles dñis suis, vt gratiā Iesu xpi inueniāt, sed gratiā dñorū suorum, & quia timēt flagellari ab illis. Illis ergo Apo. optat salutē q̄ sanctificati sunt in baptisate, & fideles sunt in xpo Iesu, hoc est, fidē habēt Iesu xpi: & fidē quā habēt, bonis operibus exornāt. [Gratia vobis] subaudis sit. i. fides sal⁹, & remissio peccato-
rum, quē vobis gratis data est in baptisate [& pax] qua recōciliati sumus a deo p̄ passionē filij eius [a deo patre & dño Iesu xpo.] Quidam volunt dicere, Gratias vobis a deo patre, q̄ gratis misit nobis filiū suū, & pax a dño Iesu xpo p̄ cuius passionē pacificati sum⁹ deo & angelis, sed vtrūq; possumus referre ad vtrāq; personā, vt dicamus hoc mō: Gratia vobis & pax a deo patre, & gratia & pax a domi-
no Iesu Christo. Videtur tamē quibusdā, personā spiritus sancti p̄termisisse Apo. sed subtiliter insipientibus patebit nihilominus totius trinitatis mētione fecisse. In eo em̄ qd̄ dixit. Gratia vobis, cōprehēdit personā spiritus sancti quia gratiā, hoc est remissionē oīm peccatorū, per donum sancti spiritus accepimus: siue vbi vna persona trinitatis ponit, ibi tota trinitas intelligit: quia sicut inseparabilis est substā-
tia, diuinitatis, ita inseparabilis est virtus operationis. [Bñ dicitus deus & pater dñi nostri Iesu xpi.] hoc dupliciter pot̄ accipi: Benedictus, inquit, deus: deus creator oīm rerū, qui est pater dñi nostri Iesu Christi, & qui illū genuit añ omnia secula in natura diuinitatis. Aliter: Benedictus deus filius, qui erat in principio verbū, & qui est pater dñi nostri Iesu Christi, hoc est, hominis a se assumpti. Homo siqui

dem assumptus a verbo totius trinitatis, operatiōe forma-
tus est in vtero virginali. Et hoc attendendū, quia a laudi-
bus & bñdictionibus inchoat Apost. sicut soliti sunt agere sancti patres, & bñdixit deū, a quo oīa quē bñdici merent⁹ bñdicunt [qui bñdixit, nos in oī bñditiōe spūali in cælesti-
bus i Christo] Cū dixit, in oī bñditiōe, qd̄ necesse fuit ad-
dere spūali vel in cælestibus, vel in Christo? Quia est bene-
dictio tpalis nō in cælestibus siue i Christo, & terrena Bñ-
dictio tpalis est turba filiorū famulorū atq; acillarū, Bñdi-
ctio terrena, diuitiarū exuberātia & frugū. Quē etiā bene-
dictio vsq; ad animātia puenit, sicut legit⁹ in Genesi, quod
bñdixit oī creaturæ, dicens. Crescite & multiplicamini, &
replete terrā. Benedictio vero spūalis & eterna, est fides,
spes, charitas, cætereq; virtutes. In cælestibus vero subnexū
est quasi de cælestibus, quia omne datum optimum & om-
ne donum perfectum, desursum est. Addidit etiā quasi per
Christum, quia quicquid boni habemus, non nostris meri-
tis sed per illū & ab illo habemus. Sed questio oritur, qua-
re dixerit in omni benedictione spirituali, cū nullus homi-
num possit habere in presenti sæculo omnes benedictiōes
id est, virtutes siue omnia bona spiritus sancti vsq; quo illud
impleatur quod alibi idem Apostolus ait: Cum tradiderit
regnum deo patri, tunc erit deus omnia in omnibus. Nam
in presenti seculo dona spiritus sancti singulis diuiduntur
nō tamen omnia singulis dantur, quia alij datur per spiri-
tum sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ & c. vsq; dum sub-
iūgitur. Hęc omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diui-
dens singulis, put vult. Quæ quæstio tripliciter soluit: vel
quia qd̄ vnusquisq; in se habet, in generalitate habet, cha-
ritate fraternitatis hoc faciēte. Verbi gratia: Quia vnus ha-
bet charitatem, alius castitatē, alius abstinentiam, alius mā-
suetudinem, alius sapientiā. Vel quia in omni benedictiō-
ne quā habemus ab illo benedicimur. Vel tertio modo po-
test esse præteritum tempus pro futuro, vt sit sensus. Qui
benedicit nos post generalem resurrectionem, in omni be-
nedictiōe spirituali, sequitur. [Sicut elegit nos i ipso ante
mundi cōstitutionem, vt effemus sancti, & immaculati in
cōspectu eius in charitate.] Ex superioribus ista pendent
sic (inquit) benedixit nos, sicut elegit, hoc ē predestinavit.

& præordinauit in ipso, hoc est in Christo. Omnipotēs ergo pater ante omnem creaturā spiritālē videlicet atq; corporalē prædestinauit oēs credētes in xpo, vt ipse sit caput omnium in se credentiū, & omnes credentes sint eius mēbra, & hoc ideo, vt essem⁹ sancti & immaculati i cōspectu dei patris in charitate & dilectiōe, qua diligitur deus & proxiemus vel etiā i ea charitate, qua ipse dilexit nos, i ipsa nos prædestinauit. Qui intantū dilexit nos, vt filiū suū vnigenitum daret pro nobis, sicut etiā Ioānes dicit: Sic de⁹ dilexit mundū, vt vnigenitū filiū suū daret pro mundo, hoc autē distat inter immaculatū & sanctum, quia immaculatus est puer vel aliquis hominū, quando ab omnibus maculis peccatorū mūdatur in baptisimo, sanctus vero efficitur labore & studio, tradēdo corpus suū varijs tormētis pro Christi nomine, sicut sancti martyres fecerūt, siue mortificādo cū vitijs & cōcupiscētijs, vel ideo nos elegit, vt sancti & immaculati essemus quod nōdū eramus cū dixit, Sicut elegit nos. i. præordinauit sua dispositione, quia futurū erat vt in xpm crederem⁹, [qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christū in ipsum, secundū propositū voluntatis suę] Prædestinare est præordinare & præfinire qñ illud quod facturi sumus, longe ante præfinimus in corde quando & quomodo illud opere impleamus, Adoptio autē siue optio dicitur electio. Vnde dicimus optiuū, hoc est electū. Sic ergo deus pater præfiniuit, & statuit i voluntate & dispositiōe sua, vt nos in electionē filiorum eius recipere remur per Iesum Christum in ipsum, hoc est, vt in ipsum Iesum Christum credentes, filij dei efficeremur per gratiā, qui non eramus per naturam. Secundū propositum voluntatis suę. i. secundum quod disposuit in voluntate sua, [in laudem glorię gratię suę, in qua gratificauit nos in dilectione filij sui:] Deo dicit gloriā & gratiam. Gloria autem referenda est ad redemptionem nostram: qua nos redemit: gratia autem ad redēptionem peccatorum, quā nobis gratis dedit in baptisimo per fidē passionis suę, & per gratiā sancti spirit⁹. Elegit itaq; nos in electionem filiorū per Iesum Christum in laudē glorię & gratię suę, vt ipse laudetur & gratificetur ab omni creatura rationabili. In qua subaudis gratia, gratificauit nos, hoc est, gratis rede-

mit et dedit remissionē peccatorū: & sic postmodū gratos & acceptos nos fecit sibi, & hoc per passionem dilecti filij sui Dicit Beatus Hieronymus, quia in grāco sermone nō habetur, filio suo, sed tātūmodo absolute dilecto vt ostendat dilect⁹ esse omni creaturę rationabili. Ita autem dicitur a gratia gratificare, sicut a iustitia iustificare [i quo]. i. Christo, vel per Christū [habemus] omnes [redemptionem] siue liberationem de morte ad vitā, [per sanguinem] passionis eius [& remissionem peccatorum] in baptisinate p fidem passionis eius, sicut Ioānes dicit, Qui dilexit nos (inquiens) & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, hoc est, per passionem suam & per fidem [secundū diuitias gratię suę] subaudis, habemus nos redemptionem & remissionem peccatorum [quę] subaudis gratia [superabūdauit]. i. supercreuit [in nobis in oī sapientiā & prudentiā] Diuitię gratię eius, sunt mīa & pietas, quę intentū creuit i nobis, vt nō solū redimeret & remissionē peccatorū p spm̄ctū nobis daret, sed etiā mysteria cognitionis suę nobis reuelaret, quę in nouo & veteri testamēto cōtinetur, i oī sapiētia diuina & humana visibiliū & inuisibiliū rerū, & in omni prudentia visibiliū mortaliumq; rerum. Nā sapientia est, vt quidā dicūt, cognitio diuinarū humanarumque rerū, visibiliū & inuisibiliū mortaliū & immortalū prudentia vero visibiliū & humanarum atq; trāsitoriarū. Aliter: Sapientia est cognitio sanctę trinitatis prudētia vero visibiliū rerum, elementorūq; cognitio, vt cognoscat homo mundum a deo esse factū, qñ ei placuit, & quomodo ei visum est, vt cognoscat etiam cursum siderum, quātum humanę fragilitati pmittitur: ordinēq; temporum, & quomodo facta sunt ista, & ad quē finem tendāt [vt notū faceret nobis] deus pater [sacramentū voluntatis suę secundū beneplacitum eius quod proposuit in eo] id est, in Christo. Sacramentum est res secreta, id est, mysterium, hoc est aliquid occultum. Quod fuit istud sacramentum quod nobis manifestauit de⁹ pater? Mysterium natiuitatis Christi passionis atq; resurrectionis eius, nostręque redemptionis. Voluntas em̄ dei patris fuit, quā proposuit siue disposuit vel decreuit in Christo siue per Christum implere, vt nos per aduētum filij sui redimeremur. Hęc ergo sacramenta

volūtatis suæ nobis manifestauit de^o pater p̄ incarnationē filij sui, secūdū qđ ei beneplacuit, & secūdū qđ ipse in eo decreuit, & qñ hoc factū sit manifestauit dicēs [in dispensatione] hoc est in dispositione vel ordinatiōe plenitudinis tēporū præfinituit ipse de^o pater [instaurare oīa ī christo] siue p̄ Christū. Dicit B. Hier. quia præ nimio amore quo Apōstolus x̄pm diligebat, sæpe extraordinarie noīs eius mētione ponebat, sicut & ipse A. pōstolus de seipso dicit, im peritus fui sermone, sed nō sciētia. R. estaurare est ad instar prioris status aliquā rem quæ lapsa fuerat reuocare. R. estaurauit ergo deus pater per filiū suū oīa [quæ in cęlo & in terra sunt] quādo angelicā naturā & humanā reparauit. Quæ in cęlo sunt reparauit, quando angelorum numerum, qui quōdam imminutus fuerat ex lapsu angeli per reparationem generis humani compleuit, & eis lēgitiā red didit, quā amiserunt peccāte homine. Ea quæ in terra sunt reparauit, quando genus humanum, quod in mortē ruerat peccando, ipse sua passione redimendo, de morte reuocauit ad vitam. Aliter: Per cęlum possumus intelligere Iudeos: qui cęlestia mādāta acceperāt, per terrā vero gentiles qui solummodo terrena cogitabāt atq; quærebant, & pro deo idola colebant. R. eparauit ergo deus pater oīa quæ in cęlo & quę in terra sunt per passionem filij sui, qñ hoc qđ perijt in Iudæis in infidelitate manētibus, ex multitudine gētium venientium ad fidem cōpleuit, & hoc in dispensatione plenitudinis tēporum fecit, id est, in ætate seculi sextæ, quā deus ipse decreuerat & statuerat. De hac plenitudine tēporum dicit alibi idem Apōstolus. Postq̄ venit plenitudo tēporum. i. sexta ætas, misit deus filium suū. Et quod dicit hic pluraliter temporū, & alibi singulariter tēps, vnū idemq; est [in quo] id est in Christo siue p̄ Christū [sorte] siue electione [vocati sumus] subaudis ad vitam æternam [prædestinati] siue præordinati [secūdum propositū ei^o] id est, secūdum dispositionem dei patris, qui omnia operatus est secūdum consiliū voluntatis suæ, hoc est secūdum quod ipse vult & ordinat. Ideoq; sumus prædestinati siue præordinati ad vitā æternā: vt simus in laudē gloriæ eius, subaudis nos Iudæi qui ante sperauimus in Christo, hoc est, vt laudetur & glorificetur ipse ab hominibus

Et laudetur nō solū ex salute gētium, sed etiā ex nostra, cū fuerimus iustificati p̄ baptisimū & p̄ fidē passionis eius q̄ nō poteramus iustificari p̄ legē, quę neminē ad p̄fectū ad duxit sciēdū quia ipse nostra laude nō eget, sed nos egemus vt illū laudādo, pueniam^o ad gratiā illius, Verbi gratia si cut sol nō eget nostro aspectū, vt nos claritatē eius videamus & splēdorē, sic nos indigemus illius calore & illuminationē, vt ab illo illuminemur & calcamus. [In quo.] .i. in Christo siue p̄ Christū [& vos] subaudis Ephesij [cū audistis verbū veritatis] hoc est, euāgeliū [salutis vestrę] subaudis, recepistis fidē eius [in quo] .i. in Christo [credētes signati.] .i. sigillati vel assignati [estis spiritu p̄missiōis sancto] .i. per spiritū sanctū, qui promissus est a domino Apō. & p̄ quē nos habemus promissionē vitę in baptisimo. Assignati ergo sum^o a deo per spiritū sanctū, quē percepim^o in baptisimo quia signaculū similitudinis dei, quod perdidimus peccāte primo partē nostro, illud recepimus in baptisimo, hoc est, innocētiā & sanctitatem anime: in qua homo factus est ad imaginē & similitudinē dei. Nō em̄ ī corpore fuit illa similitudo & imago, sed in anima. Habemus siquidē innocētiā animæ receptā, purgati ab omni labe peccati, & immortalitatem in corpore iam tenemus in spe [qui] subaudis spiritus sanctus [est pignus hereditatis nostrę in redemptionē acquisitionis] Dicit Beatus Hieronymus in explanatione huius epistolę, quia melius est dicere qui est arra hereditatis nostrę quam pignus: quia ita habetur in græco. Interpres enim qui hęc epistolā transtulit de græco sermone in latinum, nō intelligens proprietatē verbī, pro arra transtulit pignus, Aliud siquidē est pignus, aliud arra. pignus est vadiū siue vadimonium, quod iō dā vt recipiat, & solēt hoc dare homines, quorū pecora inueniuntur in aliorū segetibus, aut vineis, aut cui aliquod damnum cōmittūt: Arra autē est quā solēt negociatores dare illis a quibus aliquid emūt, quę ideo datur nō vt recipiat sed vt quod deest precio cōpleatur. Vnde dicitur arra a re cōplenda, pro qua datur. Ipse ergo spiritus sanctus credentibus est arra, quia ab illo operationem miraculorum accipiunt, aliāq; virtutes, spem videlicet, fidem & charitatē. interpretatiōnē sermonum ceteraq; huiusmodi. Et si in præ

fenti tātā gloriā habeamus ab illo, cū adhuc arrā teneam⁹, nō aliud quod putādū est quātē dignitatis erimus, cū nobis in ęterna fœlicitate cōplebī quod mō deest, in qua sine fine pñtia dei fruituri sumus, Et notādū q̄a in redēptiōnē acq̄sitiōis nostrę, & laudē glorię christi habem⁹ nos arā spūssancti, q̄a p̄ illū acquirimur deo, redēpti sāguine ipsius. i. christi, & baptizati in fide eius, vt ipse de⁹ oipotēs laudēt & glorificēt. [p̄pterea] subaudis q̄a vos arrā spūssancti habetis, acq̄siti estis deo [& ego audiēs fidē vestrā, quę ī dño Iesu], .i. quā habetis ī fide & dilectiōe [christi] quā habetis [in oēs sanctos] hoc est in oēs sc̄tificatos ī baptismate [nō cesso gratias agere p̄ vobis] subaudis deo [memoriam faciens vestri in oratiōibus] meis, primū pro me, deinde pro vobis [vt deus dñi nostri Iesu christi], .i. deus pater qui est deus, assumpto homīe a verbo [& pater glorię], .i. pater verbi [det vobis spiritum sapientię & reuelationis] siue manifestationis [in agnitionem eius] hoc est, ī cognitiōnē dei patris. Quare dixit, nō cesso p̄ vobis gratias referre deo? Nūquid semper poterat insistere laudibus & oratiōibus? Nō, sed p̄pter maximā affiduitatē dixit talia. Ideo autē diximus deū patrē, deū esse hoīs assūpti a verbo in veritate ita habēt, sicut ipse ex parte humanitatis loquitur in passione, Deus deus meus, quare me dereliquisti & resurgēs a mortuis, dixit Marię. Ascendo ad patrē meū & patrē vestrum, deū meum & deū vestrū. Pater autē glorię est. i. pater verbi; quia ipse filius gloria appellat̄ dicēte patre ad eum: Exurge gloria mea exurge psalterium i. chorus omnīū virtutū. Per illum enim glorificatus est deus pater [illuminatos oculos cordis vestri] subaudis & det vobis [vt sciatis quę sit spes vocationis] a subsequentibus in sanctis, hoc est, vt habeatis spem percipiendi vitam ęternā. Sequitur [& omnia sub pedibus eius subiecit] Quę omnia? scilicet genera hominū, & omnia quę in terra sunt & in cęlo continentur. Quęstio oritur in hoc loco cū psalmista dicat, omnia subiecta esse potestati filij dei, sicut & ī hoc loco dicitur, quare Apostolus in epistola ad Hebręos dicat, nec dū videmus subiecta omnia ei? Quę quęstio hoc modo soluit̄ quia duę sunt subiectiōes, volūtaria siue spōtanea, & coactiua siue potestatiua. De volūtaria igitur sub

iectiōne dicit Apostolus ad Heb. necdum esse subiecta omnia ei, per fidem & voluntatem. quia necdum omnes gentes crediderunt in eum. De coactiua vero siue potestatiua subiectiōne dicit Psalmista, omnia subiecta esse ei, quia per potentia velint nolint Iudęi atq; pagani & dæmones subiecti sunt ei: quia dæmones per inuocationem nominis ei⁹ fugātur ab obsessis corporibus, & pagani illo permittēte aliorū regna & terras inuadūt. [& ipsum], .i. Christū [deus pater [caput] hoc est p̄cipē [super oēm ecclesiā] quę est corpus ipsi⁹] subaudis quę cōstat ex angelis & hominibus iustis, x̄ps ergo caput siue princeps est ecclesię quia sicut a capite reguntur membra, & a spiritu viuificatur corpus, ita & a x̄po regunt̄ omnes electi & viuificānt̄ & sicut corpus cōstat ex ossibus & carnalibus & fortib⁹ atq; infirmis membris, & tñ omnia a spiritu viuificantur ita ecclesiā cōtinet in se fortes in fide & in bono opere. peccatores quoq; qui sunt īfirmi in fide & in virtutib⁹: quos tamē omnes viuificauit Christus, qui est caput illorū, dum eos ad fidem vocat [& plenitudo in omni bus adimplet] Subauditiōes homini hic sunt necessarię. Quę ecclesiā quę est corpus christi, plenitudo eius, subaudis est, id est, plenitudo corporis christi, quę per omnia genera hominum in omnibus gentibus hominum adimpletur, hoc est augetur. Dum enim quotidie ex singulis gētib⁹ ad fidem christi per baptismum concurrūt, quotidie corpus illi⁹ augetur. Verbi gratia: sicut de quolibet rege dicitur, quia dum ad eum exercitus & populi diuersarum gentium confluunt, augetur. CAP. II.

T vos] subaudis Ephesij [cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquādo ambulastis secūdum seculum mūdi hui⁹], .i. secundum desideria amatorum huius mūdi [secūdum p̄cipē potestatis aeris huius] hoc est volūtatem diaboli: quia in caligine huius aeris seruatur cruciādus [spirit⁹], .i. diabolus quē superius appellauit p̄cipē [qui nūc operat̄ in filiis diffidētię], .i. qui suā voluntatē operat̄ in filiis diffidētię, hoc est in paganis & hæreticis atq; Iudæis, qui fidem rectā & p̄fectā nō habēt. Hoc distat inter delictū & p̄ctm̄: quia delictū p̄petramus, qñ ea omittimus, quę nobis a deo p̄cipiūt

impleret vt est illud: Diliges pximū tuū sicut teipm. Qñ illū nō diligimus, & nō honoram⁹ parētes, tūc delinqmus Vnde dicit delictū, quasi derelictū, Peccatū vero est, quando illud perficit, a quo deus præcepit obseruari, verbi gratia, sicut ē: Nō occides, nō adulterabis. &c. Aliter, Delictū est in cogitatione: peccatū in operatione. Iudæi ergo & gētiles mortui erāt delictis & pctis, quia aīa quæ peccauerit ipsa morietur, nō per substātiā, sed peccato propter quod recedit a deo qui est vita aīæ. Nā sicut mori corpus recedēte aīa, ita mori anima recedēte deo. Quod aut dicit [in quibus] subaudis delictis & peccatis, aliquādo ambulastis hādīdī causa hoc dixit, & tale est, quale & illud. Fuisistis aliquādo tenebræ, nunc autē lux in dño. Sequitur. [in quibus] subaudis delictis & peccatis, [& nos oēs] subaudis Iu dēi aliqñ cōuersati sumus [in desiderijs carnis nostrę]. i. in carnalibus cōcupiscētijs & terrenis voluptatibus [faciētes voluntatē carnis & cogitationū] hoc est, quod cogitabamus corde implebamus opere, adulteriū videlicet: fornicationē furtū &c. [& eramus natura filij irę] filijq; vindi ctę [sicut & ceteri] subaudis homīes, Nō debemus putare quod natura humana a deo mala sit creata & cōdita quia bona, sancta, & immortalis facta est, sed vitio suo corrupta, & deprauata est. Ad imaginem & similitudinem dei factus est homo in anima, nō in corpore, sed peccando perdidit imaginē quā habebat in sanctitate & in innocentia & similitudinē quam habebat in immortalitate. Ipse autē homo non genuit filium ad illam similitudinem, quia ipse factus est, sed ad imaginem & similitudinem suam quam ipse iam habebat, hoc est peccatorem & mortalem sicut ipse erat. Dum ergo peccatores & mortales nati sumus ex primis parentibus nostris, qui similes nobis iam erant effecti, quasi natura siue naturaliter eramus filij vindi ctę, quia propter præuaricationē mandatorum dei, qua præuaricati sumus in parentibus nostris, vindi ctam merebamur accipere. [Deus autem qui diues est] hoc est abundans & multiplex, nō solū potentia & virtute, sed [in misericordia propter nimiam] siue maximā [charitatē] & dilectionē suā qua nos dilexit, cum essemus mortui peccatis [eo mō quo superius dixim⁹ cōmunicauit]. i. simul viuifi-

cauit [nos Christo] i baptisinate p fidē passiois filij sui: vt sicut ille resurgēs a mortuis, iā nō mori. sic nos a pctō resurgētes viam⁹ virtutib⁹ [cur⁹] subaudis Christi [gratia saluati estis] o Ephesii nō vestris meritis [et cōresuscitauit & cōsedere fecit in caelestib⁹ i Christo] .i. per Iesū Christū Hoc dupliciter potest intelligi. Cōresuscitauit. i. simul resuscitauit cū Christo in baptismo, (qñ verbi gratia) descendimus in fontē, & mortui sumus pctō ibi, sicut Christus mortuus est in cruce, & depositus est in sepulchrū, & nos resurreximus de morte ad vitā, de immunditiā ad innocentiam pcedentes de fonte purificati & mundati ab oībus pctis sicut Christus resurrexit de sepulchro, & cōsedemus iam in caelestibus per fidē & spem, iuxta quod pmisit apostolis, dicens: Vos inquit sedebitis super sedes duodecim. Nam qñ Apostolus ista loquebatur, in carcere erat posit⁹ & tñ cū fiducia talia dicebat: possumus & aliter intelligere, accipientes præteritū tēpus pro futuro, hoc modo. Cōresuscitauit nos deus pater p potētā verbi sui, in die iudicij, & cōsedere faciet in caelestibus per Christū Iesum. Ineffabilis est ista dilectio, quia de⁹ pater nō solū p iustus, sed etiā pro pctōribus, & qñ maius est pro rebellibus dignat⁹ est mittere filiū suum, [vt ostēderet] pro eo quod est vt ostendat [in seculis superueniētibus abundātes diuitias gratiæ suæ super nos] qui in eū credimus [in bonitate] siue in pietate [in Christo Iesu] hoc est p Christū. Secula dicuntur eo q̄ sequantur & in se reuoluatur. Ideo autem dicit, in seculis superuenientibus siue futuris, q̄ multa secula & multa tēpora erūt post diē iudicij atq; innumerabilia, licet cōtinua ta sit dies, Nō enī sol occasum patietur, iuxta illd, Nō occidet tibi vltra sol tuus. Istæ sunt ergo diuitiæ quas ostēdet sup nos, quas oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, hoc est, gaudia æternæ vitæ sine fine mansura, quæ tunc ostendentur nobis per Christum in seculis venturis, quia in præsentī seculo nō possunt videri. [Gratia enī] subaudis dei [saluati estis] de morte ad vitā [per fidem] in baptisinate, nō vestris meritis [et hoc] subaudis quod saluati estis & fidē habetis, [nō est ex vobis.] Dei enim donum est, vt salui sitis & fidem habeatis. Vnde dñs dicit: Hoc est opus dei, vt credatis in eum. Si opus dei

est, nō est ex nobis. A nobis siquidem neq; fidem, neq; salutem habemus, neq; aliquid boni: quia deus operas in nobis & velle & perficere. Quia solent pleriq; dicere, ppter bona opera mea veni ad fidē ideo subiungit apostolus [non ex operib⁹] subaudis accepistis fidē [vt ne quis gloriē] sed per gratiā dei. Prius pcedit fides, deinde subsequit^r operatio. Solent etiā illi qui ex operibus suis gloriantur, Cornelii centurionē in exemplū trahere, dicētes: quia propter bona opera quę habebat, meruit accipere fidē instructus a Petro. Quibus rñdendum est, quod Cornelius cēturio erat Iudæorū: hñs cognitionem & notitiā vnus dei: a quo sperabat ipse & credebatur p suis bonis operib⁹ se esse remunerādum: & quia aliquid fidēi habebat iam perceptum quā exornabat bonis operibus, meruit institui a Petro, de cognitionē totius trinitatis, & baptizari baptismi sacramēto, sine quo nemo pōt mūdari a peccatis [Ipsius em̄ sum⁹ factura] hoc est, ipso christo adiuuante effecti sum⁹ boni & facti innocētes [creati] siue renouati ī bonis opib⁹ [ī Christo Iesu] .i. p Christū Iesum, siue per fidē Christi Iesu, quę subaudis bona opera [præparauit de⁹ vt ī illis ābulē⁹] p̄ficiendo de virtute ī virtutē. Nō de illa factura loquit^r hic, quā in principio facti sum⁹ vt essem⁹, sed de illa quā cū malī essemus, boni effecti sum⁹ ipso operāte [Propter qđ] subaudis quia renouati estis in bonis opib⁹ [memores esto te] siue memētote [qā aliqñ] .i. atēq; ad fidē veniretis vos [gentes eratis in carne] .i. in carnali cōuersatione, [qui dicebamini præputiū ab ea] subaudis gente [quę dicit^r] a vobis [circūcisio manu facta in carne] Iudæi propter circūcisionē a gentibus appellabānt circūcisio: & gentes quia incircūcisi erāt, a Iudæis appellabātur præputiū, qui sunt pctōres & alieni a deo. Bñ autē & circūcisio dicitur esse & manufacta, quia in vno solūmodo corporis membro illa circūcisio fiebat manuum operatione: nostra vero circūcisio nō fit in expoliatiōe vnus mēbri solūmodo, sed ī toto corpore & in oibus corporis sensibus, qm̄ circūcidimus vitia in nobis & delectatiōes carnis & cōcupiscētiās prauas, expoliantes nos ab omnibus peccatis delectatiōnū atq; operationū. Sequitur. [qui eratis illo tempore] antequam crederetis, [sine Christo] hoc est, sine fide Christi,

vel sine p̄missione de Christo [alienati a cōuersatione Israel] .i. extranei & alieni a cōuersatione Iudæorū, quia nō seruabatis circūcisionē, neq; sabbatum, neq; sacrificia legalia offerrebatis [& hospites testamentorū] subaudis eratis Hospes dicitur quasi ostij pes, eo quod quādo suscipiebatur in domum: ponebat dominus dom⁹ & qui suscipiebat pedem super ostiū: & datis dextris, iurabat quod pacificus esset eius ingressus, Gentiles ergo trāsēntes ad Iudaismū, quanuis circūciderentur, & legalia offerret sacrificia, tñ non ideo reputabantur vt ciues, sed profelyti appellabānt & aduenę & quasi hospites habebatur, ideoq; dicit Apostolus quia hospites & aduenę & profelyti erant testamentorum dei [non habētes spē p̄missiōis] vitę eternę, vel illi⁹ p̄missionis quę facta est ad Abrahā quod in semine eius, i. in xp̄o benedicendę essent oēs gētes. Quāuis enim illa p̄missio facta esset de eis, tamē illi nō habebāt spē quod posset peruenire ad societātē Iudæorū, quia nō habebāt legē & prophetas, in quibus ipsa p̄missio continebat^r [& sine] verō [de] subaudis eratis, nō habētes cognitionē ei⁹, qā ij quos colebāt nō erāt dii, sed dæmones & opera manū hominū. [Nūc autē in xp̄o Iesu] .i. p Christū Iesum, siue ī fide Iesu xp̄i [vos] gentiles [qui eratis aliqñ longe], subaudis a deo nō loco, sed merito [facti estis ppe in sanguine Christi] hoc est, in fide passionis Christi, [ipse em̄] Christi⁹ [est pax] .i. recōciliatio [nostra] quia nos recōciliauit deo per sanguinē passiōis suę. Et [qā vtraq;] subaudis genera hominum, Iudæorum scilicet ac gentiū [fecit vñ] subaudis ouile, & vnum corpus in vnitāte ecclesię & fidei, sicut ipse se promisit in euangelio. Et fiet, inquiens, vnum ouile & vnus pastor [& soluens] .i. destruēs & euacuās [in carne sua] .i. in passione sua, [medium parietem macerię] hoc est inimicitias, subaudis quę erant inter duos populos: [legē mādatorum ī decretis euacuās] .i. in præceptis & statutis euangelij euacuās legem [vt duos] subaudis populos [cōdat] siue perficiat vel ædificet [in semetipso] .i. in vnitāte fidei suę. Mediū parietem appellat in hoc loco legalia præcepta, circūcisionē, s̄obseruationem sabbatorum, festiuitatem neomeniarum & sacrificiorū, quę diuidebāt duos populos, Iudæos & gentiles, veluti paries diuidit ac separat

duos homines, siue duas res. Et quod dixit parietem, hoc ex-
posuit, cum dixit inimicitias & legem mandatorum, quod pro-
pter legem & obseruantiam eius erant inimicitia & conten-
tiones inter duos populos: quoniam Iudaei deputabant gentiles
quasi immundos. Sed illum parietem siue inimicitiam vel
legem mandatorum destruxit ipse in passione sua quando
pro omnibus immolatus est, sic vocans gentiles ad fidem
& redimens veluti Iudeos, & insuper in decretis euangelii
euacuauit legem in mysteriis: quia non praecipit neque iu-
dicio neque gentili offerre sacrificium & circumcidi, postquam ipse
passus est, qui praefigurabatur in illis sacrificijs. [in vnum
nouum hominem] .i. in seipso faciens pacem. Quod factus est
ipse nouus homo? In hoc quod homo factus est, natus ex
virgine, sine semine virili, et conuersatus est in mundo sine
peccato, quod nemo nec antea nec postea fecit [vt recocci-
liaret deo] patri [ambos] populos [per crucem] hoc est per
passionem crucis suae [in vno corpore] id est, in vna eccle-
sia, in vna fide, in vna societate vel in vno corpore, vt om-
nes ex Iudaeis & gentibus credentes, vnum corpus eius sunt
[interficiens] & destruens vel euacuans, [inimicitiam in
semetipso.] Quam inimicitiam destruxit? Illam quae erat
inter Iudaeos & gentiles propter circumcisionem & sacri-
ficia legalia, tunc in semetipso euacuauit, quando passio-
nem sustinendo, quae erant in mysterijs, impleuit in verita-
te, & post non praecipit offerri vel obseruari. [et veniens]
in mundum per incarnationis mysterium [euangelizauit]
per angelos, per se & apostolos [pacem vobis] gentibus
[qui longe fuistis] a deo, non loco, sed merito. [et pacem
his] id est, Iudaeis qui erant prope per cognitionem eius
quam habebant [quonia per ipsum] Christum [habemus]
nos [ambo] populi [accessum ad patrem in vno spiritu,]
subaudis confidentes. Vel renati per Christum accedimus
ad deum patrem, quia ipse est mediator, per quod homo &
deus est, & per illum nostras preces ad deum patrem di-
rigimus & per illum introducimur in conspectu illius, sicut
ille dixit: Nemo venit ad patrem nisi per me. Fratres [iam
non estis hospites & aduenae,] vel profelyti, vel alieni a
a consortio Iudaeorum vos gentiles, sicut quondam fui-
stis eo modo quo superius paululum diximus, [sed estis

ciues sanctorum] patriarcharum, prophetarum aliorumque
iustorum. [et domestici dei] Ciues dicuntur ab vna ciuita-
te & communiōe, domestici a domo, quia in vna domo con-
uersant. Ergo gentiles socij sunt & ciues sanctorum, & do-
mestici dei, quia ad vnam ciuitatem caelestem Hierusalem per-
uenire contendunt & in vna domo quae est ecclesia dei, con-
stantur [super aedificati super fundamentum Apostolorum &
prophetarum.] Fundamentum Apostolorum & prophetarum omniumque
fidelium Christus est: quia in fide illius sunt fundati & stabili-
tati, sicut ipse dixit: super hanc petram. i. super me aedificabo eccle-
siam meam quae consistat ex angelis & hominibus iustis. [Ois enim
qui fidem Christi habet, super Christum est fundatus] ipso sum-
mo angulari lapide Christo Iesu. Quod est Christus & fun-
damentum & summus lapis? Per hoc quod ab illo incipitur
fides, & in ipso, & ab illo perficitur atque completur ipsa fides
ideoque omnes electi in ipso sunt fundati. Ipse enim dixit pro eo
quod est in ipso, Angularis etiam dicitur, quia sicut angularis
lapis duos parietes iungit, ita Christus duos populos in vni-
tate fidei suae coniungendo continet. [In quo] Christo [omnis
aedificatio] ecclesiae [constructa] & aedificata [creuit in templo
sancto in domino.] In quo Christo, quia quotidie ex omni-
bus gentibus ad fidem Christi veniunt, fides creuit in ipsa ec-
clesia, quae est templum Christi, sicut alibi dicitur: Templum
dei sanctum est, quod estis vos. Licet enim omnipotens deus
per diuinitatis potentiam ubique sit, tamen aliter habitat in ele-
ctis, atque aliter in reprobis. [In quo] Christo. i. in cuius fide
[et vos coaedificamini in habitaculum dei] vt sitis templum
dei viuui crescendo de virtute in virtutem, & hoc agite. [In
spiritu sancto]. i. per gratiam spiritus sancti. Caput II L.
uius rei gratia]. i. propterea quia vos estis ciues sancto-
rum & super Christum estis fundati. [ego Paulus vincit
super Christum Iesu pro vobis gentibus,] vincit super dicit ca-
tenis & astrictus pro fide Christi & pro vobis gentibus, quibus
praedico verbum salutis: vel, vincit super dicit, quia
vobis gentibus teneor in carcere: & est sensus. Si voluissem
permanere in Iudaismo, & a praedicatione nominis Christi
quiescere, possem esse diues, & magister synagogarum ap-
pellari. Sed quia Christum praedico vobis, nunc astrictus te-
neor in egestate positus [si tamen audistis dispensationem]

Mat. 46.

1. Cor. 3.

siue administrationē [gratię dei quę data ē mihi i vobis] .i. in vestrā vtilitatē. Si tamē isto in loco potius est affirmatiua coniunctio quā dubitatiua, & nihil aliud est nisi dicere. Certe audistis officiū p̄dicationis meę, quod datum est mihi per gratiā dei ad vestrā vtilitatē [qm̄ scđm reuelationē dei notū mihi factū est sacramētū] siue mysteriū. [sicut supra] in hac epi. [scripsivobis i breui. put potestis intelligere prudentiā meā in mysterio Christi legētes] dicta mea. Idcirco hęc epistola omnibus epistolis pene difficilior habet, quia obtinet i se magna & occulta mysteria, breuiq; sermone cōpressa. De quo sacramento siue mysterio dicat, quod ei p̄ reuelationē dei manifestatū est paulo in sequentibus pandit, hoc est quod gentes in societate Iudæorum essent veturę sine aliqua differētia. Vnde & sequitur [quod] subaudis sacramētū siue mysteriū [mihi reuelatū est.] Nūquid nō reuelatū est patriarchis & prophetis, vtiq;. illis em̄ solū modo est reuelatū in spiritu, hoc est per spiritū sanctū, qui filii dei erāt per adoptionē, sicut & Paulus, nō illis qui filii & amatores huius mundi erāt, Aliter: Alijs generationibus filijs hoīm. i. patriarchis & prophetis atq; alijs hominib⁹, nō est ad liquidū ita manifestatū mysteriū fidei gentiū, sicut Apostolis & prophetis noui testamēti, vt fuit Agabus, quorū p̄dicatione ad fidē venerunt. Quod potest p̄bari ex hoc quod dñs ait Apostolis Multi reges & prophete voluerūt videre quę vos videtis & nō viderūt. Maioris enim sapientię fuerūt Apostoli q̄ patriarchę, quia quod illi viderunt a lōge in spiritu viderūt isti & mente & oculis corporeis. Siquidē Iudæi nullo modo poterāt credere gentes vaturas esse in societate suā sed dicebāt illis qui profelyti fiebant, vitā æternā quidem percipietis: sed nō tantę dignitatis eritis in gloria quātā nos. Quid ergo manifestatū est Apostolis. [esse gentes coheredes] Iudæis in patria cęlesti, in gloria æterna [& cō corporales] id est, simul corpus Christi esse, vel in vno corpore ecclesię sociari. [& participes promissionis eius in Christo]. i. confortes esse promissionis dei patris, quod in semine Abrahę benedicerent omnes gentes. [Mihi omnium sanctorum minimo data est; gratia hęc euangelizare] siue p̄dicare [in gentibus inuestigabiles diu

tis Christi, & illuminare omnes] Quare dicit modo. Mihi minimo omnium Apostolorum data est gratia cū alibi dicat plus omnibus laboraui? vtrumq; verum est: & vnum referendū est ad laborem, quod dicit: Plus omnibus laboraui, aliud ad tempus vocatiōis suę. Plus enim omnibus Apostolis laboraui: quia cū ceteri in locis sibi distributis p̄dicarēt, ille nō solū Iudæis p̄dicauit, sed etiā oib⁹ gētibus quibus cōstitutus est magister & p̄dicator. Minimo autē quod dicit, tale est, ac si diceret, nouissimo & vltimo. Nouissimus enim Apostolorū ipse vocatus est ad gratiā euangelij, quia illi ante passionē a dño, hic vero post eius ascensionē, de celo vocatus est. Euangelizare: est bona annuntiare quia euāgelium est bonum nūtiū. Euangelizat ergo, nō solū qui euāgelij p̄dicat Christi ore prolatum, sed qui bona annūtiat, & gaudia patrię cęlestis promittit, quę in lege & prophetis & psalmis dictisq; sanctorū patrum cōtinent. Quę sūt istę diuitię Christi inuestigabiles: ad quas missus est Apostolus euāgelizare in gētibus? Nimirū illę de quibus idem Apostolus alibi dicit: Quę oculus nō vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, quę p̄parauit deus diligentibus se, hoc est, gaudia patrię cęlestis, vitę sine fine mansura. Quod ergo hoc loco dicit diuitias in subsequentibus appellauit sacramētū: id eoq; per diuitias nō incongrue mysteria incarnationis & passionis Christi possumus intelligere redemptionē generis humani & fidē gentium, & quod nulla distantia est inter Iudęos & gentes in gratia dei, quę omnia sacramētū recte appellatur, quia ante Christi aduentū occulta & secreta fuerūt. Sed si inuestigabiles sunt ipse diuitię, quomodo Apo. missus est eas euangelizare? Nam inuestigabilis res est, quę non potest inuestigari, & cōprehendi. Quę dupliciter potest solui: inuestigabiles siquidem ante domini aduentum fuerūt quia nullus eas potuit ad liquidū cognoscere sed quę erāt ante inuestigabiles, domino veniente, vestigabiles & cōprehensibiles factę sunt, Aliter: in sua natura inuestigabiles sunt, per gratiam autem & reuelationē sancti spiritus hominib⁹ fidelibus vestigabiles sunt, verbi gratia: statua quam non potuit Nabuchodonosor intelligere quid p̄figuraret, per reuelationē sancti spiritus Danieli vestiga-



bilis & comprehensibilis fuit qui interpretatur eius extitit. Data est etiam gratia Apostolo illuminare per fidem omnes qui voluissent credere, quia sicut ille qui infidelis & incredulus est, in tenebris moratur, ita qui fidelis & credulus existit in luce quiescit, & non solum illuminare, sed & euangelizare [quæ sit dispensatio]. i. distributio vel ministratio [sacramenti absconditi a deo qui omnia creauit.] Idem modo appellat sacramentum quod superius diuitias, mysterium in carnationis filij dei, fide & salutem gentium, & gaudia vite æternæ [quod a seculis] siue ab initio [absconditum] fuit in deo [vero] [qui creauit omnia.] Notandum quia non dicit deo fuit absconditum, sed in deo usquequo ipse per semetipsum manifestare dignatus est. Unde appellatur sacramentum, quod est res secreta & occulta, antequam in publicum deducatur [ut innotescat] hoc est, manifesta & nota fiat [multiformis sapientia dei, & principibus & potestatibus in cælestibus] per ecclesiam.] Multiformis sapientia dei dicitur, quasi multiplex & multas species & formas habens. Videamus quomodo multiformis sit. Filius dei natus est de virgine sine virili semine vagiebat in præsepio ut infans, sed ab Angelis glorificabatur ut deus in cælo, ab Herode quærebat interfici ut homo, sed a magis stella ducente querebatur adorari ut deus, mortuus est ut homo, resurrexit per potentiam dei tatis. Resurgens a mortuis apparuit discipulis in habitu hominis, sed spiritum sanctum dedit eis ut deus. Ecce qualiter multiformis est sapientia dei, ut ergo ista multiplex sapientia dei manifestaretur principibus & potestatibus in cælestibus quas b. Hieronymus angelicas virtutes vult intelligi in cælo residentes, filius dei veniens in mundum reuelauit eam Apostolis suis. Et per ecclesiam, hoc est, in ecclesia prædicantibus Apostolis manifestauit angelicis virtutibus. Dicit namque beatus Hieronymus, quod quedam angelicæ dignitates erant, quæ mysteria superius memorata ad purum non intellexerunt, donec completa est passio Christi & Apostolicis prædicantibus per omnes gentes cepissent [prædicatione] sua gentiles trahere ad fidem: Quod probari potest ex hoc quod angeli admirando dixerunt illo ascendente ad cælos propria virtute. Quis est iste qui venit de Edom, hoc est, de crueto & sanguinolento mundo. Et in Psal. Quis est iste rex gloriæ

illis enim qui maioris dignitatis sunt & per quorum ministerium illa mandata sunt, cognita fuerunt utpote consiliarijs, & nutritijs, illis vero qui minoris dignitatis sunt, potest esse ut ex parte incognita essent & hoc manifestat [secundum præfinitionem] vel præordinationem siue prædestinationem [seculorum] quod vnum est [quam] præfinitionem [fecit] siue impleuit [in Christo Iesu]. i. per Christum Iesum. Sicut ergo deus pater præordinauit ante omnia sæcula, sic cõpleuit & manifestauit multiformem sapientiam suam per Christum. [Propter quod] subaudis, quia fidem in xpo habetis & accessum ad deum patrem per ipsum, [obsecro] vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis] id est ne recedatis a fide Christi, dum me videtis tribulari pro vobis, quæ tribulatio est gloria vestra. Cõuenientius diceret quæ tribulationes sunt gloria vestra. Pro illis ergo Apostolus tribulabatur, quia dum illis prædicabatur verbum, cõprehendebatur a persecutoribus. Sed eius tribulatio gloria illorum erat, qui confortabantur in fide, & per passionem suam acquirebant gloriam æternam. [Huius rei gratia]. i. propterea ne vos recedatis a fide Christi [fleto] ego genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, [sicut] sunt exteriores oculi corporis & exteriora genua, ceteraque membra ita etiam dicuntur esse & interiora. Unde hic Apostolus non loquitur de exterioribus genibus, Per genua ergo debemus intelligere tantummodo submissum & humilitatum sensum mentis. Fleto, inquit, genua mea id est submitto & humilio sensum cordis mei, orando deum pro vobis. Quod sequitur, ad patrem domini nostri Iesu Christi, in graeco sermone non habetur, nisi tantummodo ad patrem, ut intelligatur absolute creator esse omnium rerum. Quod vero in latinis codicibus additum est, domini nostri Iesu Christi, bene cõuenit, quia illi est proprie & naturaliter pater, nobis adoptiuus. Sequitur [ex quo] deo patre [omnis paternitas in cælo & in terra notatur] sicut in presenti seculo habemus quos appellamus patres, & sunt a quibus appellamur patres, ita et in illo collegio sanctorum spirituum sunt qui alios diligunt archægeos vocare patres, sicut platos, verbi gratia. Angeli diligunt archægeos appellare patres, sic de ceteris virtutibus intelligendum ideo dixit, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur

natur quia & angelii in cælo & homines in terra ab illo ex ordium sumpserunt & ab illo qui est pater omnium rerum acceperunt ut patres aliorum vocarentur [ut det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum sanctum eius in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris] Idcirco, inquit, ego flecto genua mea ad patrem domini nostri, ut ipse det vobis virtutem secundum largitatem gloriæ suæ, ut sitis corroborati in fide & possit Christus habitare per fidem in interiori homine, hoc est in cordibus vestris, Licet enim omnipotens deus per potentiam diuinitatis suæ ubique sit, tamen in illis specialiter dicit habitare qui fidem eius habent [in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere in vobismetipsis cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum.] Ex superioribus ista pendunt, ideo etiam submitto se sus cordis mei ad deum, ut sitis in charitate radicati, sicut arbor plantata, radicitus firmatur in terra ut habeat humorem, & a vento facile non eradicetur, & non solum radicari, sed & fundari in ipsa charitate, quasi super solidissimam petram, ut possitis intelligere quæ sit latitudo charitatis. Latitudo charitatis est qua diligitur deus, & non solum amicus sed etiam inimicus, De quo mandato dicit Psalmista. Latum mandatum tuum nimis, Longitudo charitatis est perseverantia in bonis operibus. Longanimitas etiam siue longitudo charitatis est ab initio fidei usque ad finem spei, usque dum perueniamus ad illud, ut quod modo tenemus in spe, tunc possideamus in re patietes pro dei amore aduersa seculi huius tolerantes, Sublimitas siue altitudo charitatis est, ut pro omnibus nostris bonis operibus tam pro latitudine charitatis quam patientia longanimitate, perseverantia in bonis operibus sublimitate patrie cælestis queramus, sperantes nos a deo remunerandos, Profundum autem siue occultum charitatis est, ut omnia bona quæ habemus de alto dei dono & inspiratione nobis venire credamus, Hæc autem omnia in cruce vel in charitate Christi possumus comprehendere [Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi] Det vobis etiam intelligere charitatem Christi supereminentem scientiam humanam, hoc est det vobis scientiam quatenus possitis intelligere quanta sit charitas Christi qui pro vobis mortuus est, quæ charitas transcendit, & exce-

Psal. 110.

dit omnem scientiam humanam, sed etiam diuinam quam hominibus largitur, Et quomodo possimus illam scire si supereminens est scientia quæ omnibus tribuitur? Hoc debemus scire, quia ignoramus illam, quis enim hominum mortaliu[m] valet comprehendere quanta charitas fuit in deo patre, qui pro nobis unicum filium non solum incarnari: sed etiam mori permisit? Sequitur [ut impleamini in omnem plenitudinē dei] Idcirco inquit exoro scire vos charitate[m] Christi, ut impleamini virtutibus, & mereamini annumerari numero fidelium ex quibus quotidie corpus Christi impletur. Plenitudo enim corporis Christi est ecclesia, quæ quotidie ex omnibus gentibus impletur [Ei autem qui potes est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus] secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum amen. [Ei autem, i.] deo patri [qui potest omnia facere quæ vobis sunt necessaria quæ petimus], i. qui potest omnia nobis tribuere plus quam petere sciamus, & petere præsumamus & hoc [secundum virtutem] diuinitatis potentiam suam, [quæ] virtus diuinitatis [operatur in nobis] miracula, fidem, virtutes, & doctrinam, [sit gloria in ecclesia & in Christo Iesu.] In ecclesia est gloria dei patris, quia multitudo fidelium glorificat & laudat deum patrem in omnibus quæ agit. Per illam etiam glorificatur: iuxta quod dominus dicit, Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, in Christo quoque Iesu in gloria dei patris: quia omnia quæ ipse filius operatur est, ad laudem & gloriam eius retulit dicens, Pater in me manens ipse facit opera. [In omnes generationes sit deo patri gloria], i. in presentes & futuras: vel in generationes gentium, & generationes Iudæorum in omnia futura secula amen. CAPVT IIII.

Bsecro itaque vos ego vincitus in domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis] Obsecro, i. deprecor vos ego vincitus in domino, ut digne ambuletis et sancte viuatis illa vocatione qua vocati estis in baptismate. Estis vocati ut sancti effectis et immaculati, sancte & immaculate conuersamini ambulantes de virtute in virtute. Quod autem dicit, ego vincitus, duplici modo intelligi potest, vel vincitus catenis & positus in carcere in domino, i. pro domino, siue pro amore domini, vel vincitus, i. strictus a-

more dilectionis erga vos propter deū [cū omni humilitate & māfuetudine] subaudis ambulate & cōuersamini di-
 gne [cū patiētia supportātes vos iuicē in charitate] Hūi-
 lis dicitur, humi acclius. Māfuetudo est lenitas & tranqui-
 litas animi. Ambulate, inquit, & cōuersamini cū oī humili-
 tate & māfuetudine mētis supportātes vos iuicē in chari-
 tate vel in dilectiōe dei & pximi, iuxta illud: Alter alteri
 onera portate, imitātes naturā ceruorū, verbi gra. Qui di-
 ues est opibus huius seculi, supportet illū qui pauper est in
 substātia presentī & diues spūalib⁹ virtutib⁹: & ecōtra, il-
 le qui sanctus est sua sanctitate & suis prātib⁹ sustineat
 peccatorē: vel qui diues est, sustineat sua eleemosyna pau-
 perē. [solicitū] i. studiosū, cauti & attenti sitis semp [serua-
 re vnitatem spiritus] vt vnā sapiatis de Christo, vt vnam
 fidem habeatis, & non sint in vobis schismata atq; hēreses
 & hoc agite [in vinculo pacis] id est, in dilectiōe dei & p-
 ximi, sive in cōcordia fraternitatis. Dilectio etenim vincu-
 lum recte appellatur, quia duos ligat & coniungit, deū vī
 delicet & hominem, vel duos proximos. [Vnum corpus]
 Christi vos estis [et vnus spirit⁹] sanctus habitat in vobis
 [sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ] sicut san-
 cti vocati estis, vniti in baptisate, secundum illud. Sancti
 estote, quia ego sanct⁹ sum, ideo sancte viuere debetis. Bñ
 autem dicit, [in vna spe vocationis vocati estis, quia omnes
 fideles vnā spem habent perueniēdi ad patriam cēlestem
 [Vnus est dñs] omnium creaturarū [vna fides] debet esse
 in omnibus credentibus, quibus vnum baptisina est Licet
 alij maiorem, alij minorem fidem habeant, qui maiora &
 minora de deo intelligunt, tamen in hoc dicitur esse vna
 fides, quia vnum deum credunt trinitatem habere in per-
 sonis, & vnitatem in substātia. Vnum est baptisina
 quia omnes equaliter per vniuersum orbem baptizantur
 qui signaculum fidei percipiunt. [vnus est deus] omnium
 creaturarū [et pater omnium] rerum, id est creator [qui]
 subaudis pater [super omnes] creaturas excellit [et p om-
 nia] est filius, quia omnia per ipsum facta sunt & repa-
 rata [et in omnibus nobis] subaudis est spiritus san-
 ctus, qui in cordibus fidelium diffusus est, & in omnibus
 creaturis, iuxta illud: Spiritus domini repleuit orbem ter-

rarū [Vnicuiq; aut nostrū data est gratia scđm mēsurā do-
 nationis. Christi] Loquit in hoc loco Apostolus ex perso-
 na sua, aliorūq; Apostolorū, vel omniū credentiū. Data est
 gratia. i. fides & remissio peccatorū, et redēptio. & quicq;
 boni habemus. Gratia aut dicit gratis data. Et hęc oīa gra-
 tuito munere oīpotentis dei largita sunt nobis scđm mē-
 surā donationis Christi, donationē vel donū patris & filij Ioan. 4.
 debemus intelligere in hoc loco spiritū sanctū, de quo dñs
 dicit in euāgelio mulieri Samaritanæ, Si scires donum dei
 id est spiritum sanctum &c. Cum vero dicit, data est secun-
 dum mēsurā, donationis Christi, sic videntur verba hęc
 sonare, quasi spiritus sanctus mēsuram habeat & mēsurā
 bilis sit. Sed quomodo potest mēsurabilis esse, de quo dicitur,
 spiritus domini repleuit orbem terrarum? Notandum
 ergo quia sicut deus pater immensurabilis est qui dicit, eg-
 lū & terrā ego impleo, & filius immēsurabilis est, qui est
 sapientia dei patris quæ attingit a fine vsq; ad finem forti-
 ter, ita spiritus sanctus immensurabilis est: quia sunt tres p-
 sonæ, ideoq; hanc mēsuram donationis ad nostram capa-
 citatem referre debemus, quia iuxta quod nos capere vale-
 mus, ex donis spiritus sancti datur mēsurā. Verbi gratia:
 Mare immensurabile est in longitudine, profunditate, lati-
 tudine sui & multitudine aquarū & sicut incolę veniētes
 ad illud, aquam secundum mēsuram vasculorum suorum
 vnusquisq; deportat, alius plus, alius minus & tamē mare
 immensurabile manet, ita & nos secundum mēsuram no-
 strę capacitatis ex donis spiritus sancti accipimus, & ipse ī
 sua natura immensurabilis manet: [ppter quod] subaudis
 [quia vnicuique data est gratia secundum mēsuram do-
 nationis CHRISTI,] alij maior, alij minor, dicit Psalmista,
 [Ascendens Christus in altum,] captiuam duxit captiuita-
 tem, [dedit dona hominibus] Quidam doctor hoc modo
 hunc versiculū explanat, quod a veritate nō discrepat, &
 appellat diabolu captiuitatē: quia gen⁹ humanū de paradī-
 so captiuauit. Ascendens xps in altū. i. in crucē, iuxta quod Ioan. 1.
 & ipse ait, Cum exaltaueris filium hominis &c. tunc capti-
 uitatem, id est diabolū duxit captiuum, & captiuauit il-
 lum auferendo ab illo potestatem quam tenebat in hoc
 mundo, iuxta illud: Nunc princeps huius mundi est

cietur foras Sed quid fecit post modū? Tertia die resurgēs dona spūs sancti dedit discipulis insufflās, & dicens. Accipite spiritū sanctū. Aliter Ascendens Christus in altū. i. in cælū quadragesimo die resurrectionis suę, captiuā duxit captiuitatē: quā naturā hūanā quę de paradiso fuerat a diabolo captiuata, ipse iterū captiuauit de potestate diaboli abstrahendo illā, & ad cælestia reuocando, ac postmodū decimo die ascensionis suę dedit dona sancti spiritus discipulis. Quęri autē potest cū supius dixerit singulari numero, Data est gratia scđm mensurā donatiōis suę, quare nō dicat plurali numero. Dedit dona hoībūs? Ad quod dicēdū, quia licet spiritus sanctus singulari numero donum vel donatio appellatur tamē scđm qualitatem meritorū tribuūtur dona eiusdem spiritus sancti, vnde Apost. Alij (inquit) datur per spiritū sermo sapientię, alij sermo sciētię. &c. vsq; dū subiungit Hęc omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidēs singulis prout vult. [Quod autē ascendit: quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrę?] In terrogabat Apostolus semetipsum, & dixit: Quid est quod dixi ascendit? Quomodo potest deus ascendere qui vbiq; est? Certe nihil est aliud nisi quia & descendit. Et primum descēdit in inferiores partes terrę ad infernū, ac deinde in cælum ascendit. Ergo non secundum dininitatem, quę oīa implet, ascendit ipse, neq; descendit: sed secundum humanitatem. In anima quidem sola descendit ad infernum & iterum in corpore & anima ascendit super omnes cælos. Notandum quia per hoc quod dicit, Descendit ad inferiores partes terrę, ostendit infernū infra terrā esse. Vnde dicit infernus, quod sit inferior terra, vel infra terram [Qui descendit] subaudis ad inferiores partes terrę [ipse est & qui ascendit sup omnes cælos]. i. Christus [vt adimplet oīa] .i. oracula legis & pphetarum, quę de se erāt scripta vel omnia. i. quādam dispensationes, quas ipse cum patre disposuerat, & quas ipse solus cum illo sciebat. Vel etiā vt impleret omnia cælestia & terrestria de sua cognitiōe & reuelatione diuinitatis suę, quę omnia ante illius aduentum quasi vacua erāt ad comparisonem illam, quā post modum de eius diuinitate cognouerunt. Cælestia impleta sunt quia erant quādam angelicę potestates, quę my-

Ioan. 20.

1. Cor. 12

steria natiuitatis Christi passiōis & resurrectionis, ascensio nisq; ad cælos, ad liquidū nō cognouerunt, quousq; impleta sunt, vnde admirādo dicitur in Psal. Quis est iste rex glorie? Terrestria quoq; impleuit, quia in hominibus qui deū ignorabāt, suam cognitionem dedit, suaq; gratia illos impleuit. [Et ipse dedit quosdā quidem apostolos] vt fuerūt duodecim, & septuaginta duo discipuli, [quosdā pphetas] vt Agabus, & alij Antiocheni, & quatuor filię Philippi. [alios vero euāgelistas] vt fuit Lucas & Marcus, Ioānes quoq; & Mattheus, q & apostoli fuerūt [alios autē pastores & doctores ad cōsumationē] .i. ad perfectionē [scđorū] vt illi, qui prędestinati sunt ad gloriā eternā, illorum p̄dicatiōe & exemplis perficerentur, Fuerūt in primordio fidei, euāgelistę prophete, pastores quoq; & doctores, sunt & modo in ecclesia. Quicunq; bona annuntiat, euāgelista est quicunq; gaudia electorum, pœnasq; reproborum suis auditoribus annuntiat, propheta est. De nomine vero pastorū & doctorū interrogatus B. Aug. a Paulino: respōdit esse, nisi habeat doctrinam qua pascat gregem sibi cōmissum. Quia si caruerit doctrina, licet nomen habeat pastoris caret tamen officio, Pastores autem & doctores ecclesię, quod vnum est, sunt episcopi, presbyteri, alijq; rectores & ministri ecclesię, qui tandiu constituti sunt [in opus ministerij & in ædificationem: corporis Christi, donec occurrat omnes in virum perfectum, & in vnitatem fidei & agnitionem filij dei.] Ideo constituti sunt pastores & doctores vt corpus C H R I S T I ædificent, quod ecclesia, quę quotidie ædificatur ex numero credentium venientium ad fidem, vt habeamus vitam post resurrectionem & omnes æqualiter deū cognoscamus. In presenti siquidem seculo sicut est diuersitas scientię, ita est diuersa fides: quia aliū plus, aliū minus de deo intelligit: & secundum quod intelligit & cognoscit de diuinitate omnipotentis dei, habet & fidem. Post resurrectionē autem iam nō erit diuersitas fidei: quia sicut oēs æqualiter deū videbunt, ita equalē fidem habebūt. Erīt enim deus oīa in omnibus [in virum perfectum, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi.] Ex superioribus ista pendēt, Ipse (inquit) dedit pastores qui

Psal. 22.

edificent corpus illius, donec occurramus oēs post resurrectionē gñalem in virū perfectū. Quidā hoc mō illud intelligūt quod in gñali resurrectione oēs in eadē etate resurgēt in qua Christ⁹ resurrexit, cuiuscūq; etiā aetatis fuerint, & in noīe virorū cōprehendūtur & mulieres. Quod dicit in virū perfectū, licet contra fidē nō sit, tamen hoc melius est. Vt aliter intelligamus, Virū pfectum appellat xpm cum oī corpore suo, qđ nō erit perfectū quouſq; oēs electi compleant. Cōpleto aut numero electorum, occurreremus oēs in virum perfectū. i. omnes electi occurrēt capiti suo xpo, vt iā postmodum vnus sit vir xps & ecclesia pfectus & integer. Et in mensurā aetatis plenitudinis Christi. Sicuti homo per etates singulas crescit donec pfectus sit vir, sic quoque crescit vsq; ad diem iudicii xps non in se, sed in nobis qui sumus corpus eius. Cōpleta aut mensura etatis. i. pfectio & integro numero electorū ex quibus plenitudo corporis implet obuiabimus ei [vt iā]. i. post resurrectionē i qua xps erit perfectus [nō simus] subaudis sensu [paruu li fluctuātes] huc illucq; vagātes, nunc ad illud vitii, nunc ad istud cadentes. [& circūferamur omni v̄to doctrinē]. Quantū ad præsentem sapientiam pertinet, Beatus Apost. non erat paruulus sensu, quia sapientior erat cunctis mortalibus quantū vero ad illam pfectionē attinet sapientiā, quam habituri sunt sancti post resurrectionem, paruulus erat sensu & intellectu ipse perfectus. Quod vero dicit. Neq; circūferamur omni vento doctrinā, ventū doctrinē appellat dialecticā & sapientiā mundanā, quā nullius vtilitatis est, a qua circūferimur & pulsamur, quia plerūq; seducimur per illā, putātes ea esse vera quę sunt falsa. Et isti Ephesij dialectici erant, per quam seducebant simplices, factientes ea putare vera quę erant falsa suis fictionibus & astutijs. Vnde & sequit. [in nequitia]. i. in malitia [hominum] & [astutia] illorū [circūnuenimur ad circūnuentem erroris] Dicit. B. Hieronymus. Quid prodest iugiter dialecticę arti insistere, & syllabas iamborum componere id est diuersa carmina, vbi nulla veritas est, sed seductio & error hominum? In præsenti quidem seculo potest illud esse, sed post resurrectionem cessabit. [Renouamini spiritu mentis vestre, & induite nouum hominem, qui se-

cundū deū creat⁹ est i iustitia & sanctitate veritatis] Hęc verba Apostoli ex superioribus pendent. Nā loquitur ad Ephe. Deponite vos, inquit, secundū pristinā conuersationē veterē hominē, qui corrupit secundū desideria erroris, ac deinde subdit. Renouamini autē spiritu mentis vestre. Pristinā cōuersatio peccatū est, & in p̄ctis manere: vetus autē homo, conuersatio veteris hominis est. Adā. Quicūq; enim in peccato manet cōuersationē veteris hominis habet. Qui homo. i. cōuersatio illis corrūpitur & deprauatur scđm desideria errorū & vitiorū. Renouamini igitur spū mētis vestre, spiritū & mentē p vno debemus accipere secundū beatum Augustinū. i. p rationabilitatē mentis. Duę sunt autē renouatiōes, vna subitanea quę fit in baptisinate, in qua renouamur ab omnib⁹ peccatis originalibus & actualib⁹. Altera quę fit per spatium temporis & per assiduitatē lectionis, & per operationem bonorum operū de qua hic dicitur. Dum enim animus ea quotidie per studium lectionis de deo intelligit, quę antea ignorabat & dū proficit quotidie de virtute in virtutē, quotidie innouatur tale est ergo ac si diceret. Estis renouati in baptisinate, renouamini quotidie per studiū lectionis ea de deo intelligendo, quę ante vos latebant, & crescendo de virtute in virtutem. Et induite nouum hominem, nouū hominem appellauit noui hominis cōuersationem vel ipsum dñm Iesum. Videamus quō sit ipse nouus homo & secundū deū creatus. Cōceptus est in vtero virginali opere spū sancti, ex semine mulieris sine semine viri. hoc nouū fuit, miracula fecit quę nemo alius fecit cōuersatus est sine peccato in hoc mundo, est verus deus & verus hō, resurrexit a mortuis, & hęc omnia noua fuerūt & sunt. Secundū deū creatus in iustitia quia in iustitia & incōtitate veritatis est, quia iustus & verus est: & non solum iustus, sanctus & verus est, sed insuper ipsa iustitia, ipsa veritas & sanctitas. Quod ergo dicit, Induite te nouum hominem, tale est ac si diceret, Induite dominū Iesum Christum, id est, conuersationē noui hominis & omnes virtutes, quas intelligitis in Christo esse. Quicūq; enim assumit iustitiam, sanctitatem, veritatem, sapientiam, charitatem, & omnes virtutes quas in CHRISTO cognoscit esse, Christum vtique induit, [Propter quod dep-

nentes omne mendaciū, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo,] quia omne mendacium a diabolo est, qui est mendax & pater mēdaciū. Quicumq; filij veritatis sunt, debent deponere & abijcere omne mēdaciū dolositatem & duplicitatē, & loqui veritatē, de animo puro cū omni homine, nō solum Christiano, verū etiā pagano & hæretico: quia oēs sunt proximi nostri, Et quare debemus loqui veritatem cum proximo? [quoniam sum⁹ inuicem membra,] Est autem Christus caput, mēbra illius sunt electi. Et sicut membra corporis nostri sunt sibi inuicē necessaria, & sibi inuicem ministrāt, ita membra Christi debent sibi inuicem ministrare quæ sunt necessaria, verbi gratia, Necessarij sunt oculi manui ac pedi, & man⁹ & pes oculo ideoq; ministrat oculus manui ac pedi lumen, manus autē abstergit illū & lauat a sordibus. Sic in ecclesia sancta prædicatio quilibet ministrare debet lumē scientiæ & prædicationis alijs: qui sunt manus et pedes, i. qui sunt elemosynarij, & qui currunt ad sepeliendum mortuū, & qui actiue vitæ sunt dediti: cetera autē illi debent de sua substantia sustentare oculū, i. prædicatōrē, præbentes ei cibum & potum, & ministrātes cetera quæ necessaria sunt illi: hoc faciendo, erūt sibi inuicem membra, sequitur [Iraſcimini & nolite peccare.] Dupliciter possum⁹ hoc intelligere: Si qñ a peccatis, & a viā rectitudinis diabolo suadente receditis iraſcimini vobismetipſis & indignamini, ne talia amplius faciatis, castigando corpus vestrum vigilijs & ieiunijs. Aliter, Etſi (inquit) iraſcimini, nolite perficere. Permittit quidē irasci, quod humanū est, sed prohibet vindictā expetere, quod iā nō est humanū, quia ira viri iustitiā dei non operatur [Sol nō occidat super iracundiā vestrā] Similiter & hoc duplici modo potest intelligi, Dicamus simpliciter, Sol nō occidat super iracundiā vestrā, i. si cōmoti fueritis ad tempus aduersus proximum, ante solis occasum reconciliamini, & recedat ira a vobis. Aliter, Sol appellatur Christus in scripturis sacris, vt ibi, vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Qui sol iustitiæ plerūq; propter iram quæ vindictam expetit, & propter discordiam occidit nobis, i. recedit a nobis, sicut occidit falsi prophetis, de quibus dicitur, Occidit sol eis cum adhuc esset

Iac. i.

Mala.

media dies. Sol non occidat super iracundiam vestram, i. cauete ne propter vestram iram & propter vestrum peccatum recedat sol iustitiæ, i. Christus a vobis [Nolite locum dare diabolo], i. nolite vindictā expetere, neque irasci vltra modum, ne recedat sol a vobis Christus, adueniatq; diabolus princeps tenebrarum. Quandoquē enim peccamus, locum damus diabolo in nobis [Qui furabat] bona aliorū [iam nō furetur] vel qui furabat verba & doctrinā eūgelij per hæreticam prauitatem, sicut falsi prophetæ de quibus dicit, Qui furabant sibi verba, dicentes. Hæc dicit dominus, cum dominus nō miserit eos, iam nō furetur, sed recedat ab errore suo [magis autē laboret, operādo manib⁹ suis quod bonū est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti.] Ille qui antea furabatur, nō solū debet a furto cessare sed debet operari manibus suis, vt habeat vnde sustentet alios, inopiam patientes. [Nolite contristare spiritum sanctū dei in vobis, in quo signati] & sigillati [estis] & designati [deo in die redemptionis] hoc est, nolite per mala opera spiritum sanctum fugere a vobis, qui habitator esse cepit vestri in die redemptionis, i. in die baptismatis, sicut enim contristatur homo quādo de propria domo expellitur quā ipse sibi ædificauit vt quiete ibi habitaret sic spiritus sanctus contristari dicitur, quando de homine quem sibi mūdauit in baptisate, per praua opera eijcitur. Aliter, Nolite contristare spiritū sanctum dei, i. spiritales homines, in quibus spiritus sanctus habitat nolite contristare per vestra mala opera. Si quidem spiritales viri, si quando vident alios peccare: & a viā rectitudinis deuiare, contristantur de illorum miseria, condolent de alijs vt pote de se. Caput. v.

Stote imitatores dei sicut filij charissimi] Hortat Apostol⁹ Ephesios vt sint imitatores dei, sicut filij charissimi. Imitari autē est sequi. Imitatio autē est quædā imaginatio. Verbi gratia, quando discipulus conatur imitari magistrum in aliquo opere. Quomodo ergo possumus imitari deum omnipotentem? Videamus. Est ille sapiēs, prudēs, misericors iustus & verus, simus & nos secūdum modulum nostræ capacitatis sapientes, prudentes, simus iusti & veraces & misericordes, diligentes amicos in deo, & inimicos propter deū. Sicut, inquit, fili⁹ charissimus

charissimus imitatur patrem bonum in omni conuersatione morū & lenitate mētis atq; honestate vitæ, ita & vos imitami patrem vestrum deū omnipotentem secundum quod ipse vobis adiutorium bonæ volūtatis & operatiōis præstiterit. Patrem autem dico non per naturam, sed per adoptionem. Sequitur [et ambulate]. i. viuite, cōuerſamini & crescite [in dilectiōe] dei & proximi [sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē et hostiam deo in odorem suauitatis.] Magna & mirāda & inenarrabilis dilectio, vt vnicus filius dei semetipsum traderet morti, dominus p̄ seruis, creator pro creatura. Sicut ergo ille pro nobis animam suā posuit, ita & nos si necessitas fuerit, pro eius nomine animas ponere debem⁹: & nō solum pro nomine eius, sed etiā pro fratribus nostris, propter amorem nominis eius. Quod vero dicit Apost. qui se tradidit in odore suauitatis, licet legamus in Genesi, quod odoratus est domin⁹ odorem suauitatis in sacrificio, quod ei obtulit Noe egressus de arca, nō debemus putare quod omnipotens deus, qui spiritus est, fumo & odore carnaliū delectetur: sed odorem suauitatis debemus intelligere intētionem bonæ volūtatis & affectū mentis, quibus deus delectatur: ita & in hoc loco Apostolus intentionē mētis & affectum sincerissimę dilectiōis qua dei filius nos dilexit odorem suauitatis appellat, quia multum in his delectatus est deus pater, et quasi multa aromata in cōspectu eius offeruerunt. Ipse deniq; fuit oblatio, & hostia, ipse sacerdos & sacrificator, qui semetipsum obtulit deo patri in altare crucis pro nobis, [Fornicatio autem & omnis immūditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.] Fornicatio dicit a fornicibus, id est, a locis lupanaribus & theatralibus, quæ fornicibus, id est, arcibus sunt cōstructa, quæ & harenaria appellantur, in quibus erāt meretrices, cum quibus miscebantur spurcissimi quique. Fornicari autem est cum puellis liberis & cum viduis nec dum deo sacras, Immunditia omnis in cōtinentia ad libidinem pertinens, quocunque modo fiat immunditia & impudicitia atque luxuria appellari potest. Avaritia in hoc loco dupliciter, potest intelligi. Potest siquidem pro amore pecuniarum accipi, potest & p̄ adulterio quod & alibi ab A P O S T O L O negotium appellatur, vbi dicit viris & vxorū

1. Ioan. 3.
Gen. 8.

bus. Nolite fraudare inuicem, neq; circūueniat aliquis in negotio. i. in adulterio fratrem suū. Precepit autē Apostolus, vt ista quę diximus, non solū nō sint in nobis, sed nec nominentur, quia si fuerint nominabuntur. Si vero sæpius nominata fuerint nisi pro ædificatiōe, facilius declinabit anim⁹ ad ea. Corrumpunt em̄ bonos mores colloquiā mala. Estote autē sicut decet sanctos. Quid decet sanctos. Honestatem morū seruare, virtutes appetere, vitia cauere [aut turpitude] Turpitude est qm̄ nimis motus carnis nostræ inflammatur ad libidinem, sed plerūq; p̄pter timorem dei, & timorem pœnarū refrenant [aut stultiloquiū.] Stultiloquiū est otiosus sermo & nullius vtilitatis, quādo relictis proficiis & vtilib⁹ rebus, de inanib⁹ & inutilib⁹ tractat [aut scurrilitas quę ad rem nō pertinet, sed magis gratiarum actio.] Scurrilitas est iocularitas, quæ risum solet mouere. Hoc autē distat iter stultiloquiū & scurrilitatē qđ stultiloquiū nullius vtilitatis est, nihilq; in se sapiētis habet, Scurrilitas vero plerūq; ab ore sapientium procedit, & constat quadam vrbanitate, vt illud Vergiliij. Qui bauitum non odit, amet tua carmina Męui. Atq; idē iungat vulpes & mulgeat hyrcos, cęteraq; talia quæ nihil in se mali habent, nisi tantummodo quia otiosa sunt, & ad rem perfectam non pertinent, sed magis sunt gratiarum actio. i. ideo proferuntur scurrilitates, vt gratus apud auditores prolator sit. Ideoq; precipit Apostol⁹ ea cauere, quia de oib⁹ verbis otiosis redituri sunt homines rationē. Potest & hoc aliter intelligi quod dicit, sed magis gratiarū actio. Nō sint in vobis ista quæ diximus, sed nec nominent, sed sit in vobis magis gratiarum actio: vt gratias deo referētes in omnibus quę agitis & quę habetis, vel sitis vos gratiosi & accepti deo & hominibus, [Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei.] Superius iā diximus de his vitiis, nūc videamus quare dicit avaritiam simulacrorum seruitutem. In hoc ergo dicit esse avaritia simulacrorū seruitus, quia sicut ille seruit diabolus, qui omnipotentis DEI culturam & Religionem quæ illi soli conuenit, & singulare nomen vt solus Deus vocetur, quantum in se est illi aufert, & Dæmonibus

impedit, ita & ille seruit diabolo, qui omnipotentis dei cōmunia, quæ omnibus hominibus cōiter data sunt, in proprios sibi vsus male vsurpat. Aliter: Recte etiam auaritia idololatriæ cōparatur, quia dum metallis auri & argenti, de quibus simulachra sunt, homines immoderate seruiūt, & denarios constituunt, in quibus imagines sunt imperatorum, aurū & argentū pro deo venerant, quia serui sunt diuitiarum, vel tertio modo, auariciā idololatriæ ideo cōparauit, vt nihil illa scælestius demonstraret. Radix enim omnium malorum est auaritia. Et notādum quia loquens de turpitudine, stultiloquio & scurrilitate, nō subiūgit quæ talia facientes possessuri non essent regnū Christi, sicut de fornicatione, immunditia & auaritia. Quo facto ostendit quidem illa esse peccatū: ista vero magis, eo quod separāt a regno Christi. Regnū autē Christi & dei patris dixit quia sicut vna est substantia patris & filij & spiritus sancti, ita est vna potestas, vna trinitas, vnū regnum. [Nemo vos seducat inanibus verbis] Inania verba loquūt. i. quæ nullius utilitatis sunt, qui dicūt apud inferos aliā pœnam non substineri, nisi cōsciētia propria torqueri, nō attendētes quod dicit Isaias in fine sui voluminis de reprobis, Vermis eorū non moriet̄ & ignis non extinguetur, erit enim ibi pœna intra suam conscientiam qua torquebunt̄, grauius, erit & extrinsecus vermis & ignis a quibus cruciabunt̄ durissime. Inania enim verba & seductoria loquunt̄, qui dicunt: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, si & mala opa agat, quod omnino mendacissimū est [Propter hæc enim] .i. propter fornicationem, immunditiā, & auaritiā [venit ira dei in filios diffidētis] siue diaboli, .i. i. illos qui perierūt in diluuiō & postmodū in Sodomis, alijsq; ciuitatibus. Illi quidem qui in diluuiō perierūt propterea perierunt, quia cōtra p̄ceptū domini plures vxores acceperunt: & carnes comederūt, leuiori pœna quodāmodo perierunt quam sodomit̄, qui in igne succensū sunt, quia nō plures vxores acceperunt, sed insuper contra naturalem vsum fornicabantur. Diabolus autem diffidentia appellat̄, quia homines diffidere & in desperationē cadere facit. [Nolite ergo effici participes] id est nolite illos imitari, quia si fueritis socij in opere, eritis & in pœna. [Eratis enim aliquando tene-

bræ, nunc autem lux in dño]. i. eratis peccatores & ignorantēs deum antequam ad fidem veniretis, & filij diaboli principis tenebrarū, modo estis iustificati per fidem, per baptisimū, & filij dei per adoptionem, qui dixit: Ego sum lux mūdi, Quapropter [vt filij lucis ambulate] hoc est, vt filij vitæ, & conuersamini sancte & immaculate, ambulantes de virtute in virtutem. Quanta distantia est inter lucem & tenebras, tanta distantia est inter lumen fidei & cognitionis dei, bonorūq; operū, & inter tenebras infidelitatis & ignorantie atq; peccati. [Fructus enim lucis]. i. operatio bonæ cōuersationis & fidei [in omni bonitate & iustitia & veritate] viuere, vt q̄ fidē habet, lumēq; cognitionis dei oīa opera bona sectet̄, iuste viuat, vera loquat̄ ad pximū attendens quod Apost. subdit [probantes quid sit beneplacitū deo] Sicut trapezita. i. monetarius probat metallū, pōdere, puritate, & tinnitu, ita debemus nos opera nostra p̄bare. Debemus illa probare pondere, considerantes quāta & quā magna sint. Puritate, vtrū pura & simplici animo, bonaq; intentione fiant: Tinnitu vtrum famā de se reddāt. [Oīa] subaudis opera [quæ arguunt̄]. i. quæ reprehendūtur a bonis & sanctis hominibus in malis [a lumine]. i. ab illis qui filij lucis sunt [manifestant̄] non esse bona. Quādiū enim mala opera non reprehenduntur a bonis, vident̄ esse bona malis: cum vero boni cōperint ea reprehendere, ostendunt non esse bona. [Omne enim quod manifestatur lumen est] id est omne malum opus quod manifestatur per confessionem siue per p̄niam: lumen est. Lumen iam incipit esse: quia bonū est vt peccata per confessionem & p̄nitentiam manifestent̄. [Propter quod dicit] Quis est qui dicit. Dicit B. Hieronymus, quia neq; in veteri testamēto, neq; in euāgelio iste versiculus inueniri potest, nisi tm̄ modo in isto loco, nisi & ab hoc loco exempli causa sit alibi positus a doctōribus. Sed cum dicit̄ Apostolus, hanc epistolam, subito spiritus per eum locutus est hoc, sicut & alia multa, ideoq; ait p̄pter quod. i. quia omne quod manifestatur per confessionem, iam incipit lumen esse dicit, spiritus sanctus, subaudis per me. [Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.] Dormire dicitur & mortuus esse qui in peccato iacet, quia anima quæ pec-

cauerit, ipsa morietur. Surge de vitijs ad virtutes, qui dormis modo in peccatis, exurge a mortuis ad vitam, de peccato ad bona opera, & præbebit tibi Christus lumen fidei & cognitionis sue, lumenque bonæ operationis. [Fratres videte quod caute ambuletis, non quasi insipientes: sed ut sapientes.] Alloquitur Apost. Ephesios, & in illis omnes homines, hortaturque ut caute & considerate viuatur sicut sapientes, & non sicut insipientes. Fratres autem illos vocat in fide & in societate dilectionis: quia unum patrem omnipotentem deum omnes habemus, non per naturam sed per adoptionem. Videte fratres, id est considerate quomodo caute ambuletis & ordinate viuatis & conuersemi in medio nationis prauæ & pueræ, non quasi insipientes, id est infideles qui non habent sapientiam veram in se Christum habitantem, sed ut sapientes fideles qui sapientiam substantialem in vobis habetis. Quanta enim distantia est inter lumen & tenebras, inter fidelem & infidelem, tanta differentia est inter sapientem & insipientem, quia lumen & sapientia non potest esse in eo, nisi fidem omnipotentis dei habeat. [redimentes tempus quoniam dies mali sunt] Quomodo est tempus malum: quod secundam dispositionem dei semper voluitur mensibus, diebus & noctibus, horis, momentisque curretibus. Sicut enim dicitur mala esse domus, quæ malos habitatores habet ita dicitur mali dies, in quibus mala fiunt a malis hominibus. Quid est quod dicit redimentes tempus: id est vestrum illud facite: verbi gratia: Alij vendunt illud, mala operando ad malum suum, vos redimite illud vobis, talia opera faciendo, pro quibus remunerationem capiatis. Quicumque enim hoc facit quod sibi vtile est, tempus redimit sic & acquirit, quia suum illud facit, & in suam salutem illud occupat. [propterea] subaudis quia dies mali sunt. [nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei] Prudens dicitur quasi porro videns, qui a longe considerat quem finem sua opera habitura sint: & qui scit, quid debeat appetere: & quid vitare, & qui considerat quæ placeant, aut quæ displiceant deo. E contra ille qui inconsiderate & improuide omnia agit & qui non considerat ad quem finem opera sua deducat & quid placeat voluntati dei, appellatur imprudens & stultus. Vnde dicit Apostolus: propterea, inquit, quia dies mali sunt: in quibus multa mala fiunt, nolite fieri imprudentes

sive non considerantes, sed estote intelligentes quæ sit voluntas dei, id est qui placeat deo, & in quibus operibus voluntas dei implicatur. [Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto.] Per luxuriam debemus intelligere omnia vitia quæ per ebrietatem solent euenire quia (ut quidam doctor dicit) ebrietas nullum vitium excusat. Sed norandum, quia sicut illi qui replentur vino, replentur inuercundia, impatientia, luxuria, impudicitia, superbia, cæterisque vitijs, ita illi qui replentur spiritu sancto, replentur castitate, humilitate, mansuetudine, cæterisque virtutibus. [loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus.] Nobismetipsis in psalmis loquimur quoniam alternatim canimus psalmos. Psalmi dicuntur a psallendo, qui in psalmis, id est in psalterio inueniuntur. Hymnus græce, latino eloquio sonat laus dei. Hymnus autem si componitur, & non cantatur, non est hymnus, si componitur & cætur sed non in laudem dei, non est hymnus, Hymnos autem latinus, Ambrosius & Hylarius clarissimi viri composuerunt precipue. Bene autem cum dixit canticis, subiunxit spiritualibus, quia sunt cantica quæ non sunt spiritualia, neque in laudem dei cantantur, sicut sunt cantica secularium hominum. Cantica autem spiritualia sunt quæ composuerunt prophete afflatis spiritu sancto & repleti, ut sunt cantica Moysi & Annæ & Delboræ, & Isaie, & Ezechie, cæterorumque prophetarum. Hoc vero distat inter canticum & psalmum quia canticum ore solummodo profertur & decantatur, psalmus autem addito quoddam instrumentum musicæ artis, id est psalterio [cantantes & psallentes in cordibus vestris domino] Ideo dixit in cordibus vestris, quia multi sunt qui cantant ore, quorum mens non concordat voci, & qui magis attendunt ad societatem vocis, ut auditoribus placeant, quæ considerant mente quod dicunt. Illi vero cantant in corde, quorum mens concordat voci, iuxta illud B. Benedicti. Sic stemus ad psallendum, ve mens nostra concordet voci nostræ [gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi pro patre] Pro omnibus beneficijs nostris a deo datis, vel pro omnibus prosperis & aduersis debemus gratias agere deo patri, qui omnibus creaturis est deus pater, id est creator & factor. Et quomodo, in nomine domini nostri Iesu Christi, dicentes ei, Gratias tibi re-

ferimus domine sancte pater, qui nos per filium tuum fecisti & redemisti, & viam patrie celestis aperuisti. Et ideo in nomine domini nostri Iesu Christi gratias referre debemus deo & patri, quia per illum qui mediator est noster, preces & sacrificia offerimus nostra, & transmittimus ad deum patrem, dicentes, Suscipe domine preces populi tui per dominum nostrum Iesum Christum [subiecti inuicem in timore Christi] Sicut auditores & subiecti suis prelati subditi sunt causa obedientie & reuerentie, sic debent etiam prelati humiliare se erga subiectos, in quantum videt illos aequales sibi in virtutibus & vite meritis, in quantum autem videt illos erigere in superbiam contra se, & vitia sectari, debent officium suae prepositurae ostendere, & fortiter redarguere & increpare, quod probari potest ex factis Apostoli Petri. Qui cum vidisset Cornelium centurionem, cum omni domo sua humiliter se velle adorare, contra ille humiliavit se illi dicens: Surge, nam & ego homo sum. Vbi autem vidit Ananiam & Saphiram a via veritatis recedere, & vitijs subiacere, potentiam sui officij & prepositurae ostendit, solo verbo illos interficiens. Sed ista omnia in timore Christi sunt agenda, id est pro amore dei, non causa adulationis, nec patrocinii, quod quidam faciunt ut possint inuenire gratiam prelati, & ut liberius quae eos delectant operentur. [Viri, diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret] Sicut Christus dilexit sponsam suam ecclesiam, in quantum ut seipsum traderet ludaeis pro ea ut eam sanctificaret, id est sanctam faceret per fidem suam, per baptismi sacramentum per remissionem peccatorum, ita & vir debet uxorem suam diligere, & castam custodire, ut sit sancta, & si necessitas euenierit debet pro illa animam suam ponere. Sequitur ergo de ecclesia, [mundans eam lauacro] aquae, id est lauacro baptismatis [in verbo vite] id est sanctificatione sui nominis, per quam, sanctificationem accipit homo vitam eternam, Post abrenuntiationem enim diaboli, sanctificat illum sacerdos, dicens baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et quare hoc fecit Christus? Quare mundauit, & quare quotidie mundat in lauacro baptismi per inuocationem sui nominis [ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem] peccata [macula aut

Act. 10.
Actu. 5.

rugam] duplicitatis in mente [aut aliquid hinc] id est aliquid vitij [sed ut sit sancta & immaculata] In presenti quidem seculo, vno modo potest dici & esse ecclesia gloriosa, videlicet quia reges & principes huius seculi habet subiectos, & continet in se diuersos ordines & gradus, tamen sine macula peccati & ruga non potest esse, quia multi sunt in ea peccatores. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipsos seducimur, & veritas in nobis non est, & non est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Quapropter melius est ut referamur haec verba ad generale resurrectionem quando erit gloriosa, quia sicut fuit sicut sol in regno patris sui, et erit sine macula peccati, & sine ruga duplicitatis: quia incorruptibilis erit in corpore, & incommutabilis in anima. Per hoc etiam quod dicit, sine macula & ruga ostendit etiam ecclesiam vestimentum esse Christi iuxta quod ei pater dicit per prophetam, Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut vestimento vestieris. Vestimentum enim quoddam solet habere maculas & quasdam notas ex aliqua tinctione, & solet esse rugatum, id est duplicatum per loca. Est & aliud vestimentum, quod neque maculam neque rugam habet, ut est linteam bene extensum. Post resurrectionem siquidem ecclesia sine macula est & ruga, quia erit sine peccato, & extensa in contemplatione omnipotentis dei sicut linteam [Nemo carne sua odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam] Hoc dupliciter potest intelligi, ut sit sensus: Sicut carnem suam odio nemo habet, sic etiam suam uxorem nemo debet odio habere, quia de corpore eius facta est. Aliter, Carnem posuit hic pro uxore quae est ex viri corpore sumpta. Nemo enim carnem suam odio habuit, id est nemo uxorem suam odio debet habere, sed debet illam nutrire & fouere, sicut Christus tantum corporaliter quam spiritaliter fouet & nutrit ecclesiam. [Membra enim sumus corporis eius] Sicut generaliter omnis ecclesia corpus est Christi, ita singuli electorum membra sunt corporis eius, id est membra ecclesiae. Non illius corporis membra sumus quod ipse assumpsit in vtero virginali, sed membra ecclesiae quae est corpus eius. Alius est etiam in ecclesia oculus, sicut quilibet predicator: alius auris, ut bonus auditor, alius manus, qui est elemosynator: alius pes, qui curam infirmorum & mortuorum gerit, [de carne eius & de ossibus eius sumus] nos, Duo

1. Ioan. 7.
3. Reg. 8.

Esa. 49.

plīci intelligentia accipi potest. De carne & ossibus eius sumus, quia sicut nos cōstamus ex carne & ossibus, ita & ille uerū corpus habet ex carne & ossibus. Aliter in ecclesia sunt fortes in fide, in opere, in p̄dicatione, qui designantur per ossa, ut fuerūt Apostoli, martyres, & modo Episcopi & p̄lati, & sunt infirmi, q̄ designantur p̄ carnē, qui indigent sustentari a fortibus, sicut caro ab ossib⁹. Qui fortes et infirmi sicuti mēbra ei⁹ dicunt, ita etiā recte ossa & caro illius appellatur [Propter hoc] .i. p̄pter hāc dilectionē, quā debet habere uir cū uxore [relinquet hō patrē & matrē suā, & adherēbit uxori suę, & erūt duo in carne vna] Quātū ad literā pertinet, ita fit. Relinquit hō patrē & matrē & cōiūgit se suę uxori, & sunt duo in carne vna. i. de vna carne. Vel etiā relinquit in illa cōiūctiōe cōcubitus, q̄ si mul mīscetur, in carne vna sunt: spūaliter autē pōt referri ad Christū & ad ecclesiā, qui propter ecclesię dilectionem reliquit deū patrē, p̄ hoc quod nō i forma diuinitatis, quæ equalis est patri, apparuit, sed semetipsū exinanīuit, & ad hēsīt uxori suę sanctę ecclesię dilectiōe, & carne quā assūpsit & sunt modo duo Christ⁹ & ecclesia in carne vna: quia de vna carne sūt, & Christ⁹ uer⁹ est hō, per se uerū corp⁹ habēs & ecclesia similiter. Hęc autē primo uates Adam de xp̄o & ecclesia p̄phetauit [Sacramētū hoc] subaudis qđ dixi modo [magnū est] sūt sacramēta matora, sūt & minora. Ut ergo Apostol⁹ oñderet tā secūdū literā, q̄ scđm spiritalē sensū hęc debere intelligi, ideo subiūxit: Sacramētū siue mysteriū hoc qđ ego dixi, p̄pter qđ relinquet hō patrē & matrē & c. magnū est, quia pertinet ad Christū & ad ecclesiā: vnde etiā subdit: Ego autē dico in Christo & in ecclesia] subaudis id esse completum. CAPVT. VI.

Ratres de cetero confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Post specialia p̄cepta quibus admonuit Apostolus viros & mulieres, patres & filios, dominos & seruos, subiunxit illis ista generalia nō solū ad Ephesios, quibus mittebat hanc epistolam sed ad omnem sexum & ad omnem conditionem & dixit: De cetero .i. deinceps, & p̄ter illa quæ superius diximus fratres mei in fide & dilectione, & qui vnū deum omnipotentē habemus confortamini in dño, & in fide illius, &

in potētia uirtutis eius, Nolite cōfidere in uestra fortitudine, neq; in meritis uestris, neq; in potētia principū hui⁹ seculi, sed in domino & in potētia uirtutis eius cōfortamini. [Induite uos armaturā dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.] In hoc nomine quod est armatura cōprehēditur omnia uasa bellica, lorica uidelicet, galea, scutū, lancea, tela, ceteraq; instrumēta armorū, specialiter autē qđ debemus itelligere p̄ armaturā dei? Dñm Iesum xp̄m cuius p̄tectione defendunt oēs electi, & quē induunt, iuxta quod idē Apost. alias dixit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Tūc enim induunt electi Christū, qñ uirtutes quæ in xp̄o sunt, per adiutoriū illius assumūt. Quod ergo dicit: Induite armaturā dei, tale est ac si diceret: Induite dñm Iesum xp̄m, .i. oēs uirtutes quas scitis in illo esse, in uobis assumite: uerbi gratia Est ille iust⁹, uer⁹, paciēs, cast⁹, māfuetus, appellat⁹ est agnus, & leo, & vitulus, id uirtutes iustitiā, ueritatem, patientiam, charitatem, castitatem, māfuetudinem: estote agnus, .i. mites: leo, fortes in fide & bono opere cōtra diabolum: estote & vitulus mortificantes uos metipso cum uitijs & concupiscentijs, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Multis modis insidiatur nobis diabolus. Deniq; insidiatur nobis per malas suggestiones, insidiatur per uitia carnis nostræ & incentiua malarum delectationum. insidiatur per ministros suos, per hæreticos uidelicet & falsos fratres, atque paganos: sed contra hos omnes debemus nos uiriliter pugnare, ne possimus superari. Poterat aliquis dicere: O Paule, quare p̄cipis nos omnē armaturam dei induere? Ad hęc ille subiunxit, quia nobis inquit, [non est colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitie in caelestibus.] Carnem & sanguinem appellat in isto loco APOSTOLVS omnes qui constant ex carne & sanguine a quibus plerunq; suadente diabolo impugnantur, & dicit: Quia non est nobis colluctatio aduersus illos solummodo, sed aduersus dæmones qui principantur malis hominibus, & potestatem exercent super illos, regunt illos potius ad malum quam ad bonum, ipsique appellātur spiritalia, subaudis dæmoni, Nequitie, hoc est, malicie qui

morat̄ in hoc aere. Celi noīe appellat̄ aer ī scripturis sc̄tis
 vnde & aues celi dicuntur. Qui (vt philosophi dixerūt, &
 vt doctores etiā nostri opinant̄) ita plenus est demonibus
 & malignis spiritib⁹, sicuti radi⁹ solis minutissimis atomis
 .i. puluisculis idiuiduis. Cōtra hos ergo pugnadū ē nobis
 potius quā cōtra homines cōstantes ex carne & sanguine,
 qa quicquid mali cōtra nos hoies machinant̄ ab illis fug-
 gerit̄, & si superauerim⁹ illos qui sūt principes militiē, &
 quorū istīctū vitia carnis nostrē cōtra nos sc̄uiūt, tūc facile
 superare poterim⁹ oēs ministros illius, verbi gratia, sicut su-
 perato p̄cipe, exercitus facile fugat̄. Quod p̄bari potest
 ex lib. Iudith quo narrate discim⁹, quia Holoferne p̄cipe
 militiē interrēpto, multitudo exercituū in fugā versa est
 & a Iudæis est facillime superata. Sed quærendum est quo
 mō pugnare possumus cōtra demones qui sp̄s sūt? Nōne
 omnibus patet cōtra spiritū armis materialibus nō posse
 pugnare quia sp̄s sunt inuisibiles? Quapropter necesse est
 vt arma spiritalia formentur, videlicet supra memorata,
 & decertemus eo modo quo legimus luctatū esse Iacob
 cū angelo, orādo, ieiunādo, vigilando, ceterisq; bonis operi-
 bus insistendo, vt sicut ille meruit ab angelo sancto bene-
 dici, cū quo luctabatur orando, ita & nos superato diabolo
 a domino benedici mereamur. Ceterū queri potest vbi ac-
 ceperit Apostolus, vt demones & malignos spiritus prin-
 cipes & potestates ac rectores tenebrarum harū. i. hominū
 infidelīū appellaret, deum ignoratū & peccatorū de quo
 rū numero fuerat̄ illi quibus quondā dicebat: Fuiſti aliqñ
 tenebrē. i. infideles & p̄ctōres, deū ignorantes? Ad quod di-
 cendū quia ex lib. Danielis illud accepit, vbi legit̄, Princi-
 pes Græcorū & principes Persarum ex lib. quoq; Ezechie
 lis vbi dicit̄ ad principē Tyri, Tu signaculū similitudinis
 in paradiso dei fuiſti: & cetera que ibi dicunt̄ de hoc & de
 principibus aliarum gentiū, Aegyptiorū videlicet, Assyrio-
 rū & Idumæorū. Nā principes illi. i. demones, intelligunt̄
 illis in gentibus p̄poni. Sicut em̄ vnusquisq; fidelium ha-
 bet sibi angelū delegatū ad custodiā suā: ita & paga nā ha-
 bēt malos qui eis p̄cipant̄ p̄missiōe dei, & sicut Michael
 p̄positus est genti Iudæorū vel Christianorū, de quo dicit̄
 Et nemo est adiutor meus nisi Michael princeps vester,

ita habēt & gētes in infideitate manētes malos principes
 Dicamus & altius: Apostolus replet⁹ gratia dei cognouit
 per sp̄m sanctū, qa sicut boni reges Israelitarū significabāt
 dñm Iesum & principes qui sunt in ecclesia verbi gratia
 qualis fuit Dauid qui interpretat̄ manu fortis siue deside-
 rabilis alijsq; quā plurimi: & sicut populus Israel significa-
 bat populū credētū qui sunt veri Israelitæ, ita mali reges
 & principes cū suis gentibus, qui cōtra populū dei pugna-
 bāt, vt fuerunt reges Israelitarū, Assyriorū, & Idumæorū
 & Philistinorum, significabāt demones, qui principantur
 paganis & hæreticis, qui ecclesiā dei semper impugnabāt.
 [Propterea] subaudis, quia nō est nobis colluctatio aduer-
 sus carnē & sanguinē sed aduersus principes. [accipite ar-
 maturam dei,] illam quā supra diximus, id est omnes vir-
 tutes. [vt possitis resistere in die malo, & in omnibus p̄fe-
 sti stare,] .i. in omnibus prosperis & aduersis perseverare
 firmi in fide bonisq; operibus. Diē malū appellat̄ p̄sens
 tempus, nō quod per se sit malum, sed quia multa mala in
 eo fiant. Vel etiā diem malum dicit, diē iudicij, in quo om-
 nes mali dānabunt̄. [State ergo succincti lumbos vestros
 in veritate.] Lumbos succingimus, cum luxuriam refrena-
 mus, State (inquit, in fide, in bono opere, & restringite lū-
 bos a luxuria, vbi maxime viget, & hoc in veritate facite,
 non in mendatio, neq; per hypocrisim, neq; vt laudem ho-
 minum capiatis, vel in veritate dicit, quasi pro amore no-
 minis Christi, qui est veritas. [induiti lorica iustitię.] Re-
 cte iustitia lorice comparatur, quia sicut lorica multis cir-
 culis contextitur, ita iustitia multis virtutibus constat. Ali-
 ter: iustitia etenim lorice potest comparari, quia sicut lori-
 ca pectus munit, ventrem stringit, femora protegit, ita iu-
 stitia superfluas cogitationes que in pectore versari solent,
 repellit, in gluuem ventris stringit, luxuriam quoque op-
 primit [& calceati pedes.] subaudis sint vobis [in prepara-
 tionem euangeliij pacis.] & est sensus: Sicut ille qui calcea-
 tos habet pedes, serpentes spernit, spinasq; omnemq; asperi-
 tatē viæ pro nihilo ducit, ita & vos diabolum serpentem
 antiquum, spinas quoq; id est punctiones passionum om-
 nemque asperitatem vitæ huius contemnite, & liberi ad
 prædicationem euangeliij incedite, Alter: Per calceamen-

ta quæ ex mortuis animalibus fiunt, debemus intelligere dicta & exempla sanctorum patrum precedentium. Calceatos ergo pedes habemus, cum dictis & exemplis precedentium patrum muniti, securi ad prædicandum euangelium pacis accedimus. Euangelium autem pacis dicitur, quia ibi continetur pax quæ Christus Apostolis commendauit, & in Apostolis omnibus fidelibus, vel etiã quia propter obseruantiã euangelij meremur reconciliari deo [in omnibus] subaudijs & certaminibus [sumetes scutum fidei, in quo possitis oia tela nequissimi ignea extingueri.] Quicquid missile est vel iacitur, telum potest appellari: proprie tamẽ illud quod in longum protenditur, ut lancea. Nam telon dicitur Græci longum, unde mustella dicitur mus longus. Sicut ergo scutum se tenet, protegit & tela repellit, ita fides hominẽ munit, & ab eo diabolici iacula & infestationes repellit, ita tamẽ si fuerit bonis operibus adornata. Tela denique diaboli ignea appellat suggestionem prauam, quæ nos incendit ad mala opera agenda, & quæ extinguit per virtutem fidei. [& galeam salutis assumite] Galea in capite ponit, omnesque corporis sensus munit & protegit, visum videlicet in oculis, auditum in auribus, gustum in ore, olfactum in naribus, tactum in toto corpore. Quid habemus ergo intelligere per galeam, quæ ut diximus omnes sensus corporis protegit? Dominum Iesum Christum & protectionem illius, per caput vero mentem, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Ponamus igitur galeam in capite, id est protectionem Christi recondamus in secreto mentis nostræ, habentes in illo fiduciam, non in nobismetipsis, & ipse tuebitur omnes sensus nostros, ne a diabolo hoste antiquo possint vulnerari. [& gladius spiritus, quod est verbum dei.] subaudijs assumite. gladius spiritus sancti intelligitur verbum dei, ut Apostolus ait, id est, doctrina & scientia diuinarum scripturarum, quæ per spiritum sanctum nobis tribuitur. Idcirco autem gladius appellatur, quia sicuti gladio fugantur hostes, ita per cognitionem diuinarum scripturarum possumus fugare omnes insidias & omnia machinamenta diaboli appetendo illa quæ scriptura docet, & vitando quæ phibet: & non solum demones per eius cognitionem & adiutorium dei possumus superare, sed etiã autoritate illius hæ-

reticos conuincere, & errorem illorum destruere. [Gratia] id est fides & remissio peccatorum [sit vobis in incorruptio] in integritate [cum omnibus qui diligunt dominum Iesum Christum.] Aliter: Gratia, id est, fides & remissio peccatorum, societas æterna sit vobis cum omnibus sanctis in incorruptione, hoc est, in generali resurrectione ubi accipiet omnes electi incorruptionem in corpore & immortalitatem in anima, fulgentes sicut sol in regno patris sui, cum quo felices in secula seculorum manebunt. Amen.

IN EPISTOLAM PAULI AD

Philippenses argumentum Haymonis.

Philippenses sunt Macedones, id est Græci. Græcia

enim a diuersis regibus diuersa noia sortita est. Vocatur ei Macedonia a Macedone rege, & Aemathia

ab Aematho, & Thessalia a Thessalo, generaliter autem omnis terra Græcorum Græcia vocatur a Græco rege, ut Seruius dicit: Hi Philippenses, postquam acceperunt verbum prædicationis ab Apostolo fortes in fide fuerunt nec receperunt falsos apostolos, sicut in argumento ostenditur.

IN EPISTOLAM AD PHILIP

lipperses, exegetis.



Aulus] quare posuit nomẽ suum in primordio epistolæ? Ut maioris autoritatis esset epistola. Sic namque soliti sunt agere reges & principes. Quare non seruauit more suum, ponendo nomen apostolatus sui in epistola hac, sicut in omnibus, præter in illa ad Hebræos? In qua ideo prætermisit, ne utilitas lectionis differretur. Philippenses ergo, ut diximus, postquam per illum crediderunt, non dubitauerunt quin ipse esset Apostolus & magister gentium, ideoque non fuit necesse ut eis scribens, apostolum se nominaret. Corinthij vero seducti a falsis prophetis, recesserunt a fide, & dubitauerunt illum esse apostolum a deo electum & missum, dicentes, Vere Paulus non vidit Christum in carne, neque eius doctrina est vera. A quo necesse duxit se apostolum nominare, inquitens, Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem. Sciendum etiam beato Paulo reuelatum esse per visum quod Philippensibus ver-

bum dei deberet prædicare. Nā apparuit ei, vt legimus in actibus Apostolorū, vir Macedo, deprecās eū & dicēs. Trāsēs in macedoniā adiuua nos. Qui vir angel⁹ dei fuisse credi illi gēti p̄posit⁹ a deo [& Timotheus] Quare interponebat noīa discipulorū in epistolis suis? Vt maioris auctoritatis essent, scđm quod dñs dixit, In ore duorū vel triū testium stet oē verbū, & ne aliquis diceret in mendatio ista excogitata sunt, vel etiam cōplebat ipse Apostolus quod docuerat dicens: Sicut reuelatū fuerit sedenti aliquid, prior taceat. Nam quando dictabat epistolas, omnes discipuli eius aderant: & si alicui illorum alia reuelata essent, quæ ipse nō dicebat, aut aliter quā dicebat, quia idē spiritus sanctus erat in discipulis, qui & in magistro, sicuti ab illo dicebatur, ita ponebat ille in ordinem, nō inuidēs bonus magister suis discipulis, & insuper nomē illius ponebat in exordio cum suo, quia partē ibi habebat [seruus] Sicuti gloriabatur aliquis cōsulum seruū se esse imperatoris, vt Andromachus seruus Octauiani, ita & Apostolus, vt eius epistola firmior esset, dicebat se seruū esse Christi [omnibus sanctis] id est, omnibus sanctificatis in baptisate, & in ea sanctificatione manētibus [qui sunt Philippis cum episcopis] id est, cum presbyteris, quia vna ciuitas non potest habere plures episcopos. Philippis est ciuitas Græciæ, quam ædificauit Philippus pater adoptiuus Alexandri vocans eam nomine suo Philippis, [& diaconibus] subaudis fit salus & remissio peccatorum [Gratias ago deo meo in omni memoria vestri] id est, in memoria fidei vestræ, in qua solide permanetis, gratias reddo deo, vel memor vestri semper in meis orationibus gratias ago illi, qui vos cōfirmat semper in fide [cū gaudio] subaudis spiritali [deprecationem faciens] non cum mœrore. Pro illis qui in fide perseverant & fidem quam tenent, bonis operibus exornant, nō est necesse cum mœrore orare, sed gratias deo reddere: pro his vero qui labūtur cum gemitu & mœrore est orādum, [super cōmunicatione vestra] id est, de cōmunionem quam habetis nobiscum, vel quia recepistis euangelii & participastis fidei eius: vel etiam de cōmunionem & participatiōe, qua nobis participastis in prædicatione, quæ prædicastis iā sicut & nos. [a primo die] id est, a primorū

dio fidei [fratres cōfidimus in domino Iesu, quia qui cæpit in vobis opus bonum] .i. Christus qui dedit vobis initium fidei & bonæ cōuersationis: dabit & perseverantiam vsque in diem mortis, vel vsq; ad diem iudicij per successionem. [sicut est mihi iustū] .i. iustum est mihi hoc intelligere de vobis, quia permanebitis in fide Christi, & ideo debeo gaudere [& hoc sentire] .i. intelligere [eo quod habeā vos in corde & in vinculis meis] subaudis vestri reminiscor. [Testis est mihi deus quomodo vos cupiā in visceribus Iesu xpi] Viscera dicūtur filij & viscus dicitur quicquid intra coriū est. Ideo duobus modis intelligitur. Cupio, inquit, omnes vos filios dei esse, vel cupio vt ipse sit templum vestrū, & vos communicantes corpori & sanguini eius maneatis in illo. [Et hoc oro vt charitas vestra] & cetera. .i. sicut fides habet initium, habet incrementum & perfectionē, ita charitas. Oro, inquit, vt nō solum in deum & proximum, sed etiam ad inimicos extendatur charitas vestra. [in sciētia] subaudis legis [& in omni sensu] id est doctrina Euāgelij [vt probetis] id est, intelligatis maiora de deo [vt sitis syncheros] id est, perfecti in deo et fide & in omni bonitate. Syncheros materia est solida & firma, quæ nullius rei varietate maculatur, ita debet & fides solida esse [sine offensa] id est, sine offensiōe [in diē iudicij: repleti fructu iustitiæ] id est sitis repleti omnibus virtutibus, de quibus dicit Apostol⁹ Fructus autem spiritus est, gaudium, pax, &c [in gloriā & laudem dei] vt glorificetur deus in vobis & dominus Iesus laudetur, per quem omnia bona habemus. [Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad perfectum venerunt euāgelij.] Sciens Beatus Apostolus Philippenses cōtristari de suis tribulationibus & cōdolere de suis infirmitatibus, ne illi deficerent in fide, audientes eum talia pati, scribebat eis dicens. Scio quidem vos compati afflictionibus meis, sed innotescere vobis volo quia quæ circa me sunt, vincula videlicet, carcer & cippus magis ad profectum, id est, vtilitatem & augmentum sunt euāgelij quam ad cōtrarietatem [ita vt vincula mea in Christo] id est, quæ nō pro aliquo alio crimine sustineo, sed propter Christū [manifesta fierent in omni prætorio, & in cæteris omnibus locis.] Prætor dicitur a præcundo & quasi

Gal. 5.

præceptor, quia præcepta dat populo. Prætorium autem dicitur quasi præceptorium, eo quod ibi prætores siue præceptores & præfecti sedebant ad discutenda quædam & præcepta danda. Veniente ergo B. Apost. Romam, victo pro Christi nomine, cum esset reclusus in carcerem, in domo imperatoris, & cœpisset docere, infirmos curare, multa miracula patrare, multi crediderunt intantum sicut B. Hiero. dicit, ut domum persecutoris Neronis ecclesiam faceret redemptoris. Tunc manifestatum est in omni prætorio, id est imperatori omnibusque cōsulis & principibus, & in omnibus locis propter Christum illū talia sustinere. [ut plures e fratribus], id est ex credentibus [in domino] id est, per dominum [cōfidentes in vinculis meis] id est, exemplo vinculo meorum cōfortati. Cum vidissent multi ex credentibus talia pati beatum Apostolum omni formidine mortis repulsa, exemplo vinculo eius cōfortati atque corrobore, cœperunt audacius verbū dei prædicare sine timore, [Quidam quidem & propter inuidiam & cōtentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem.] Hi quatuor modi qui sequuntur in duas species, sicuti doctoribus videtur, possunt redigi: Prima videlicet & vltima species pro vna cōputata, duæ vero mediæ similiter pro vna. Sed tentem per singulas stilum trahere. Quod dicit primum quidem propter inuidiam & cōtentionem, subaudis Christum annuntiant vnum esse. Erant quidam ex Iudæis credentibus atque gētibus qui inuidentes beato Apostolo quod ipse dicebatur solus magister gētium & prædicator, dicebant. Nunquid Paulus solus dicitur magister gētium? Nos doctrinā habemus, prædicabimus sicut & ille, ut appellamur magistri gentium. Et hoc agebant, quia volebant contendere cum illo. Secunda species est: Quidam propter bonam voluntatem, id est, bonam intentionem, cupientes saluare alios sicut & ipsi saluati erant. Tertia species est [Quidam ex charitate] subaudis qua diligebant Deum cupiebant alios saluare, & ex charitate qua diligebant Apostolum volentes ei adiutorium in prædicatione præbere. Quarta species est, [Quidam ex contentione non syncere] syncera res est solida & firma. Et erant quidam qui prædicabant non syncere, id est, non pura conscientia,

quia propter cōmoda præsentis vitæ, & propter lucra temporalia prædicationi insistebat: ut ita a subiectis cibum & vestimentum acciperet: dicentes, Dominus ordinauit: qui Euangelium annuntiat, de euangelio viuere, Et propter cōtentionis occasionem non cessabat Apostolus positus in carcere, sed etiam discipulos suos per totum orbem mittebat prædicare. Volebat quidam ut occideretur, ut dum ille occisus esset, liberius possent illi expoliare suos auditores [scietes quoniam in defensione euangelij positus sum], id est, in ea defensione quā paulo superius diximus. Non syncere, id est, non pura intentione [existimantes se presturam], id est, per cōtentionem maiorem [suscitare vinculis meis, Quid enim], id est, quare contristor, aut quare moueor in tristitia. [Siue per occasionem,] id est, per inuidiam & non syncere, [siue per veritatem], id est, bonam voluntatem & charitatem [et in hoc gaudeo], id est, quia Christi nomē per bonam voluntatē & ex charitate prædicatur [sed & gaudebo] subaudis propter hoc, quia illis non in uideo. [Scio enim quia proueniet mihi hoc ad salutē.] Hoc enim proueniet mihi ad salutem, id est, ad vitam æternā, quod sustineo pro Christi nomine: vel quia illis mala non opto qui mihi inuidet: & mihi tribulationē excitant, [et subministrationem spiritus Iesu Christi], id est, auxiliū ministrante & præbente mihi Christo & spiritu sancto [secundum expectationem & spem meam] Expectatio & spes vnum est, quia spes est expectatio futurorū bonorum. Et beatus Apostolus certus erat, quod mercedē erat accepturus æternæ retributionis: propter hoc quod sustinebat pro Christo: & de hoc etiā expectabat mercedem, quia suis inuidis persecutoribus bona optabat [quia in nullo confundar] id est, in nullo horum quæ illi agunt, ut mihi persecutionem maiorem ingerant, vel quæ sustineo, iam positus in vinculis non erubescō. [sed in omni fiducia] in omni fide mea [sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem] si tormenta sustinuerō, omnes qui audierint, dicent, Magnus est iste Deus, pro cuius nomine serui eius non timent mori. [Mihī autem viuere Christus est] id est si vixero, CHRISTVS mihi vita est: vel si vixero, per prædicationem meam corpus eius augebo [et mori lucrū] Si sub poenis mortuū siue

ro maximum lucrum est mihi, & magis ac magis prædica-
bitur. Vel lucrum est mihi mori, quia si mortuus fuero, ma-
ximum lucrum percipitur sum, id est vitam æternam,
[Viuerem in carne mihi fructus est operis] quia quo am-
plius vixero, mercedem meam augebo. [& quid eligam igno-
ro]. i. vtrum mortem appetam, an adhuc in carne manere
optem. Est autem sic distinguedum. Et quid eligam ignoro,
[cū Christo esse, multo magis melius] Cū dixit multo ma-
gis melius esse [dissolui & cum Christo esse] & subdit per
manere in carne necessariū ostendit quid magis eligat, &
bonum quidem esse manere hic: sed melius & optimum ma-
nere cum Christo. [Et hoc confidens scio, quia manebo]. i.
cōfido & credo, quia manebo quādiu dño placuerit [& p
manebo]. i. vsq; ad perfectionem & corroboracionem fidei
vestrae manebo [omnibus vobis ad profectum vestrum]. i.
ad vtilitatē [& gaudiū fidei]. i. vt ego & vos gaudeamus
de vestra fide. [vt gratulatio vestra]. i. vt gaudium ves-
trum [abundet in Christo Iesu in me per meum aduentū
iterum ad vos.] Gratulari, est congaudere & gratias refer-
re, & est sensus: Vt vos, inquit, gaudeatis de meo aduentu
& gratias referatis deo, qui vobis me in columnam reddidit
liberatum a vinculis. [Tantum]. i. tantummodo [digne in
Euāgelio Christi conuersamini]. i. viuere & perseuerate.
Digne in euāgelio conuersari, est xpm scdm quod euange-
lium docet, credere, docere secundum eius præcepta viuere
& quæ promittit sperare, & ex mandatis eius omnia age-
re. [vt siue cum venero & videro vos,] subaudis gaudeā
de vestra fide, [quia statis] perseueratis, solidi estis [in vno
spiritu,] in vna voluntate. Vnde in actibus Apostolorum
Lucas dicit, Multitudinis, inquit, credentium erat cor v-
num & anima vna, id est vna voluntas, vna fides. [vna-
nimes] id est in vno spiritu, [collaborātes.] id est, simul la-
borantes in fide euangelij, bene viuendo, recte credendo
& docendo [& in nullo, terreamini.] facto vel negotio.
Terreamini dicit, id est pauceatis minas & errores hæreti-
corum, paganorum, falsorum Christianorum, quia afflictio
quæ vos tribulant, ad damnationem est illis, & vobis ad
præmia æternæ remunerationis [quæ] subaudis afflictio
& tribulatio vestra. [Illis est ad damnationem æternam

Et hoc illis a deo fiet ad damnationem, & vobis ad salutem.
Aliter: Hoc (inquit) a deo, subaudis concessum est vobis, vt
pro eius nomine talia patiēdo perseuerare possitis, vt pal-
mam martyrij obtineatis, quod non concedit nisi amatori-
bus suis, quos ipse amare se facit [sed vt etiā pro illo patia-
mini]. i. pro illo patiēdo perseuerantiam habeatis & post
ea palmam obtineatis. [idem certamen habentes]. i. agonē
cōtra hereticos: paganos, falsosq; Christianos. Si recessitas
fuerit sustineatis, qualia sustinui apud vos, quādo verbera-
tus sum p muliere phytionissa, a qua spiritū malignitatis
exclusi, quæ magnū quæstū præstabat dominis suis. Cap. 2.



Tunc audistis de me,] subaudis quæ susti-
neo Romæ positus. [implete gaudium meū
vt idem sapiatis]. i. quod sapimus in fide, in
opere, in doctrina, vel vnam voluntatē ha-
beatis, [eandem charitatē habentes vnani-
mes]. i. vnus voluntatis, [id ipsum sentien-
tes]. i. sapiētes quod nos sapimus: vel quod intelligitis de fi-
de sanctæ trinitatis, qui sapientiores estis, facite vt vestro
studio & prædicatione minus capaces id ipsum sapiāt. [Ni-
hil per cōtentionem] Omnem hic prohibet contentionem
& voluntariam & necessariā. Contentiosi erāt apud Phi-
lippenses, qui contendebant de questionibus legis, & de ge-
nealogijs: hoc ideo, vt dū alios superabāt, ipsi gloriosi ap-
parerēt [neq; per inanem gloriam]. i. vanā [sed in humi-
litate superiores sibi inuicē arbitrantes.] Omnes enim des-
hemus nobis meliores & superiores existimare: & si videamus
aliquem aliquo vitio macipatū esse, & tamen aliqua
virtute pollere, ppter vnam virtutem quam habet, debe-
mus nobis illū præferre: & si non videamus in illo aliquā
virtutem potest tamē habere aliquod bonum quod bonū
nos lateat [nō quæ sua sunt singuli cōsiderantes]. Non so-
lummodo sua cōmoda & suam vtilitatem debent quærere,
sed aliorum. Vtilitas enim multorum, multis prodest
vnus vero, tantum vni prodest. [sed & ea quæ aliorum].
i. quæ ad multorum vtilitatem pertinent quærere debe-
mus. [Fratres, hoc em sentite in vobis.] hoc est, intelligite
& sapite & cōplete in vobis, quod intelligitis in Christo
esse completum [quod & in Christo Iesu]. i. sicut Christus

non quesiuit sua, sed nostra, ita nos non solummodo nostra
 queramus, sed aliorum [qui cum in forma dei esset]. in æqua
 litate paternæ diuinitatis, cōsubstantialis & cōqualis in om
 nibus illi, [nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo] Rapi
 na est, quādo quilibet homo alienam rem per violentiam
 sibi usurpat, quæ illi nō competit. Et dominus Iesus rapinā
 non fecerat, quādo dixit se parem esse deo patri & equalē
 dicēdo, Ego & pater vnum sumus: Nisi in veritate esset fi
 lius dei, æqualis illi nō esset in omnibus. Præcursor vero il
 lius quādo dixit, Non sum Christus, interrogatus a scribis
 & pharisæis & populo, si dixisset, Ego sum Christus, rapi
 nam faceret. Simō ergo magus rapinam fecit, quādo cum
 esset filius diaboli dixit, Ego sum filius dei, ego sum paracle
 tus, ego sum hō dei [sed semetipsum exinanauit]. i. humili
 auit, & quasi cōtraxit & minorauit. Exinanitio est, quā
 do res magna & incomprehensibilis, in parua formula cō
 prehenditur. Verbi gratia: Si quilibet artifex totius mūdi
 machinam, & quæ in mūdo habentur, homines, bestias, vo
 lucre, montes, arbores, ciuitates, flumina, pisces, in paruissi
 ma formula ad comparationem magnitudinis mundi vo
 luerit comprehendere in pictura vel cera, illud est exinani
 tio. Similiter verbum dei patris, quod vbiq; est per inuifi
 bilitatem diuinitatis suæ, quando in parua forma hominis
 dignatus est apparere visibilis, quasi semetipsum exina
 niuit & humiliauit, atq; (vt ita dicam) quodammodo con
 traxit. Est enim supra omnia, extra omnia, infra omnia, &
 quicquid est, itra ipsum est. Verbi gratia. Sicut beatus Au
 gustinus dicit, dans similitudinem ex spōgia, & mari, com
 parans spongiam mundo positum in medio maris, &
 comparans mare diuinitati: Sicut (inquit) spongia po
 sita in medio maris & fluminum, vndique habet a
 quam, supra, intra, vndiq; & per medias latebras penetra
 tur, ita mundus comparatiōe diuinitatis quasi nihil est, &
 ita circūdant & penetrat diuinitatis omnia, sicut mare spō
 giam [formam serui accipiēs] id est in veritate hominem
 suscipiens, [in similitudinem hominum factus.] Hic simili
 tudo pro ipsa veritate ponitur: id est, verus homo factus,
 quia verbum caro factum est, id est, deus homo factus est,
 [& habitu inuentus vt homo.] Multis modis habitum di

Ioan. 10.
 Ioānis. 1.
 Act. 6.

Ioānis. 1.

emus. Est autem habitus accidens nobis qui mutat illum
 cui accidit, sed non mutatur: sicut sapientia quæ mutat
 hominem quem de stulto vel stolido facit esse sapientem,
 sed ipsa nō mutatur. Est habitus secundo modo qui mutat
 hominem & mutat, sicut est cibus, qui de exilitate atque
 languore mutat nos in robur & valetudinem, & tamē ip
 se mutatur comestus a vobis. Est habitus tertio modo, qui
 nec mutat nec mutat, sicut annulus positus in digito, qui
 modus rarissime inuenitur. Quartus modus est, cui ea quæ
 accidunt, nec mutant, nec mutantur, sed tamen aliam spe
 ciem & formam accipiunt, sicut vestis quæ aliam speciem
 habet cōplexa siue cōplicata, quam induta. Qui modus cō
 gruit huic comparationi. Nam sicut vestis cū induitur
 adheret quidem corpori: sed non mutatur a sua natura, vt
 semper vestis nō permaneat, licet aliam speciem & maio
 rem honorem assumat quæ antea habuisset, ita verbū dei pa
 tris assumendo hominē, nō est mutatus in hominē, nec ip
 se hō assumptus est a verbo, mutatus est in verbo, licet aliā
 specie assumpsisset in hoc quia maioris honoris & digni
 tatis extitit quæ aliquis hominū, quæ speciosus fuit forma patris
 filijs hominū [humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq;
 ad mortē] factus obediēs deo patri, cuius volūtas fuit vt
 redimeret genus humanū, & nō solū patri, verū etiam &
 matri, vt in euāgelio habet, quia venit Nazareth, & erat
 subditus illis [mortem autem crucis.] Ideo crucifixerūt eū,
 quia omnibus mortibus seuerior est mors crucis, ppter lō
 gum cruciatum. Si enim gladio transfuerberassent eū, cito
 finiret: vel sic placuit ei, vt quia per lignū peccauit homo
 per lignū redimeretur. [Propter quod] subaudis tormē
 tum, vel propterea quia obediēs fuit deo patri, [deus] pa
 ter [exaltauit illum] hominem assumptum a verbo, tertia
 die a mortuis suscitādo, & quadagesimo die ad cælos sub
 leuando vel supra omnia constituendo, & donauit illi no
 men, [quod est super omne nomen.] Quod nomen dedit
 illi? vt filius dei vocaretur & esset, qui filius hominis erat,
 secundum quod in die baptisimatis innotuit paterna vox,
 inquit: Hic est filius meus dilectus. Similiter in monte,
 vel etiam nomen dedit illi quod est super omne nomen,
 vt Iesus vocaretur, i. saluator, licet em legamus homines

Psal. 44.

in Genesi, & angelos in libro beati Iob, filios dei appellatos esse, tamen nullus illorum appellatus est saluator, neque filius dei proprie, sed abusive, quia nemo illorum potuit genus humanum saluare nisi ille solus [ut in nomine Iesu]. id est in inuocatione nominis Iesu [omne genus flectatur]. id est omnia genera hominum subiecta sint ei [caelestium]. id est angelicarum virtutum [terrestrium]. id est hominum & creaturarum [et infernorum]. id est daemonum & aiarum quae in inferno habitant. Aliter: Omnia caelestia & omnia sub terris, quae in inferno esse dicuntur, eius iudicio & nutui & imperio seruiunt [et omnis lingua confiteatur]. id est omnis homo confiteatur [quia dominus Iesus in gloria est dei patris] in aequalitate potestatis & naturae diuinitatis. [Itaque charissimi mei in fide] & dilectione [sicut semper obedistis] subaudi dominum & mihi [non in praesentia mea tantum]. id est sicut semper obedientes fuistis in praesentia mea, cum apud vos essem [sed multo magis obedite nunc] verbis nostris [in absentia]. Multi sunt enim qui in praesentia obedientes sunt, & in absentia inobedientes existunt, sicut serui qui ad oculum seruiunt [cum metu] subaudi cordis. [et tremore] subaudi corporis. [vestram salutem operamini.] id est vitam aeternam praeparate vobis. [Deus est enim qui in vobis operatur.] Ne videret Deum a nostra salute excludere, & quasi sine dei auxilio saluari possumus, subiunxit. Deus est enim qui in vobis operatur. Omne ergo bonum quod habemus, tam bona voluntas, quam bona operatio, non est a nobis, sed a deo. Sed quaestio est. Si ipse dat voluntatem, & possibilitatem, qua mercede digni sumus? Praeuenit nos siquidem gratia dei & misericordia, & nos debemus obedire voluntati illius, & ipse postmodum dat possibilitatem. Debemus ergo nos optemperando obsecundare ei, & dum iungimus voluntatem nostram & obsequium voluntati & possibilitati illius, laudandus est ille qui praeuenit, & qui possibilitatem praestat atque perseverantiam, ut nos digni simus mercede aeterna [et velle] id est bonam voluntatem habere [et perficere pro bona voluntate]. id est ut semper quod bonum est, velimus. [Omnia autem facite sine murmurationibus,] subaudi bona, quae euangelium praecipit, sine murmurationibus, id est ne dicatis Grauius nimium sunt quae deus praecipit, [sine hesitationibus] id est dubitationibus, id est ne dubitetis in fide, nec de his

quae euangelium permittit. [et sitis sine quaerela]. id est sine reprehensione [et simplices sicut filii dei.] Sicut deus simplex est ita filii eius puri & simplici corde debent incedere [sine reprehensione]. id est sine crimine [in medio nationis praeue & puerum, inter quos lucetis.] Quando Apostolus ista scribebat. Philippensibus necdum adhuc renati omnes erant neque fideles sed multi erant infideles & heretici falsique Christiani. Inter quos omnes lucetis. Optabat Apostolus ita illos qui fideles erant viuere, ut sicut sol fugat tenebras, & luna caeteraque sidera illuminat noctem, ita illi lucendo fide, opere, & doctrina, tenebras erroris & nebulas infidelitatis suo exemplo & doctrina de cordibus infidelium fugaret [sicut luminaria] sol luna, &c. astra in mundo [vel in hac vita, verbum vitae continentem]. id est fide rectam qua viuunt iusti, vel illius verbi memoriam, die quo dicitur In principio erat verbum. [ad gloriam meam in die christi] quia vobis praemium erit, si ita vixeritis: & mihi gloria in die iudicii, qui verbum vitae vobis ministraui [quia non in vacuum cucurri] subaudi de loco ad locum praedicando [neque in vacuum laboraui] corporeae linguae instantia. Et hoc ad gloriam meam [sed est immolator]. id est interficior a Nerone. Nero ipse fuit sacerdos Petri & Pauli: quia ipse maculauit eos maculauit qui deus sed non obtulit, quia ipsi seipso obtulerunt. [supra sacrificium. Gaudeo] quia vos obtuli sacrificium deo [et super obsequium fidei vestrae] & supradictam fidei & religionis quae vos docui. Beatus Paulus qui Philippenses ab infidelitate liberauit, & in baptismo a peccatis purgato sanctificauit ipse utique obtulit eos & sacrificium eius ipsi fuerunt. Obsequium etiam appellat cultum & religionem, ut alibi: Rationabile sit obsequium vestrum, & est sensus. Et si [inquit] interficior a Nerone, non sentio poenas, neque pertimesco mortem, congaudeo omnibus vobis, propterea quia vos sacrificium obtuli deo, & quia vos docui religionem fidei. [Id ipsum autem & vos gaudete.] id est sicut ego gaudeo de vestra fide, ita & vos congaudete de meo praemio quod perceptum sum pro vobis. [Spero autem in domino Iesu Christo Timotheum &c.] Timotheus erat discipulus Apostoli, omni fide atque doctrina atque operibus bonis adornatus, & per hoc Apostolo ad modum charus, intantum ut vniuersis dicatur esse illi, id est vnius voluntatis, Habebat tamen & alios eodem

affectu diligentes, vt erat Titius, Lucas, Clemēs & alij, sed
 quādo hanc epistolam mīsit illis, non habebat secū de perfe-
 ctioribus nisi istum: omnes enim erant causa praedicationis
 nis dispersi per diuersa loca, ideoq; dicit neminē habere se
 in praesenti tam vnanimē, vel poterat esse vt Timotheus
 plus omnibus discipulis eius Philippenses diligeret. [cito]. i.
 in pximo me mittere ad vos, vt & ego bono animo sim
 .i. tranquillo & securo animo sim [cognitis quae circa vos
 sunt]. i. cum cognouero per illum quae circa vos agitur,
 tā in fide quā in cōuersatione. [Neminem em habeo] sub-
 audis modo apud me [qui sincera]. i. pura & firma, [affe-
 ctione pro vobis sollicitus sit.] Et ea voluntas quae erat in
 Apostolo erga Philippenses, erat & i Timotheo, ideo dicit:
 Neminē habeo tā vnanimē. i. qui eandem mentē gerat er-
 ga vos, & pro vobis ita sollicitus sit, ideoq; ille mittēd⁹ est
 qui & mihi est charissimus: & curā de vobis maximā ge-
 rit [Oēs enī quae sua sunt, subaudis cōmoda [querunt, non
 quae] sunt [Iesu] Christi, modo ostēdit quare alij qui cū illo
 erāt, non erant ei ita coniuncti, sicut ista, Oēs enim sua com-
 moda quærūt aut quietē, nolētes tribulari pro aliorū salu-
 te, nisi vt ab eis luca tēporalia recipiant, non curantes de
 remuneratione aeterna. [Experimentum]. i. probamentū
 [eius cognoscite, quia sicut patri filius mecū seruiuit i euā-
 gelio] Nō mihi (inquit) seruiuit sed mecū seruiuit Christo
 in euāgelij praedicatione, seruiuit tamē & beato Apostolo
 [Hunc ego spero me mittere ad vos, mox vt videro quae
 circa me sunt] Posit⁹ Apostol⁹ in vinculis, dubitabat vtrū
 decollandus esset a Nerone, aut dimittendus liber de car-
 cere, ideoque dixit, Cū cognouero (inquiens) quid mihi eue-
 nerit, si de carcere incolumis exiero: mittam eum ad vos:
 [Confido autem in domino: quoniam & ipse cito veniam
 ad vos.] sciendum tamē, quia postmodum ipse non venit
 ad eos [Necessarium autem existimaui Epaphroditū mit-
 tere ad vos.] Quia Timotheum nō possum mittere quō-
 nius cognoscām quae circa me sunt puto necessarium esse
 vobis mittere Epaphroditum: qui epaphras appellatur a
 illo loco sicut Lucius, Lucas, Apostolus enim nō curabat de
 proprietate nominum [cooperatorem] id est, simul labo-
 rantem in praedicatione [&] socium siue [Commilitonē]

in castris dei pro fide, [vestrū aut Apostolum,] vel qui ad
 vos a me mittitur, vel quē vos de vestris elegeris in Apo-
 stolum mittendo illū ad me [& ministrū necessitatis meae]
 & desiderij qui mihi iā posito i carcere ministrat quae ne-
 cessaria sunt, & insuper praedicationi insistit. Apostolum au-
 tem illū vocat: quia ab illo missus est. Omnis enim qui mit-
 tit, Apostolus vocatur [propterea quod audieratis illum
 infirmatum, nam & infirmatus est vsq; ad mortem, sed de
 us miseratus est eius.] subaudis quia reuocauit eū de fauci-
 bus mortis ad vitam. [Nō solum autem eius,] subaudis mi-
 fertus est, [verum etiam mei,] miseratus est. Quare? [ne tri-
 stitiā] mortis eius [sup tristitiā] infirmitatis eius [habe-
 rem] beatus Apostolus dolebat de infirmitate Epaphrodi-
 ti: Sed si ille ab hac luce migrasset, super tristitiā infirmitatis
 haberet tristitiā mortis eius, vel quia ipse in vinculis
 astrictus tenebatur, si contigisset Epaphroditū mori, qui
 ei necessaria procurabat, super tristitiā vinculorū habe-
 re tristitiā de morte illi. [Vt viso eo iterū gaudeatis.] Gau-
 diū Apostoli. Gaudium erat Philippenses sicut tristitia eius
 tristitia illorū similiter tristitia Philippenses tristitia erat
 Apostoli, & leticia illorū, leticia illi: sicut ipse dixerat Gau-
 dete cum gaudentibus flete cum flentibus [& ego sine tristi-
 tia sim] subaudis cū cognouero vos letificatos illius presen-
 tia: & cum per illum agnouero quae circa vos agunt. [Ex-
 cipite itaq; illum cum gaudio in domino, & eiusmodi eū
 honore habetote]. i. non solum qui vester Apostolus est
 cum gaudio spirituali suscipite sed omnes qui eādē fidē
 habent, & bonis operibus insistant, sicut ille. [quoniam pro-
 pter opus Christi vsq; ad mortem accessit] id est, propter
 charitatem & praedicationem euāgelij accessit, subaudis
 praedicando, & mihi ministrādo contra iusta principum.
 [tradens animam suam] subaudis periculo mortis. [vt im-
 pleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.]
 Philippenses qui ab Apostolo verbum praedicationis audie-
 runt, propter quod saluati sunt si facultas eis affuisset, &
 longitudo terrae non obstitisset, ipsi debuerant ei oīa sub-
 sidia temporalia praebere & ministrare. Quod ergo illi
 implere nequiverunt, solus Epaphroditus vice illorum
 contra praepcepta imperatoris adhaesit illi in carcere, &

Ro. 2.0.

procurauit illi victum & vestimentum, & insuper socius fuit prædicationis. Hic ergo tradidit animam suam periculo mortis, quia contra præceptum imperatoris accessit ad illum, ut diximus, & in hoc quod ei ministravit, impleuit quod ex eis deerat, quia quod illi debuerat agere, ipse fecit, sicut Apostolus declarat. Ut impletet quod ex vobis deerat id est, quod vos non poteratis implere impediente longitudine terrarum, ipse pro vobis impleuit. CAP. III.



De cætero .i. deinceps, & præter illa quæ superius dicta sunt [fratres mei in fide gaudete in domino] non in rebus temporalibus & terrenis atque caducis. [eadem vobis] .i. ea quæ doctus præfatus, quia vobis & mihi est necessarium [me non piget scribere] sed videte ne vobis pigrum sit ea legere & implere. [Videte canes] .i. caute & declinate. Canes appellat iudeos [et malos operarios] eosdem appellat circumfisionem, quia consuetudo eius est iudeos appellare circumfisionem, & gentiles præputiam. Ideo ergo appellat eos canes, quia sicut canis latrat ac deinde mordet, ita illi loquendo oblatrabant, & seducendo aspere mordebant. Mali operarii erant, quia male suadebant eis operari, dicentes. Non potestis saluari per baptismum nisi circumcimini, sicut lex præcipit, quia scriptum est, Masculus cuius caro circumcisa non fuerit, peribit anima illius de populo suo, quia pactum meum irritum fecit in Adam. [Nos enim sumus circumcisio] Nos .i. omnes recte credentes sumus spiritualiter circumcisi [qui spiritu deo seruimus] .i. spiritualiter & non carnaliter: vel etiam qui mente deo seruimus, sicut in euangelio habetur spiritus est deus & eos qui adorant eum in spiritu .i. in mente oportet adorare [et gloriamur in Christo Iesu] .i. in fide Iesu Christi, & [non in carne fiduciam habentes] id est, carnali circumfisione, quia nos habemus omnes sensus corporis circumcisos [quanquam ego habeam confidentiam in carne] id est, habere possem in carnali circumfisione si aliqua ibi esset fiducia. [Si quis autem alius] subaudis vestrum gentilium [videtur confidente in carne ego magis.] Diceret aliquis. Non es circumcisus neque iustus circumcidi ideo talia præcipis. Ad hec ille. Non ideo inquit, talia præcipio, .i. ideo præcipio non circumcidi, quasi

non ego sim circumcisus, & possim in gloria mea confidente plusquam aliquis vestrum gentilium, si esset in ea aliqua fiducia & iustitia postquam Christus venit, sed quia non est ibi aliqua gloriatio: nolo ut circumcidamini a Iudeis. [Ex gratia Israel] subaudis natus sum [de tribu Benjamin] quod nemo vestrum est [Hebræus ex hebræis] subaudis natus de tribu Benjamin [secundum legem phariseus] id est, doctor legis Moysi [secundum æmulationem persequens ecclesiam dei.] Fui, inquit, doctor legis, & propter studium & amorem synagogæ, quam volebam statuere, persequabar ecclesiam dei, Aemulus dico inuidus & imitator & studiosus, sed in hoc loco pro studioso ponit Beatus ergo Apostolus studiosus emulor fuit in lege, volens synagogam statuere, & ecclesiam dei destruere persequendo sanctos [Secundum illam iustitiam quæ in lege est.] Si aliqua iustitia modo in lege est [conuersatus sum] subaudis vixi sine crimine & sine reprehensione, ut mihi visum est & alijs: quia circumcisus sum octauo die & quadagesimo die pro me legalia munera sunt oblata, & festiuitates, & [sabbata, obseruaui, & cetera omnia quæ lex præcipit, sed quæ mihi fuerunt lucra] hoc est: quæ putabam quod mihi præstarent magnam quaestum & præmium, hæc omnia intellexi mihi futura ad damnum, si ea carnaliter obseruarem [propter Christum] .i. postquam in Christum credidi vel propter fidem illius quam teneo, credo omnia illa ad damnum & dispendium esse illorum qui ea obseruauerint & propter hoc euangelium Christi, secundum cuius doctrinam debemus viuere, quod supereminet atque transcendit sua dignitate & veritate omnem scripturam diuinorum eloquiorum [veruntamen existimo omnia] subaudis legalia præcepta [detrimentum] id est, damnum [esse] suis auditoribus [propter eminentem scientiam] .i. propter euangelium. [propter quem] .i. propter Christum vel propter fidem eius [omnia] quæ lex præcipit carnaliter obseruare, quasi damnum duxi, & pro nihilo deputo, ut Christum mihi lucrer, & acquiram [et inueniar in illo] .i. in fide eius perferus [non habens meam iusticiam quæ ex lege est, sed illam] quæ est ex fide Iesu Christi. Iustitia quæ in lege erat, iustitia hominis dicebatur, quia manibus operabatur, videlicet in circumfisione & oblatione munerum. Istam ius-

Eze. r.

stitiā respuebat Apostolus &, nolebat eam amplius habere, sed potius desiderabat inueniri in iustitia fidei & euangelij, quæ non est hominis iustitia, sed dei quia spiritaliter in baptisate fit & in mēte [quæ ex deo est iustitia] subaudi dico [in fide ad cognoscendū illum] quia p̄ fidē quæ bonis operibus adornat, cognoscitur deus, [resurrectionis eius] virtutē] subaudis cognoscendā. Quæ est virtus resurrectionis? ut sicut Christus mortuus est & resurrexit, & iā non moriē ita & nos moriamur in fonte baptismatis p̄ctō: & resurgamus ad vitā, & semp̄ i nouitate vitæ ambulemus Et hæc virtus per fidē cognoscit, & per fidē eius peruenit ad societate passionē Christi, quia nisi fidē haberemus nequaquā passionē eius imitaremur. Debemus autē imitari illā ponēdo animas nostras p̄ illo, si necessitas fuerit, vel etiā in nobisipsis debem⁹ mortificare vitia & peccata [cōfigurari sum morti eius]. i. imitator sum mortis eius & passionis illius [si quo modo]. i. si aliquo modo occurrā ad resurrectionem] subaudis electorum. Ista resurrectio non erit omnium resurgentiū, sed tantummodo electorum, quia licet omnes in mōmēto resurgant iusti & impij in die iudicij, soli tamen iusti occurrent domino in aera deportandi ab angelis, sicut alibi idem Apostolus ait: Rapiemur obuiā Christo in aera. Impij vero manebūt in terra quousq; percipient illā terribilem sententiam iudicis, Ite maledicti in ignē æternū, [quæ est]. i. quæ futura est [ex mortuis in die iudicij] [nō quod iam acceperim]. i. non ideo talia dico de resurrectione quod iā perfectionē acceperim: quia nō sum adhuc perfectus, aut etiā iustificatus p̄fectus sim. Quantū ad sapientiā illā pertinet, quæ mortalibus hominibus dat, B. Apostolus sapientiss. omnium hominū erat, qui tunc temporis in carne morabatur, quantū vero ad illā perfectionē pertinet quā recepturi sunt sancti post generalem resurrectionē, perfectissimus non erat, quia nūc videmus in enigmate tunc autē facie ad facie, quia videbimus deū sicuti est [Sequitur autem]. i. imitabor Christū [si quomodo cōprehendā] subaudis perfectionē [in quo & cōprehēsus sum] Omnes electi prædestinati ad vitā æternā in passione domini sunt cōprehēsi, quia per illā sunt redempti nō solum qui post resurrectionē eius saluādi erāt & purgādi per ba-

x. The, 2
 Mat. 25.

I. Cor. 14

ptismū sed etiā oēs iusti qui præcesserunt eius aduētū. Sed dicit aliquis. Si ego cōprehensus sum in passione eius. i. redēptus, & baptismate purgat⁹, quare nō habeo modo in presenti perfectionē fidei, sapientiæ atq; iustitiæ? Cui respondē dum est quia baptismi renouationē polluisi male viuēdo, non poteris illā perfectionē obtinere quousq; iterū mūdatus per pœnitentiā venias ad illū qui te in baptisate mūdauit, [fratres ego nō arbitror cōprehendisse] subaudis p̄fectionem, quia in presenti seculo non possumus esse perfecti. [Vnum autem] subaudis verbum dicam [quæ quidē retro sunt obliuiscens] Quæ sunt illa quæ retro sunt? Oīa tēporalia & trāsitoria, prædia, diuitiæ, & cōmoda presentis vitæ. Quæ ideo dicūtur esse retro, quia cum ab hac vitā trāsierimus per mortem carnis, omnia post nos relinqueamus [ad ea quæ sunt priora extendens me] Quæ sunt priora? Præmia & gaudia patrię celestis, quæ nobis futura sūt & sine fide mansura. Aliter Beatus Apostolus omnia bona quæ in hoc seculo habebat perfecta, ad comparationē æternorum pro nihilo deputabat, & sic quotidie viuēbat, quia si semper inspiens, ideoq; dixit. Obluiscor præditorum desiderans semper ad alia tendere. [Ad destinatum prosequor] id est, ad promissum tendo [ad brauium.] id est, ad coronam [supernæ remunerationis in Christo Iesu]. i. per Christum Iesum [Quicūq; ergo perfecti sum⁹] ad comparationem aliorum [hoc sentiamus] subaudis quia nō sum⁹ perfecti. Quicūque sumus perfecti id est, qui perfecti arbitramur esse ad cōparationem fidelium & minus intelligētium hoc sapiamus quia non sumus perfecti ad illam cōparationem quam percepturi sumus in die iudicij. [Etsi quid aliud sentitis vel sapitis] de hoc quæ diximus, & hoc nō ex vobis, sed [deus illud manifestauit.] Beatus Beda loquens quodam loco ex dictis Apostoli ait: Vnusquisque in suo sensu abundet & si aliud quid sapitis, & hoc vobis de⁹ reuelauit. Quid ergo si hæreticus est, debet in suo sensu abundare? Minime. Non de hæretico loquor, sed de Christiano. Vnusquisque, inquit, fidelis in suo sensu abundet, id est, quod credit opere impleat studeatque abundare virtutibus: & si quid aliud sapit quod contra fidem fit propter bona opera quæ habet reuelabit illi D E V S, vt illud cor-

rigat, sicut fecit Cypriano Carthaginensi ep̄o, qui vnā mer-
 sionē tātūmodo dabat baptizādīs, ignorāter hoc agēs. Sed
 quia bonis operib⁹ inseruiebat, & qđ intelligebat opere
 implebat, meruit reuelationē recipere a dño, vt trinā mer-
 sionē daret baptizādīs [Ad quod peruenim⁹]. i. in fide, ad
 quā perueni ego, docēte dño & vos me prädicante [in ea
 maneamus] ambulātes de virtute in virtute [vt idem sa-
 piamus] subaudis de Christo. i. vnā fidem habeamus [&
 permaneamus in regula] .i. in reſtitutione fidei. [Fratres
 imitatores mei estote.] imitatio est cuiusq; rei quādā co-
 gnitio, imitari est sequi & est sensus: Si Christum nō pote-
 stis imitari & sequi, saltem me imitamini discipulum eius
 in fide, in opere, in doctrina: vt sicut ego credo, operor, do-
 ceo, ita & vos credatis, operemini, doceatis, [& obseruate
 eos] Hoc verbum quod est obseruate, varias habet signifi-
 cationes. Aliquando significat declinare & cauere, vt ibi,
 obseruate eos qui dissensioēs & offendicula faciunt, id est
 declinate ab eis. Aliquādo insidias moliri, vt ibi: Et ipsi ob-
 seruabant, id est, insidias tendebant. Aliquando imitari, vt
 hic, obseruate, id est, imitamini tales qui formam doctrinæ
 nostræ habent, qui ita credunt, viuunt & docent [qui ita
 ambulāt] id est, qui ita viuūt sicut & ego. [sicut habetis
 formam nostram] id est, formam doctrinæ nostræ [Multi
 enim ambulāt] id est, non recte viuunt, sicut pseudo Apo-
 stoli, [quos sæpe dicebam vobis] id est, quos sæpe prædica-
 bam vobis cauendos esse, cum apud vos essem præsens,
 [nunc autem & flens dico] Imitanda est charitas Aposto-
 li, qui etiam inimicos crucis Christi desebat. Sicut Samuel
 inimicum suum Saul: & sicut idem Apostolus Corinthios
 alibi, qui post fornicationem non egerunt pœnitentiam,
 [inimicos crucis xp̄i flens dico] vt declinetis ab illis [quo-
 rum finis] id est, mors præsentis vitæ, [interitus] est illis. i.
 perditio æterna: quia vt ab hac vita transferint, tradentur
 pœnis sempiternis. Inimicos crucis Christi, appellat Iu-
 dæos & alios infideles, qui dicebant non posse hominem
 saluari per fidē dominicę passionis sine circūcisione [quo-
 rum deus venter est.] subaudis ab illis declinare. Quorum
 deus venter est, illorum qui ideo prædicant, vt ventrem
 suum possint implere, [& gloria in confusione ipsorum]

id est, in verecundo & pudendo mēbro genitali, quia glo-
 riantur se circūcisos esse [qui terrena sapiūt]. i. qui legem
 nō spiritaliter, sed terrene intelligunt, vel qui carnalē cir-
 cūcisionem in se & in alijs obseruare volūt. [Nostra au-
 tem cōuersatio in cælis est.] Iungit se cæteris sanctis, qui
 terram corpore, cælum vero mente inhabitant. [Vnde] id
 est de cælis, [etiam saluatorem expectamus] subaudis vēs-
 turum ad iudicium, [qui reformabit] id est, renouādo for-
 mabit [corpus humilitatis nostræ] Corpus nostrū, corpus
 humilitatis est, quod per mortem in puluerem & vermes
 humiliari potest. Istud corpus primum formauit in vtero
 materno, sed iterum reformabit illud per gloriam resurre-
 ctionis, [cōfiguratum] id est: assimilatum corpori clarita-
 tis suæ, id est, in gloria & immortalitate: quia illam clarita-
 tem habebūt corpora sanctorum post diem iudicij, quam
 habuit corpus Christi clarificatum in monte, quia similes
 angelis erimus, & poterat aliquis dicere, Quomodo pote-
 rit corpora nostra reformare, quæ a vermibus erūt corru-
 pta, & in puluerem redacta? Ad hæc beatus Apostolus [se-
 cundum] illam [inquit] potestatem qua semetipsum tertia
 die resuscitauit, & qua sibi potuit omnia subijcere corpora
 etiam nostra in die iudicij reformabit ad claritatem suam
 [operationē quæ possit]. i. potest vel potuit [subijcere si-
 bi omnia.]

CAPVT IIII.



Taque fratres mei in fide [charissimi] in di-
 lectione [& desideratissimi] opere vel affe-
 ctu [gaudium meum] subaudis in præsentem,
 [& corona mea] subaudis in futuro, quia vos
 deo acquisiti [sic stete]. i. sic perseuerate in
 fide, in opere, in doctrina, sicut a me audistis
 & vidistis [Euchodiam rogo & Scyntychē deprecor, id-
 est, ipsum sapere in domino] subaudis quod nos sapimus, ego
 alijs fideles, qui ita sapiunt & credunt perfecte sicut, &
 ego. Sapiētes & religiosæ mulieres erāt apud Philippēses
 quę prædicabāt domi in suo sexu paruulos etiā & paruulas
 docebant, nō tamen in ecclesia, quia idem Apost. hoc præci-
 pit, vt mulieres in ecclesia taceāt. [Et te Germane cōpar]
 Germanus comes erat ipse in fide, in officio prædicatiōis
 & tñ diues: ideoq; præcepit, vt ipse qui abundabat opibus,

Vel etiā in prædicatione adiuuaret illas. Cōpar, comes in fide et officio. [adiuua illas] subaudis supra mēoratas [que mecum laborauerūt] [subaudis, docentes in suo sexu [cū de mēte] Olemēs phūs fuit, sed postea discipulus Apostolorū Petri & Pauli factus, præfuit ecclesiæ Romę, præsul, & p̄ Christi nomine in mare est præcipitat? [& cæteris adiutoribus meis.] Ne Philippenses dure acciperent, quod illorū nomina in hac epistola non continerentur, ideo subiunxit: Et cæteris adiutorib? meis, [quorum nomina sunt in libro vitę] & est sensus, O Philippenses, nolite grauitè ferre quod omnes vos in epistola mea non nominauī, quoniam et si in mea epistola non estis scripti, in libro tamen vitę continemini. quia mei adiutores estis. Iste est liber vitę, de quo domin? dicit. Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis. i. in libro vitę, i. in memoria omnipotētis dei [Gaudete in domino semper] Vos qui non gaudetis in temporalibus rebus, negotijs terrenis, caducis & transitorijs, gaude te in domino, in fide, in ore, in opere, in mēte, & corpore [in modestia, i. māfuetudo & humilitas] [vestra, nota sit omnib? hominibus] fidelibus & infidelibus hereticis falsiq; fratribus. Fidelibus nota sit, vt vestro exemplo corroborētur in omni bonitate, imitatores vestri facti, vt vos mercedē recipiatis. Infidelibus nota sit, vt videntes vestram religionem & bonam conuersationem, nō possint infamare vestram fidem & nomē domini saluatoris, sed potius vestro exemplo reuocentur ab errore. [Dominus prope est] oībus videlicet qui recte credunt, iuste viuūt, bene docēt & cor immaculatum habēt, vel prope est, vt ad iudiciū veniat, [& nihil solliciti sitis] de mūdānis terrenisque reb? Sollicitudo est superflua cura. Sed iusti nō debent superflua curam habere de rebus transitorijs, sed in domino omnem spem ponere, iuxta quod Psalmista ait, lacta in domino curam tuam, & ipse te enutriet [sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione.] Oratio est pro præteritis excessibus & delictis, obsecratio pro adipiscēdis futuris, gratiarum actio pro collatis beneficijs. Ideo debem? omnipotenti deo gratias referre pro beneficijs collatis, vt cum de perceptis muneribus non inueniamur ingrati, de

percipiendis nō iudicemur indigni. [petitiones vestræ in notescant apud deum.] Nolite [inquit] superflua curam assumere pro temporalibus rebus, sed petitiones vestræ in notescant apud deum. i. notę fiant deo per ministerium angelorum. Si ergo omnipotens deus omnia non solum præterita & præsentia, sed etiam futura cognoscit, & non solum opera, sed etiam cogitationes discernit, & totus vbiq; est, quid necesse est vt per ministeriū angelorū renūtiēt ei quę agimus? Non ergo ideo illi nuntiāt, quod illū aliqd lateat, iuxta quod Salomō ait: Tu solus nosti corda filiorū hominum, sed vt officium & ministerium suum adimpleant, quia nūtiū sūt [Et pax dei quę exuperat oēm sensum] Exuperat, i. transcendit oēm sensum & angelorū & hominum non tñ dei. De qua pace loquitur? Qua reconciliati sumus deo per passionē filij eius. Ante aduētū quidē domini longe eramus a deo, & discordes eramus tam deo quā angelis sed per passionē filij dei reconciliati sumus deo. Ista reconciliatio necesse est vt semper nos custodiat. Exuperat autē oēm sensum præter sensum domini quia nemo angelorū nemo hominum pōt penetrare mysteriū passionis filij dei & nostrę reconciliationis, & quāta fuerit charitas in illo: quia cū deus esset, pro nobis hō fieri dignatus est [custodiat corda vestra & intelligētias vestras] Cor & intellectus p̄ vno est accipiēdū [in Christo Iesu], i. per Iesum xp̄m, vel ī fide Iesu xp̄i [De cætero fratres] p̄ter illa superius memorata, [quęcūq; sūt vera, quęcūq; pudica, quęcūq; iusta, quęcūq; sancta, quęcūq; amabilia] .i. oīa quę in euāgelio habētur cogitate, & cogitādo opere implete quia illa sunt vera. Omnia vera sunt pudica & casta, quia ab omni mēdacio sūt inuolata & incorrupta. Illa sunt iusta & sancta, quę sanctitatem & iustitiā docēt [quęcūq; sunt bonę famę], .i. quę bonam famam nos faciunt habere, omnia ista cogitate & perscitate, [si qua virt?] subaudis fidei, operatiōis, doctrinę & vnde laudari deus pōt, illa deo applicate, nō vestris meritis, [quę audistis] subaudis p̄ literas nostras, vel a meis fratribus & vidistis, [in opere] & deus pacis erat vobiscum. hoc est, deus qui est pater pacis, id est domini nostri Iesu Christi qui est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, [Gauisus sum autem in domino vehemētè quoniam tandem aliquādo

In principio prædicationis Aqostoli, quando Philippenses crediderunt, maximam humanitatem præbuerunt ei ministrantes ei læto animo quæ necessaria erant: sed cum cœpissent persecutionem pati a suis ciuibus infidelibus, & tribulari a persecutoribus cessauerunt a ministracione, neque enim poterant in seditione ac persecutione positi, officium charitatis ita implere, sicut tempore pacis. Cum vero reddita esset illis tranquillitas domino suffragante, reuersi sunt ad priusnam conuersationem cœperuntque ministrare Apostolo aliisque sanctis quæ necessaria erant. Quapropter congaudent Apostolus illorum bonitati, & dicit. Gauius sum (inquiens) valde: quoniam tandem, i. ad vltimum, aut vix antequando [refloruistis], i. florem virtutū protulistis, reuersi ad priorem conuersationem & consuetudinem. Floruistis id est florem bonæ operationis protulistis, i. affectum dilectionis erga me exhibere cœpistis sicut ante exhibebatis, [Occupati autem eratis] subaudis in persecutiōe ciuim, Excusat eos modo dicens: Indulgeo vobis si ad tempus illud omisitistis, quia detenti eratis in persecutione inimicorum. [Non quasi propter penuriam], i. indigentiam [hoc dico. Ego enim didici in quibus sufficiens essem], i. ego scio in quibus possum sufficiētiam habere, quia scio indigentiam patienter ferre, & sunt multi qui positi in abundantia nesciunt temperantiam habere, sed comedunt & bibunt vltra modum & vtūtur his quibus abundāt imperate, a quorum numero erat Apo. alienus [Scio humiliari], i. scio penuriam patienter sustinere [Scio & abundare], i. in abundantia temperas esse, ne corrumpar ab ea [In oib⁹ institutus sum: & satiari], i. abundare [& esurire, i. penuriam pati] oia possum in eo qui me confortat, [Ne videret sibimetipsi tribuere hoc quasi suis viribus potuisset in penuria patiens esse, & in abundantia temperans: ait. Omnia autem ista in eo possum implere qui me confortat, i. in Christo, qui mihi possibiliter tribuit, [Veritatem bene fecistis, comunicātes tribulationi meæ], i. quāuis ego nullo indigeā, bene fecistis vos, charitatis officium in me adimplentes: compatiēdo passibus meis: & mittēdo mihi quæ erāt necessaria. [Scio au

tem & c. vsq; profectus sum a macedonia, Macedonia, pro uincia est Græcorū, dicta a Macedone, & Thessalonica ciuitas est a Thessalo rege dicta. In hoc ergo quod laudat Philippenses, qui ei necessaria miserunt vituperabat, alios qui ei nullum obsequium præbuerūt. [in ratione dati & accepti.] Quicquid accipitur vel dat, ratio inde potest esse. Ratio dati est quia scit dator quod dat, aut quantum dat aut cui dat vtrum aurum, an vestimentum det, libram auri, aut equum. Ratio accepti est, quia scit ille qui accipit metallū aliquod aut vestimentum, quantum accipit, & a quo accipit: & est sensus. Ex omnibus de quibus potest esse ratio dati & accepti, non ministrauerunt mihi, quia ipsi nihil dederūt, & ego nihil accepi, [non negro datum] subaudis tantummodo [sed quæro fructū], i. benevolentiam & benignitatem animi [abundantem in oratione vestra], i. ad vtilitatem vestram. Quidam codices habent: Abundantem in oratione vestra. Oratio Apostoli, oratio Philippensium erat, quia pro illis orabat. Et quando quilibet orat pro aliquo, si vita illius munda fuerit, pro quo oratur, subleuat orationem deprecātis, vt a deo exaudiatur: sicut ecōtra vita mala eius pro quo orat impedit orationem illius qui pro ipso orat. Vnde dicit dñs Ieremia. Noli orare pro populo hoc quia non exaudiā te. Ergo B. Pauli oratio quam pro illis fundebat, bona vita illorum subleuabatur. Vnde dicit: Non requiro tantummodo datum, sed requiro beneuolētiam & benignitatem abundantem in oratione vestra, i. vt vestra voluntate subleuetur oratio, quam pro vobis fundo. [Habeo autē omnia & abūdo.] Ille omnia habet qui nullo indiget, qui præter necessaria nihil requirit [Repletus sum] inquit, subaudis oī abundantia [acceptis ab Epaphrodito] subaudis muneribus [quæ] subaudis munera [misiisti mihi.] Miserāt illi Philippenses aut aurum aut argentum aut vestimenta per Epaphroditum, in quibus ille multū lætatus & gratulatus est non tam pro sua quam pro aliorum necessitate [in odorem suauitatis.] Odor suauitatis est apud deū, intentio bona & voluntas promptissima offerētis, de qua legimus in Genesis, quia odoratus est odorē suauitatis dominus, quando noe obtulit sacrificium deo, egressus de arca. Non enim est putandum, quod dominus omnipotēs sacrificio victimarum

& fumo carnū atq; nidore pinguedinis delectetur, sed intentione bona & voluntate promptissima offerētis. Si enim fumo & nidore carniū delectaretur, nequaquā diceret per prophetam: Sacrificia vestra odiuit anima mea. [Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum.] Tale desiderium habebant Philippenses, vt socij & participes mererent fieri beati apostoli, & est sensus: Concedat, prastetq; deus meus, vt sicut participes estis passionis meę, & cōdolentis tribulationibus meis, ita sitis participes pramiorum meorū, & congaudeatis lætitiā meā. Et qualiter fiet istud? [secūdm diuitias suas in gloria æterna.] Quæ sunt ille diuitiæ? Quas oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. i. gaudia æterna & pramia sine fine māsura, et hoc in Christo Iesu, hoc est, p̄ Christū. Iesum, [Deo autem & patri nostro]. i. sanctę trinitati quæ vnus deus est, maneat honor in secula seculorū. i. p̄ omnia futura secula. [Salutate omnē sanctū]. i. omnem sanctificatum in baptisate, vel qui sine crimine, & sine grauiori peccato florēt [maxime autē qui de Cæsaris domo sunt] Quia e addidit: Maxime autem illos qui de Cæsaris domo sunt vt illos Philippenses acueret & instigaret ad fidem seruandam, & bonis operibus laborandum, quasi diceret: O Philippenses, attendite, si illi qui apparitores sunt imperatoris, & ei semper assistere debent in palatio illius, veniunt ad fidem pro nihilo deputantes irā imperatoris, & viriliter in fide & doctrina laborant, quanto magis vos debetis feruētī animo fidē seruare, bonis operibus insistere, q̄ longe ab aula regali remoti estis, neq; terremini iussu malignorum principum? Nam manente Apostolo in carcere in domo imperatoris, multi ex domo Cæsaris veniebant ad eum: & docti ab illo, baptizabantur, intantum vt (vt iam diximus) domū persecutoris facerent ecclesiā redemptoris [gratia domini] id est, fides vel salus, & redemptio atq; remissio peccatorum maneat [cū spiritu vestro] id est, in corde vestro & mente: quia si manserit in mēte, manebit & in corde &c.

In epistolam Pauli ad Colossenses, exegesis,

CAPVT I.

Ysterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus.] Mysterium incarnationis passionisq; filij dei & redemptionis generis humani absconditum fuit ab initio mundi sapientibus huius seculi, patriarchis autē & prophetis alijsq; quā plurimis iustis patefactum est, [quod est Christ⁹ in vobis spes glorię] Christus est spes glorię electorum, quia quicūq; firmiter in eū credunt, sperant se accepturos vitam æternam, & gloriam quam ipse promissit, [corripientes omnem hominē] Omnem hominē debemus hic intelligere Iudæum & gētilē dñm & seruū, ditem & pauperē, omnemq; sexum, & cōditionem, quibus præceptum est Apostolis predicare. Sed quod dicit: Corripientes omnem hominem pertinet ad ingratos & superbos, & quā dicit, [docentes] pertinet ad humiles & subiectos, [in omni sapientia]. i. in fide sanctę trinitatis, in qua est omnis sapientia, [perfectū in Christo Iesu] hoc est in fide Iesu Christi, secundum quod in præsentī seculo potest quilibet electus perfectus esse. In præsentī etenim seculo nemo potest esse perfectus ad comparationē æternæ perfectionis. Vnde idem Apostolus alibi, Quot quot perfecti sumus, hoc sapimus, quia subaudis nō sumus perfecti. Quod enim nunc videmus in enigmate & tenebris in spe, tunc possidebimus in re, quoniā videbimus eū sicuti est. [In quo et laboro, certando.] Duo dicit laborem & certamen, ex quibus vnum refertur ad prædicationem alterū ad cōflictum hostium. Laboro (inquit) ad prædicationem, certando cōtra hostes Christi, & hoc nō meis viribus neq; mea virtute, sed secundum quod ipse mihi opē tribuit.

CAPVT II.

Olo enim vos scire] o Colossenses [qualē solitudinem habeam pro vobis] Solitudo est maxima cura. Beatus ergo Apost. eādem solitudinem & studiū gerebat de illis qui docebatur ab eius discipulis, & ad quos ipse mittebat epistolas, licet ipse eos corpore nō vidisset, quā habebat ex his quos proprio ore docebat. Ideo aut talia loquebatur blādiendo, vt illorū aīos mulceret, & epist. eius reciperēt [& p̄ his q̄ sunt Laodiceę] Laodicea ē ciuitas Gręcię [instruētī]. i. firmati & docti [i charitate]. i. in dilectiōe dei & pximi [i agnitōe mysterij dei]. i. i co

gnitione sanctæ trinitatis, & fide domini saluatoris, credētes eum pro salute nostra venisse in carnem. [in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētia.] Sapiētia refertur ad humanam rem, scientia ad diuinam: & in Christo Iesu est sapientia, qualiter temporalia & humana dispēset, & quomodo diuina ordinet. Vel sapientia in humanis & in diuinis scientia [abscondit] quia non omnibus patent. Ante domini aduentum nomen domini patris incognitum fuit cū ceteris retro generationibus, non illud nomen quod deus sed quod pater vocat, sicut ipse fili⁹ ait: Pater manifestaui nomen tuum. [Hoc autem dico] subaudis vt sitis firmati i charitate [vt nemo vos decipiat in subtilitate]. i. in tenuitate sermonū, & in calliditate, vel in syllogismis. Quidam codices habēt in sublimitate, quod ipsum est in altitudine [Nā & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscū sum gaudēs] de fide vestra [& videns ordinem vestrū]. i. reuelante spiritali sancto qui in me est, cognosco omnia quæ circa vos agūt in fide, bonisq; operibus, quasi presens sim in corpore. Dicit nāq; B. Hiero. quodam loco, tantam ei gratiam datam esse vt cuncta cognosceret, quæ circa illos agebantur, quos vel ipse vel discipuli eius docuerunt, [& firmamētū eius] Firmamentum fidei Christi appellat firmā perfectāq; fidem, quæ operibus bonis ordinatur. [Sicut ergo accepistis]. i. acceptū habuistis [in ipso]. i. in fide ipsi⁹ [ambulate radicati.] Quod dicit radicati. i. ædificati in Christo [& confirmati in fide] illius, vnum est, hoc est vt fidem quam habetis bonis operib⁹ exornetis [sicut & didicistis] subaudis a discipulis nostris [abundantes] hoc est, in fide illius [in gratiarum actione] id est semper reddētes illi gratiarum actionem ex omnibus quæ habetis. [Videte ne quis vos decipiat per philosophiam] id est humanam sapiētiam & inanem fallaciam [per quam falluntur homines.] Præuidebat Apostolus qui erant philosophi gentium insuper et Iudæorum qui volebāt Colossenses per sublimitatem humanæ sapiētia a fide separare. Dicebant enim, quia sicut nihil est corporeū quod possit gignere per se aliquod corpus sine cōmixtione corporalis rei quæ est femina, ita femina non potest gignere sine cōmixtione viri Et hoc dicebant, attendentes ad naturam elementorum, non ad

potentiam diuinitatis, quæ naturā elementorū potest mutare. Naturā autē dixi. i. ordinem. Nam natura est, vt omnis creatura creatori suo obtemperet. Sic etiā dicebat quia si B. Maria virgo concepit, & virgo peperit, tñ post partū virgo nō fuit. Ideoq; illos alloquitur, ne ab his deciperentur, [quia in ipso]. i. in xpō [habitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter] Nō ideo dicit corporaliter, quod ipsa diuinitas sit corpus, licet quedā substantia sit viua, sed corporaliter posuit p eo quod est veraciter, substantialiter, pleniter Aliter eñ habitat in singulis electorū aliter in Christo, quia illis datur spūs ad mensurā, in illo autē pleniter. Habitauit enim in Salomone p sapiētiam, in Daniele p castitatē, i. prophetis p sanctitatē, in Moyse per māsuetudinē, in Christo vero p oēm virtutē & innocentiam. Aliter: Corporaliter. i. sicut in tēplo suo, quia habitatio totius diuinitatis corpus Christi fuit. Plus eñ habitauit in illo, quam in templo Iudæorū [& estis in illo]. i. Christo [repleti] vel p illū estis repleti fide [qui est caput]. i. p rincipiū & initiū: quia ipse tenet principatū super omnia cælestia & terrestria. [Omnis principat⁹ & potestatis.] Potestates aut sunt per quas sancti eijciunt demones de obsessis corporibus: principat⁹ qui principātur alijs ordinibus. [In quo]. i. in xpō [circuncisus estis]. i. mādati ab omnibus peccatis in baptisinate Christi [non circuncisione manufacta] qua ipse circuncisus est octaua die secundum morē Iudæorum. Illa petra fiebat, & ista mundatio per Christum, qui est petra, [cōsepulsi ei]. i. sepulti simul in baptisinate ei. [in quo]. i. i Christo [& resurrexistis] a pctō & vitijs [per fidem] Quomodo sumus cōsepulti ei? Verbi gratia: Mortu⁹ est in cruce Christus, positus est in sepulchrū, de sepulchro viuis surrexit, & iam non moritur. Similiter & nos quando interrogāte sacerdot e iuxta fontem stantes, abrenuntiamus diabolo & omnibus pompis eius, quasi tunc morimur cum vero in fontem descendimus, quasi tunc in sepulchro sepelimur & cū de fonte eximus mādati, tunc quasi resurgimus. Sed cauendum est, vt sicut Christus iam nō moritur ita & nos non moriamur in peccato] per fidē operationis dei. [Virgatus diuinitatis quæ tertia die Christū resuscitauit, ipsa operatur in nobis fidem] Et vos cū essetis mortui delictis, &

præputio carnis vestræ.] Delicta & præputiū pro vno. i. pro carnalibus peccatis, vel delicta ad transgressionē post pctā peracta [donās]. i. indulgēs [delēs qđ aduersum nos erat chirographū decreti quod erat cōtrariū nobis] Chirographū dicitur manus scriptio. Nā chir manus, graphia scriptura dicitur. Decretū autē vocat legē & statutū qđ deus præcepit Adā, dicēs, ex omni ligno paradisi comedere & cætera vsq; morte morieris. Pctm̄ ergo quod prim⁹ parēs noster cōmisiit in quo oēs peccauimus mortalesque effecti sumus, appellat modo chirographū decreti, quia in memoria omnipotentis dei māsit scriptū, vsq; dū filius dei veniret qui illud deleteret. Vnde dicitur a deo in psalmis in cātico Moyssi. Nōne hæc condita sunt apud me & signata in thesauris meis? Per manum eñ intelligitur operatio: & quādo extendit manum, vt cōtingeret lignum vetitū, quasi tūc scriptū chirographū decreti. i. manuscriptionem quod tunc ageret contra dei decretum: Quod chirographum contra nos erat, quia oēs trahebat ad mortem & nemo poterat iustificari quoad vsq; per dñm deletum est. Quomodo ergo deleuit illud? Innocenter & sine peccato viuendo in mundo, vel: innocenter in cruce moriens pro peccatorib⁹ [ipsū qđ] subaudis chirographum vel pct. n̄ [tulit de medio affigens illud cruci] quia si diximus, tūc crucifixus illud. i. occidit in semetipso, qñ sine peccato vixit, vel qñ innocēs pro peccatoribus mortuus est, Alia translatio habet, expolians se carne moriendo in cruce: & exemplauit. i. exemplum dedit innocēter viuendo, triumphās de principatibus ac potestatib⁹ tenebrarum. [Et ipsum tulit de medio] subaudis nostrū, quia factus mediator noster abstulit peccata nostra quæ quasi in medio erāt, qñ nos separabant a deo, [expolians principat⁹]. i. dæmoniācas potestates expoliauit animabus hominū mortuorū, & potestātē de hoc mūdo aufere[n]do [& potestates traduxit]. i. superauit cū fiducia [palam triumphans illo in semetipso] quia per se vixit innocenter, & palam est crucifixus. Triumphās, deuincens, superans in semetipso, iisdem modis quibus diximus [Nemo ergo vos iudicet.] id est, nullius iudiciū attēdatis in hac parte: vt abstineatis ab his quæ deus mādauit. Nā nō quod intrat in os coinquinat hominem, [in cibo, aut in potu, aut

in parte diei festi] dicentes alios dies festos esse. Dies quæ & sabbata obseruant quiescendo a vitijs, & transeādo de vitijs ad virtutes. [quæ sūt vmbre futurorū] subaudis oia superius dicta de cibo & potu, quæ in legē habent vmbre sunt aliarū rerum quæ in Christo & in ecclesia completæ sunt, & cōplent. [corpus autem Christi]. i. veritas & corpus illarum rerum vel vmbRARUM, Christus est & ecclesia Erāt eñ iudei q; voluerūt simul obseruare legem & euāgelium, & ipsi suadebāt Colossēnsibus similia agere hoc est, in circuncisione, in celebratione festiuitatū legaliū. Dicebāt enim. Estis baptizati, debetis circūcidi, cōmunicastis iā corpori & sanguini dñi debetis sacrificia legalia offerre, comedere debetis quæ lex præcipit, & abstinere ab his quæ prohibet: & si ceciderit mus in puteum nō debetis bibere. Sed vt ab illis nō seducerentur scribebat Apost. eis talia, quia in domini aduentu oia mādata sunt, & cessauit lex in mysterijs. [Nemo vos seducat] vel separet a fide [volens] subaudis vos [i humilitate] subaudis sensus decipere. Humilis dicitur humi acliuus. Volēs vos decipere in humilitate. i. humili sensu & humili doctrina quæ vtilitatem nō habet sicut est in differentia ciborum & de obseruatione [& religione angelorum] id est, in cultura angelorū Erāt philosophi gentium & aliqui iudæorum qui dicebant: Sicut sunt quatuor elementa, ita sunt quatuor angeli, qui præsumt singulis elementis. Hi ergo dicebant ad illos qui crederant volentes apparere religiosi: quia ex quatuor elementis cōstitis, debetis angelis illis qui præsumt elementis aliquā culturam & sacrificia offerre. Sed quia nihil erat, quod dicebant subiunxit Apostolus: [quæ non vidit] subaudis docens [ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ] id est, de suo & errore & mendacio ambulans inflatus. Ex hoc enim quod videbatur aliquid scire, superbiebat in mente, præferens humilitatem in vultu, vel sicut alia editio habet, quæ non vidit inculcans, id est, replicans frustra. Licet enim illam religionem falsam vidissent a quibusdam celebrari, tamen ipsos angelos non viderunt, neq; ea quæ docebant, [& non tenens caput] id est, non adharens capiti, id est, CHRISTO, qui est caput omnium sanctorum [ex quo totum corpus ministratur] id est, multitudo

sanctorū angelorum & multitudo hominū augmentatur
 [& cōstruit per nexus]. i. copulationes & cōnexiones &
 cōiunctiones [crescitq;] siue augetur [in augmentum dei]
 Sicut ergo corpus cōstruitur ex multis membris multisq;
 cōpaginatiōibus, ita ex multis gētibus multisq; puincijs
 ac multis generibus hominū augmētatur & crescit, quan
 do quotidie numerus fidelium crescit. [Si mortui estis cū
 xp̄o] subaudis tēpore baptismatis [ab elemētis huius mun
 di]. i. erroribus pompisq;. [quid adhuc tanquam uiuentes
 mundo] subaudis in mūdo. [decernitis]. i. cur discretionē
 facitis inter cibos. Aliter: Si mortui estis ab elemētis huius
 mūdi: elemēta mūdi sunt omnia corporalia & visibilia &
 transitoria. Quādo vero gentiles deum ignorauerunt, ele
 mentis mundi seruierunt quia illis seruiebant & ea adora
 bant venientes aut ad fidem, mortui sunt elementis huius
 mūdi. i. erroribus & superstitionibus, siue variis & vanis
 culturis, abrenūtiātes diabolo & omnibus pompis eius at
 q; errorib; eius. Possumus aut & per elemēta mūdi intel
 ligere legē quē p̄cipiebat discretionē facere inter pecus &
 pecus, & inter cibos & cibos. Sed postquam dñs dixit, nō
 quod intrat in os coinquinat hominem statim omnis illa
 discretio cessauit. Vnde dicit Apōst. tam Iudæis quā genti
 bus. Si inquit, mortui estis cū xp̄o ab elemētis. i. erroribus
 atq; pōpis & vanis religionibus tēpore baptismatis, quid
 adhuc discretionem facitis ciborū, cū deus omnia mūda es
 se dixerit? [Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; cōtracta
 ueritis] Hęc vox illorum est qui dicebant, ne tetigeritis, ne
 cōtractaueritis mortuū, neq; scabellū vbi sedit mulier mē
 struata, quia immūdi eritis neq; gustaueritis carnē suillam
 neq; leporinā: quia immūda est, & cetera talia [quę oīa] sub
 audis quę lex cōcedit seu phibet. [sūt in iteritu ipso vsu]
 i. ipsa cōsuetudine edēdi in interitū sui vadūt, quia in sterc
 us redigūtur oīa statim vt comesta fuerit [quę sūt quidē
 rationē habētia sapientię] subaudis mūdane [secundū p̄ce
 pta & doctrinā hominū]. i. scđm traditionē scribarum &
 phariseorum: & secundum illos qui causa infirmitatis nō
 lunt ea comedere, dicentes: Nolo comedere carnē suillam,
 quia melancholicus sum neq; anguillam. Sed ista sapien
 tia non secundum deum, quia non pertinet ad religionem

[in superstitiōe & humilitate] subaudis quę est etiā in su
 perstitione, i. vana religione & superfluo timore: hoc est
 enim superstitio. subaudis humilis sensus. Superfluus timor
 est vana religio atq; humilis sensus, ea nolle comedere, &
 dicere immunda, quę deus sanctificauit: nisi causa abstinen
 tię aliquis se ab his obseruet, sicut & a vino. Quę sunt etiā
 [non ad parcendum corpori] id est, non ad conseruādā
 sanitatem corporis: quia dum non vult comedere quę ha
 bet, & appetit quod nō habet, dicens: Noli comedere hoc,
 qui a immūdo est, sed si haberem carnem arietinam, illā
 comederem, infirmatur & debilitatur qui talibus escis su
 stentatur. Quę sunt etiam [non in honore aliquo, sed ad sa
 turitatem carnis] id est nullū maiorem honorem p̄stat
 aries corpori quam lepus p̄staret, si eum comederet, tan
 tummodo vt venter repleatur.

CAPVT III.



Rates si consurrexistis cū xp̄o]. i. de mor
 te ad vitā tēpore baptismatis. [quę sursum
 sunt sapite]. i. gaudia patrię cęlestis, xp̄s
 est sursum habitans in plenitudine paternę
 maiestatis, & vbi est: illuc debemus anhela
 re: & quę sursum sunt sapere. i. p̄p̄dere &
 intelligere, & in his animum ponere, non in his quę supra
 terrā sunt trāsitoria. [Mortui enim estis] Mortui estis pec
 cato tēpore baptismatis, sicut paulo supra diximus. [& vi
 ta vestra] id est beatitudo. [abscondita est cum Christo in
 deo.] Vita enim vestra & beatitudo Christus est, sicut ipse
 dixit. Hęc est vita eterna, vt cognoscant te, & quem missi
 sti Iesum Christū. Ideo vbi ille est, ibi est vita & beatitu
 do nostra abscondita non vt nobis denegetur vel occulte
 tur: sed vt potius conseruetur nobis ad salutem [cum xp̄s
 apparuerit vita vestra.] subaudis in iudicio gloriosus &
 fulgidus. [tūc & vos apparebitis cū ipso in gloria] glorio
 si & fulgidi, sicut ipse promissit. [Mortificate ergo mēbra
 vestra:]. i. malos vsus mēbrorū, in epistola ad Corinthios
 multitudinem peccatorum appellat Apōstolus, corpus: di
 cēs ita vt destruat corpus peccati. Sicut enim multa mē
 bra faciunt vnū corpus ita multa peccata faciunt vnū cor
 pus. i. vnam summam & est sensus: Mortificate membra,

id est, malis usus membrorum, & malam consuetudinem peccandi per efficientem id quod efficitur, ostendens. Neque præcipit ut mortificemus gladio materiali corpus nostrum & membra nostra, sed peccata. Tunc enim mortificamus membra nostra, cum desistimus peccare: & quot peccata in nobis mortificamus, quasi tot membra occidimus. [quæ sunt super terram,] .i. quoadiu estis in mudo. [fornicationem,] Fornicarij sunt cum puellis liberis, aut cum iumento, aut aliquid tale. Adulterare vero est, alterius thorum violare, id est, cum alterius vxore, aut cum deo sacrata quæ dei vxor est. [libidinem.] Omnis incontinentia libido appellatur. [concupiscentiam malam,] Ideo dicit concupiscentiam malam, quia est & concupiscentia bona de qua dicitur: Filii, concupisce sapientiam, serua mādatum. &c. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Concupiscentia mala est, appetere mala. [& auaritiā quæ est simulacrorū seruitus] Quomodo est simulacrorum seruitus, auaritia? Ideo, quia sicut ille seruit diabolo, qui omnipotentis dei culturam & religionē, quæ illi soli conuenit, & singulare nomē ut deus vocetur, quātum in se est, illi aufert & demonibus impendit, ita & ille seruit diabolo, qui bona omnipotentie dei communia, quæ omnibus hominibus communiter data sunt, in proprios vsurpat vsus. Recte etiā auaritiā idololatriæ comparatur quia dum metallis, auri & argenti, de quibus simulacra fiunt, homines immoderate seruiunt, aurum pro deo venerantur: quia serui sunt diuitiarum. Vel tertio modo auaritiā idololatriæ comparauit, ut nihil celestius demonstraret. Radix enim malorum est auaritia, ideoque monet illam omni ratione fugiendam. [Propter quæ facinora, id est superius dicta, venit ira dei super filios qui perierunt in diluuiō, & in Sodoma alijsque ciuitatibus, & super filios incredulitatis, id est, super illa sexcenta millia quæ in deserto mortua sunt, incredulitatē cordis habentes, in quibus subaudis peccatis & vos ambulastis aliquādo cum uerteretis peccato ante fidem, & essetis mortui deo, sed nunc iam non ambulatis: [Nunc autem deponite & vos omnia] subaudis superius dicta, vel ea quæ sequuntur. [iram] quia ira uiri iustitiæ dei non operatur. [indignationem] id est, nolite indignari minoribus, si reprehēdimini ab illis

Exo. 20.

[malitiam] Malitia est mala voluntas. [blasphemiam] .i. derisionem in deum & proximū. [turpem sermonem] id est, otiosum uerbum uel ioculare [de ore uestro,] subaudis deponite. Nolite mentiri inuicem, Omne mendaciū a diabolo est: quia ipse mendax est, & pater eius, ideoque filij ueritatis ueritatem debent loqui cum proximis [expoliātes uos ueterem hominem,] ueterem hominem appellat hic ueteris hominis conuersationem & uitam. Quæ est conuersatio ueteris hominis? infidelitas, inobediencia, concupiscentia mala, rapina, adulterium, homicidiū, & cætera talia. Quousque ergo renouetur in baptisinate regenerationis semper in uetustate erit, quia originalibus peccatis & actualibus tenetur obnoxius. Sed debet baptizari & induere nouum hominem: id est nouam mentem & nouam noui hominis conuersationem. Quæ est conuersatio noui hominis? Virtutes sectari, & omnia bona in se habere. Et ne putaremus quod hominem exteriorē præciperet renouari ad aliquid cuius rei similitudinem, subiunxit eum hominem (inquit) præcipio renouari, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum: id est, hominem interiorē, Anima & mens quæ ad imaginē dei facta est, sancta, iusta & rationalis & immortalis. Homo autem exterior, id est, corpus non est ad imaginem dei factus, quia deus spiritus est. Duæ autem sunt renouationes, una noua mētanea, quæ fit in baptisinate, altera quæ fit quotidie, quādo per studium legendi scripturas sacras ea studet intelligere de deo, quæ antea ignorabat, ex quo quotidie mēs renouatur. Potest fieri etiam tertia renouatio post lapsum per pœnitentiam. [in agnitionem] id est, ad cognitionem [secundum imaginē eius qui creauit eum] quia homo ad imaginem dei factus est. [ubi nō est gentilis & Iudæus] ubi .i. in mēte hominis ubi est imago dei, nō præiudicatur apud deum sexus uel cōditio, aut gen^{us}, aut prouincia. .i. nulla differentia est hominum apud deum, quia in anima non est sexus, nisi tantummodo sola bona conuersatio cum fide recta requiritur [barbar^{us} & Scyth^a] Plus est nobis Scythia alienus quam barbarus. Barbarus siquidem nobis potest esse quilibet cuius linguam ignoramus: Scythia autem dicitur a Scythia prouincia, quæ est remota ad septentrionem,

frigorib⁹ rigens, moribus barbara. [sed omnia & in oib⁹ Christus.] Ideo nō est vlla differentia, quia omnia subaudi genera hominū fidelium, Christum habet caput, & in omni⁹ illis est Christus, [Sancti dilecti] vnū est [viscera misericordie] .i. misericordem voluntatem. viscera dicuntur filii. viscus etiam significat singulariter prōptissimā & bonā voluntatem [benignitatem] .i. magnā & bonam voluntatem. [modestiam] .i. mansuetudinē. [paciētiam] subandis in tolerandis aduersis [supportātes inuicē.] Supportare nos prācipit Apostolus inuicē secundū illud: Alter alterius onera portate. Verbi gratia. Ille qui cōtinens est, & est sine vxore & filijs: & abundat diuitiis bonisq; temporalibus, debet illum qui incōtinēs est & habet vxorem & filios, sustentare si necessitas fuerit. Sic de ceteris necessitatibus intelligendū imitando ceruos, qui transuentes per aliquod fretum ad insulam, aut vltra fluuium, sustentantur & supportantur ad inuicē, mentum ponens sequēs super clunes prioris, & lassato qui prior incedebat, dat locū vt transeat, & ipse ponat iterū mentū super clunes vltimi. [& donātes] .i. indulgētes. [si quis aduersus aliquē habet querelā.] .i. veram causationē. Verbi gratia: Abstulit mihi aliquis equū meū, dum recordabor quod dominus dixit, si quis abstulerit quę tua sunt, ne repetas, debeo ei dimitte re, sic de omni re & cōmisso, [sicut domin⁹ donauit vobis ita & vos] sicut Christus qui cum nō haberet quod ei dimitteretur, dimisit nobis omnia peccata in baptisate, ita & nos dimittamus proximo in nos peccanti, qui habemus quod nobis dimittatur & a deo et a proximo: [Super omnia autem hæc] superius dicta, [charitatē habete, quod est vinculum perfectiōis.] Vinculū enim perfectionis est charitas, quia per illam omnia bona ligantur ne pereāt: sic homo pro dilectione dei & proximi omnia agit: vnde dicit dilectio, quia duos homines ligat, vel hominem & deum [in qua] subaudis pace vel charitate. [vocati estis in vno corpore.] vt vnū corpus Christi sitis, [& grati estote] id est gratiosi estote & accepti tam deo quā hominibus [Et verbū Christi] id est euāgelica doctrina, [habet in vobis] id est, in corde, ore, & opere vestro [& pax xp̄i exulet] ita etiā vos, in quantum humana fragilitas potest ser-

uare sine peccati macula manētes, vt habeatis in vobis spiritum sanctum, [in omni sapiētia,] in omni doctrina euāgelij, & in fide sanctę trinitatis. [docentes & cōmonentes vosmetipsos] Vos qui sapiētiores estis, docete alios & comonete, atque exhortamini vos inuicē. [in psalmis,] subaudis Davidicis [& hymnis,] trium puerorū & sanctorū [in gratia cantantes] .i. semper reddite deo gratias, ita vt quod ore canitis, corde intelligatis, & mēs concordet voci [Omne quodcūque facitis in verbo] .i. in doctrina, [aut in opere] subaudis aliquo, [in nomine dñi nostri Iesu Christi,] in omnibus semper dicite. Deus in adiutorium meum intende, & semper nomē domini inuocate. [gratias agentes deo & patri per ipsum] .i. per Christū: quia ipse est mediator noster & in fide eius saluamur. [Mulieres, subditę estote viris, sicut oportet in domino.] Mulier ppter culpā subdita est viro. Sicut oportet in dño, sicut prācipit dominus in Genesi: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. In primordio siquidem fidei erāt multę mulieres, quę se causa religionis abstinebant a cōsortio maritorum, quas modo alloquitur Apostolus specialiter, ne propterea quia a coitu virorum se abstinebāt, resisterent viris, rebellaret siue repugnarent. Sicut em̄ sancta ecclesia subiecta est sp̄o & viro suo xp̄o, ita debet esse vnaquęq; mulier. Erant etiam multi viri, qui similiter abstinebant a coitu vel qui cum alijs mulieribus coibant, & verberabant vxores suas ne illę similiter cum alijs agerent, nec aliquid auderēt murmurare cōtra eos, quos similiter alloquitur. [Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas] id ē, si sustinetis ad tempus a coitu causa religiōis vel quia cum alijs cōcumbitis, nolite eas propterea ad amaritudinē prouocare Sed quęstio hic oritur, quare Apostolus vxorem diligendam prādicet: cum dominus dicat. Qui vxorem non odit, non potest meus esse discipulus? Quare hoc modo soluitur, vt quantum nobis pater & mater, frater atq; vxor p cognationem carnis proximi sunt diligamus eos, & in quantum nobis aduersarios in via dei cognoscimus esse, odiendo malum eorum, & fugiendo nesciamus. [Filij, obedite parentibus,] id est patri & matri [per omnia,] subaudis quę deo placent, si autem prāceperint vobis homicidium, fur

tum, rapinam, aut aliquid tale perpetrare, nolite obedire illis. [Hoc enim placitum est in domino] subaudis vt obediatis eis. [Patres, nolite ad iracundiā prouocare filios vestros vt non pusillo animo fiant.] id est: vt non exasperati a vobis fiant iracundi, id est leues ad irascendū, sed vestro exemplo discāt esse patientes. [Serui obedite dominis per omnia,] subaudis quæ deo non displicent. Serui non sunt per naturam, sed per culpam & propter peccatum, sicut Chanaan filius Cham. Propter peccatum enim venit captiuitas & per captiuitatem seruitus. Vnde illi qui seruabantur ab hostibus, a seruādo dicti sunt serui, & mancipia quasi manu capta, quia manibus capiebātur, [non ad oculum seruitutes] Ille ad oculum seruit, qui aliud in secreto agit, & in presentia domini seruitium explet quolibet modo: absente autem illo, non curat de vtilitate illius, [sed in simplicitate cordis.] id est, non duplici animo, neque mala voluntate. [sicut domino, & non hominibus] Seruus qui pro dei amore domino carnaliter seruit, sperans se inde mercedem recepturum a deo, illud seruitium non homini, sed deo impedit: ideoque mercedem licet ab illo non recipiat presentem tamen non debet se a seruitio subtrahere [retributionem æternam hæreditatis] id est, æternam retributionem. [domino Christo seruite] licet hominibus temporale seruitiū exhibeatis, tamen pro amore Christi illud implete. [Qui enim iniuriam facit,] id est, si dominus iniuste affligit seruum, & non reddit ei dignam mercedem, damnationem inde suscipiet. Et si seruus fuerit furtiuus, & de seruitio domini se in aliquo subtraxerit, etiam inde damnabitur. Ne serui dicant Nos qui serui sumus non merebimur venire ad gloriam sanctorum: dicit Apostolus. [Non est personarum acceptio apud deum,] id est, si dominus male egerit, & seruus bene dominus dominabitur, & seruus glorificabitur.

CAPVT IIII.



Domini, quod iustum est & æquum, seruis presentate, id est nolite tenere eos vt seruos, sed estote eis vt patres: quia inde appellati sunt patres familias quidam, quod omnes in domo sua equali amore diligebāt vt filios, ita & seruos. [Oratiōi instate vigilātes,] ille

vigilat in oratione, & in gratijs deo reddēdis, qui non cū tempore neque cū defidia illud implet, sed cum hilaritate. Si enim ab homine non potest impetrari hoc quod petitur, si cum defidia illud agitur, quanto magis a deo? [orantes simui & pro nobis,] subaudis, qui verbum vitæ administrauimus, vt deus aperiat nobis ostium verbi, id est, vt corda & sensum auditorum nostrorum aperiat, vt ea quæ loquimur, & quæ ab ore nostro emittimus, ad corda & ad sensum eorum possint intrare, & intelligant quæ docemus. Tale quid legimus in actibus Apostolorum de muliere nomine Lydia, purpuraria ciuitatis cuius dominus aperuit cor, vt intelligeret ea quæ a Paulo dicebantur. Aliter: vt aperiat nobis ostium sermonis, id est sensus & intelligentiam diuinorum eloquiorum, vt prompti simus ad loquendum misteria incarnationis Christi & diuinitatis. [propter quod] subaudis euangelium, [ita oportet me loqui] id est, vt sciam cui & quid & quando, vel quantum debeam loqui. [In sapientia ambulate ad eos,] id est in fide sanctę Trinitatis, vbi est omnis sapientia, & bona conuersatione ibi viuite & conuersamini ad eos qui foris sunt, id est, ad paganos, hæreticos, & falsos Christianos vt non possint vos reprehendere, [redimentes tempus,] id est vestrum facientes, & vobis bene viuendo & recte loquendo lucrantes. Tempus enim sibi redimit, quia suam vtilitatem in illo operatur, [Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.] id est: vt semper gratiam & vtilitatem præstet auditoribus, & gratiosus sit omnibus, & sicut sal condimentum præstat omnibus ecclesijs, ita & ille cunctorum mentes condiat. [vt sciatis quomodo vos oporteat vnicuique respondere,] id est, quomodo hæretico, quomodo Christiano, vt si vos interrogauerit hæreticus quomodo respondeatis, vos credere in Deum patrem, & filium, & spiritum sanctum, & his tribus trinitatem habere in personis, & vnitatem in substantia, & dominum IESVM CHRISTVM, verum deum & verum hominem esse: Similiter & Christiano est respondendum. [Quæ circa me sunt] vincula, carcerque, omnia nota faciet vobis Tychicus, [iste prædicator erat Colossensium,] charissimus

musfrater subaudis in fide, quæ uni fidei sumus [minister] subaudis euangeli prædicatione [& cõseruus] in labore, quia simul laboramus in prædicatione. [& consolēt] consolatione [corda vestra], i. suo aduētū & meo exemplo, vt nō deficiatis in fide, sed potius consolidemini, vt si necessitas fuerit, talia sustinere possitis, qualia & ego modo sustineo [cum Onesimo Charissimo.] Hic ostenditur Philemonem Colossensem fuisse dominum Onesimi & ipsum Onesimum. [nora facient vobis] subaudis Tychicus & Onesimus, [Salutat vos Aristarchus] Aristarchus discipul⁹ fuit beati Pauli & comes in prædicatione. [conceptiu⁹ meus] id est qui in vinculis tenet sicut & ego pro Christi nomine [& Marcus] iste est p̄ quo dissensio tacta est inter Paulum & Barnabam, sicut in actis Apostolorum legitur qui recessit a Paulo de quodam conflictu, quem habuit cum persecutoribus, & vt quidam dicunt, ipse scripsit euangelium, quia licet cū Beato Paulo fuisset, fuit & cum Beato Petro. [Consobrino Barnabæ] Consobrini dicuntur quasi fororij, qui de singulis fororibus nascuntur. Ideo dicit consobrinum illū esse, vt maioris honoris haberetur apud illos propter Barnabam, & nisi dixisset, suscipite illum, nequaquam auderent suscipere illum: quia iam audierant illum ab eo discessisse. Emendatus & correctus iterū sociatus est ei. [de quo] subaudis Marco [mandata accepistis] .i. scriptum, quia iam redijt ad nos [Hi soli sunt] superius memorati [qui sunt ex circūcisione] id est ex Iudæis, [ipsi sunt adiutores mei in regno dei] hoc est in prædicatione euangeli quod obseruatores suos perducit ad regnum Dei [vt sitis p̄fecti,] subaudis in fide & pleni bonis operibus, [Qui sunt Laodiceæ] quæ est ciuitas græciæ. Hierapolis est ciuitas Græciæ [Salutat vos Lucas medicus] iste est Lucas qui euangelium scripsit, & actus Apostolorum, qui fuit genere Syrus. [& demas.] Hic ad tempus discessit ab illo, sed emendatus redijt. [Salutate fratres qui sunt Laodiceæ.] Salutare est salutem optare. [& Nympham.] Nympa nobilis erat quædam matrona, in cuius domo multitudo erat fidelium. [Et cum lecta fuerit apud vos Epistola, facite vt & in Laodicensem Ecclesia legatur.] Et Epistola istam quam C O L O S S E N S I B V S direxit, ideo

præcipit legi in ecclesia Laodicea. & eā quæ erat Laodicea sum ideo præcipit Colossensibus legi, quia licet parua sit, & in canone nō habeatur, aliquid tamen vtilitatis habet. [Dicite Archippo,] Archippus episcopus erat illorum [vnde ministerium tuū], .i. custodi & intellige subaudis episcopatu, [Salutio mea manu Pauli] quod est signum in omni epistola mea. [Memores estote vinculorū meorum,] id est accipite me in exemplum, vt sicut ego nō timeo pro Christi nomine vincula & carceres sustinere, ita nec vos timeatis, si necesse fuerit. [Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.] Gratia dicitur gratis data: & gratia est qua accepimus remissionem peccatorum in baptisate, & est sensus. Gratia filij dei & salus ac remissio peccatorum maneat semper vobiscum. Amen.

In epistolam Pauli ad Thessalonicenses priorem argumentum Haymonis.

Acedonia prouincia est Græcorū in qua est ciuitas

M Metropolis Thessalonica, quæ postquam a Paulo apostolo fidē p̄cepit, licet multa pericula sustinuisset a suis ciuibus non credentibus & a pseudo Apostolis va luisent seduci, nullo modo tamē a veritate fidei recesserunt. Hos collaudat Apostolus, scribens eis ab Athenis per Timotheum &c.

In epistolam Pauli, ad Thessalonicenses priorem Exegetis Caput. r.

Aulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium salutem.] Nomen suum suorumq; ponit in exordio epistolæ ob causas in alijs epistolis memoratas. Generaliter omni ecclesiæ scribit, quia forsitan tunc temporis non habebant episcopum sibi ordinatum. Licet apud Iudæos nomen synagogæ & Ecclesiæ habebatur in vsu, sicut legitur in libro Regum quia benedixit Salomō omni ecclesiæ Irael, tamen Apostoli maluerunt in suis epistolis ecclesiæ nomen inserere quam synagogæ, propter interpretationem nominum. Ecclesia namq; interpretatur conuocatio. quæ nō potest fieri nisi ex rationabili creatura synagoga autem quæ interpretatur congregatio potest consistere ex irrationabili & inanimata, sicut cõgregat greges

ouium & congregantur lapides. Et vt ipsos ostenderent gentiles credentes amplius esse rationabiles quam Iudæos inñdeles, qui hoc nomine ecclesie maxime vtunt, [Gratias agimus deo]. i. laudes referimus illi, [semper p omnibus vobis.] Et non solum pro Thessalonicensibus, sed & pro omnibus vobis, qui prædicatione eorum receperunt. [Memores operis fidei vestræ.] Duo cõiungit, opus & fidem, quæ perfectum hominem reddunt. Fides namq; bonis operibus adornata placet deo: quæ vero sine operibus est, mortua & inanis est. [& sustententiæ spei domini nostri.] Sustinentia est expectatio, vnde dicimus in Psalmista, Etenim q te expectant. i. qui te sustinent, non confundentur. Sustinentiam spei domini nostri appellat expectationem futurorum bonorum, quæ per dominum dantur, & expectatione aduentus domini ad iudicium. [Ante deum]. i. coram deo patre: quia in præsentia & conspectu dei patris iudicabit filius mundum, [Scientes autem] subaudis sumus, [electione vestram] quia a deo estis electi ante constitutionem mundi, [quia euangelium nostrum nõ fuit in sermone] siue in verbo [tatum, sed in virtute & in spiritu sancto]. i. in virtute miraculorũ, quæ per spiritum sanctum operati sumus [& in plenitudine multa] doctrinæ & bonorum operũ. [Scientis quales fuerimus in vobis]. i. humiles fuimus. [propter vos] vt vos potuissim? deo lucrari. [& facti estis imitatores nostri & domini] quia qualia sustinuit dñs, & nos a propinquis nostris Iudæis, talia & vos sustinuistis patienter. [excipientes verbum fidei] & doctrinæ [in tribulatione multa cũ gaudio spiritus sancti] quia spiritus sanctus q erat in vobis, faciebat vos gaudere inter tormenta persecutionum [ita vt facti sitis forma] & exemplum fidei & doctrine [omnibus credentibus in Achaia & Macedonia] duabus prouincijs. [A vobis enim diffamatus est sermo Dei.] Diffamatio maxime pro vituperatione ponitur & in contrariam partem. Sed Apostolus nõ curans de proprietate verborum cum debuit dicere, a vobis manifestatus & divulgatus est sermo dei, dixit diffamatus [Nõ est necesse quæquam loqui vobis] subaudis, quia vos estis dei prædicatores effecti. [in omni loco] subaudis vobis vicino, &c.

CAPVT II.

Xhortatio nostra, i. doctrina nostra [nõ] fuit [de errore]. i. de mendacio [neq; de immuditia] quia nõ fuimus luxuriosi [neq; i dolo] id est fraude, astutia, nec in hypocrisi. i. simulatione, vt vos expoliarem? [ita loquimur nõ quasi hominibus,] subaudis malis. [placentes] ille quærit hominibus placere, qui adulas & fauet aliorũ peccatis, sed Apost. nõ hoc faciebant alicui, sed publice increpabãt [Neq; in occasione auaritiæ] prædicauim? vt ppter cupiditate pdicarem? vobis [tanq; si nutrix foueat filios suos,] subaudis non alienos, ita diligimus vos. Solent mulieres luxuriosæ diuites & incõtinentes cõmittere filios suos alijs mulieribus ad nutriendum, quæ licet pabulũ eis ministrant, tamen nõ eo affectu diligunt illos vt proprios, sed vt mercedem tẽporalem accipiant. Pseudo ergo Apostoli non affectu materno diligebant eos, sed vt lucra temporalia ab eis acciperent. Apost. autem Paulus socijque eius nõ vt nutrix aliena diligebant illos, sed vt mater vnicum filiũ fouet affectu materno, ita ipse diligebat eos quia ipse primus genuit eos in fide Christi. [Memores estis fratres laboris nostri & fatigatiõis.] Laborabat apostolus in prædicatione & opere manũ eo modo quo sepe diximus Et quare laborauit ipse? Vt nõ esset otiosus. Omnis otiosus i desiderijs est, & vt ipse praua desideria vitare possit labore manũ insistebat [Cum accepissetis verbum auditus dei, accepistis illud, nõ vt verbum hominum.] Verbũ prædicationis quod Apostolus prædicabat, a deo audierat Et sic perceperunt illud Thessalonicenses, quasi ab isto Christo audirent per præsentiam [quia eadem passi estis a contribulibus vestris quæ & ipsi a Iudæis, Contribules dicunt qui ex vna tribu sunt, Crescente igitur in fide domini Iudæa, persecutionem sustinebant credentes ab incredulis: Rubenitæ a Rubenitis, Gadditæ a Gadditis, similiter ex omnibus tribubus: ita & Thessalonicenses credentes a nõ credentibus suis contribulibus, id est suis ciuibus & vicinis persequebãtur, [vt impleat] subaudis ipsi Iudæi, [peccata sua.] Expleto tempore quadragessimi anni, quod dominus dedit Iudæis ad poenitentiam, post passionem suam illis nolentibus credere cõpleta sunt peccata eorum, de qua completionẽ dixit eis. D O M I N V S : Im

plete mensurā patrū vestrorū: Quomodo autē Apo. ista lo-
quebat̄ adhuc stabat Hierusalē & tēplū: ideoq; necdū erāt
cōpleta p̄ctā eorū quæ cōpleta sunt adueniētib⁹ Romanis
Vnde em̄ sequit̄ [P̄uenit em̄ ira dei]. i. vindictā dei [sup
illos vsq; in finem.] Vindictā dei appellat aduentū Roma-
norū quādo perditū sunt fame, pestilentia, gladio, captiuita-
te Quæ vindictā manebit sup illos vsq; in finē seculi, quia
semper erūt captiui. Vel si dixerim⁹ p̄uenit siue anteuenit
illos ira dei, sicut quidā codices habēt, erit sensus: Præuenit
eos vindictā dei in hoc seculo, quæ permanebit vsq; in finē
vindicte Quæ idcirco dicitur præuenire illos, quia vindictā futuri
iudicij, in qua æternaliter damnabuntur præuenit ista tē-
poralis, [desolati a vobis ore] .i. sermōe, colloctiōe fami-
liari, [aspectu] id est, præsentia corporis, sed [non corde] id
est affectu dilectionis.

CAPVT III.

Iacuit nobis solis] subaudis mihi & Silē vel Silua
P̄no [manere Athenis, & misimus ad vos Thimo-
theum. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.]
subaudis a deo, vt persecutiones & tribulationes istius se-
culi patienter sufferamus, quaten⁹ per ista tēporalia per-
ueniamus ad gaudia æterna.

CAPVT IIII.

Ogamus vos & obsecramus in domino Iesu] Post
R. q̄ laudauit Apostolus Thessalonicenses de perseu-
rantia fidei, quam tenuerunt, nō recipientes falsos
Apostolos cepit eos exhortari vt semper in melius profice-
rent, bonisq; operibus fidem exornarent, inquit: Rogam-
us & obsecramus. Hæc habet Apostolus consuetudinē,
vt verba sua duplicet ac triplicet vnum sensum habentia,
in hoc loco. Quod enim est rogare in hoc loco, hoc est
& obsecrare: & quod dixit in domino Iesu, tale est ac si
diceret, pro dominum Iesum. Tale quid inuenitur in epi-
stola ad Hebræos, Locutus est nobis in filio id est, per filiū,
[vt quemadmodū accepistis a nobis] audiendo & intel-
ligendo a me & Siluano, [quomodo oporteat vos ambu-
lare] id est viuere, & cursum huius vitę in bonis operibus
perducere [& placere deo] fidem quam habetis bonis ope-
ribus exornando [sicut & ambulatis] viuitis & conuersa
mini mō. [vt abūdetis magis] scilicet vt magis ac magis

crefcatis in fide & bonis opib⁹. Ille em̄ placet deo, qui fidē
rectā quā habet executione virtutū decorat. Et ille bene
abūdat qui crefcere ætate fidei in se, studet etiā abūdare in
sc̄tis opib⁹, & in studio virtutū. [Scitis autē quæ præcepta
dederim vobis per dñm Iesum] .i. in dño Iesu per me lo-
quēte. Quæ fuerūt illa præcepta quæ dedit eis? Præcepta fi-
dei fuerūt & cōuersationis christiane, in quibus exhortat⁹
est eos seruire deo viuo & vero, & expectare filiū eius, de
cælis ad iudicium, quē suscitauit deus pater. Iesum dico qui
eripuit nos per passionē suā & per gratiā suā ab ira vētu-
ra. [Hęc est enim voluntas dei sanctificatio vestra]. i. hæc
est voluntas dei vt sanctificetis vos eo modo, quo sequētia
manifestāt, videlicet [vt abstineatis vos a fornicatione.]
Fornicatio isto loco tripliciter potest itelligi: Fornicari est
per culturā idolorū a deo recedere, & idola p̄ deo vero
colere. De qua fornicatione dicit psalmista: Perdes oēs qui
fornicantur abs te. Et illud: Fornicatus est Israel cū gētibus
.i. idola coluit. Et est alio modo fornicatio qñ hō amore
terrenarum rerum, filiorū videlicet, possessionem diuitia-
rum, præponit amorī oīpotentis dei, & recedit a deo p̄ ta-
lia, qui vir atq; est. Tertio ē fornicatio corporalis, qua quis
coit cū meretricib⁹, vel quocūq; modo libidinē suā explet
[vt sciat vnusquisq; vestrū suū vas]. .i. corp⁹ suū & corp⁹
vxoris suę [possidere in sc̄tificationē]. .i. in castitate [& ho-
nore] tūc honorat quisq; corp⁹ suū, & corp⁹ vxoris suę, qñ
abstinet a coitu: quia corp⁹ castū seruādo, et oratio castior
& acceptior est deo, [nō in passione desiderij.] Passio desi-
derij est qñ hō velut equus & mulus, qui sunt sine intelle-
ctū, præceptis fertur ad libidinē, nec frenat ardorē libidinis,
respectu & timore oīpotentis dei [sicut gētes quę ignorāt
deū] Gentes quæ ignorāt deū fornicatrices sunt, & nimū
libidini deditæ, vtpote nō habentes cognitionem dei, sicut
sunt Mauri, Vuandali, & maxime Sarraceni, tantum vt
plurimi illorum sexaginta & eo amplius vxores habeant
& est sensus. Cauete & obseruate ne nimium & immo-
derate libidini seruientes, efficiamini similes gentibus, qui
deum castitatis amatorem ignorant, & cum eis damnemini,
& multo amplius, quia seruus qui scit voluntatem domi-
ni sui, & non facit vapulabit multis; & melius est via ve-

ritatis non cognoscere, quam postea retrorsum abire. [Et ne quis supergrediatur, neq; circūueniat in negotio fratris suum] Beatus Apostolus socij q; eius, predicabant atq; suadebant suis auditoribus, diebus festis & diebus ieiuniorū abstinerere ex cōsensu ab omni coitu, quod & multi faciebāt obediētes praeceptis & monitionibus eius. Et ne forsitan aliquis post deuotam cōtinentiā instigare diabolo prouocaretur ad coitū illis diebus quibus habebāt deuotionē, ait Apostolus: Et ne quis vestrum supergrediatur, neq; circūueniat in negotio isto coitus. i. ne aliqua circūuentiōe uolentiam inferat aliquis pari suo, uolētī uotum seruare, prouocando eum ad coitum, sed ex consensu ab omni coitu abstineat, sicut deuouerūt, quia melius est nō uouere, quam uotū non implere. Cum enim omni tpe oratio mūda placeat deo, tūc est acceptior & gratiosior apud deum quādo mundo corde & corpore funditur, dieb; scilicet ieiuniorū. Unde dñs ait per prophetam: Egrediatur spūs de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Sponsam & sponsam in hoc loco coniugatos debemus intelligere. Dicit em̄ beatus Hieronymus, quia frustra assumitur pōnitētia in uoce & habitu, nisi etiā abstinēatur a delectatiōe carnis & coitus. Potest & de omni negotio & mercimonio intelligi, ut nemo debeat fraudē facere fratri, neq; circūuenire illū [quoniā vindex est dominus de his omnibus.] Non solum de fornicatione & publica turpitudine, sed etiam de transgressione omnis boni propositi. Verbi gratia, sicut de illis qui faciunt uotū, ut ex consensu abstineāt a coitu tēpore ieiunij & postmodum non adimplent promissum. [sicut prēdiximus uobis,] subaudis præsentes [& testificati sumus] ita erit dominus vindex de omnibus. [Non enim uocauit nos deus,] ad fidem suam & gratiam, & ad patriam cælestem [in immunditiam,] ut immūditia seruamus, [sed in sanctificationem,] ut sancte uiuamus, sancti simus, imitantes eū qui dixit, Sancti estote, quia ego sanctus sum. Immunditiæ noiē intelligitur omnis incōtinentia & impudicitia, & quocunq; modo aliquis semetipsum polluat. Sanctificatio autem ista constat in orationibus, in ieiunijs, in elemosynis, in hospitalitate, in charitate cæterisque uirtutibus. Beatus Apostolus more sanctorum patrum uolebat san-

ctificare Thessalonicenses, sicut legimus quā Moyses legiflator daturus legem, sanctificauit populum id est, inonuit ut sancte uiuentes & mundi manentes, digni essent audi-re uocē domini, & percipere eius praecepta, dicens. Sanctificamini lauate uestimenta uestra, abstinete ab uxoribus uestris. Si ergo deus illos uocauit in sanctificationem, quanto magis nos quos redemit sanguine suo, & mūdauit per baptismi gratiā, in sanctificationem uocauit, quatenus digne possimus accedere ad sacramentum corporis & sanguinis eius? Similiter Beatus Iob mittebat per singulos dies ad filios suos, qui forsitan uxorati extra domum eius habitabāt & sanctificabat eos, i. monebat eos sancte uiuere, quatenus illorū sacrificia & uota accepta essēt. Samuel quoq; uenisset ungerē Dauid in regem, uocauit Isai & filios eius ad sacrificiū & sanctificauit eos, i. monuit ut tales se ppararēt, quatenus digni essent tāto honore, quorum frater a deo in regnū erat electus. Sic quotidie nos sanctificāt Apostoli & sancti doctores suis dictis admonēdo ut sancte uiuamus quatenus digni simus nō solum Christiani uocari, sed & filij dei, & ut deus omnipotēs dignes in nobis habitare. [Itaq; q; hęc] subaudis uerba, [spernit,] despiciat, & cōtēnit, [nō hominem spernit], i. nō me despiciat, [sed deum] cuius uerba recito, & qui loquit per os meū [Nolumus ignorare uos de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem nō habent] Philosophi & gentiles infideles non credentes resurrectionem, multos ex hoc decipiebāt, negātes resurrectionem, & faciebant contristari: & dolere de morte propinquorum. Et non solum infideles, sed etiam multi fidelium apud Macedones & Thessalonicenses contristabantur de morte parentum, non credentes eos resurrecturos. Pagani ergo & infideles merito contristabāt de morte suorum, quia per mortē temporālē perueniebāt ad aeternam. At uero credētes & infideles immerito contristabātur super recessu fidelium, quia per mortem temporālē perueniebāt ad uitā aeternā. Quapropter uolēs eos a post. certificare de resurrectione, & cōsolari super morte propinquorum ait. Nolo uos ignorātes reddere de dormientibus, quia resurrecturi sunt ut nō contristemini super mortē eorū, sicut infideles qui nō habent spē resurgendi. [Si enim credimus

quod Iesus mortuus & resurrexit, ita & deus] Pater [eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo] Miramur enim ait Apo. Christum qui iam uiuit, & resurgens a mortuis iam non moritur, dicit fuisse mortuum, & electos mortuos appellat dormientes. Christum ergo appellat mortuum. ut dum audimus & scimus illum fuisse mortuum & resurrexisse, nos quoque speremus resurrecturos per virtutem diuinitatis eius. Electos uocat dormientes, quoniam nemo hominum tam facile potest socium suum excitare a somno, quam facile omnes suscitabuntur a somno mortis. Quod autem dicit quia deus pater eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo id est, cum Iesu ad iudicium, tale est, ac si diceret Qui dormierunt in Iesu, illi nempe uenient cum Christo in gloria ad iudicium, qui mortui sunt ante eius aduentum, & postea in fide passionis eius. & qui signo crucis sunt muniti, atque sacramentum corporis & sanguinis eius die mortis muniti, credentes suam salutem ibi contineri. Dicit beatus Augustinus merito pro illis post mortem offerri sacrificium deo, & corpus domini consecrari, qui positi in seculo, deuotissime illud perceperunt. [Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini], id est, in sensu domini, quia deus omnipotens loquitur per os nostrum [quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non praeueniemus eos qui dormierunt,] in Christo, modo supra dicto. Sic uidentur haec uerba Apostoli sonare quod Apo. suo tempore demonstrauerit diem iudicij uenturum. Unde & Thessalonicenses legentes hanc epistolam, putauerunt tempore Apo. diem iudicij uenturum, Quapropter alloquitur & exhortatur eos in secunda epistola, inquit, Nolite terreri per epistolam quasi instet dies domini, Considerandum est ergo, quod ex persona electorum loquitur, qui uiui in corpore inueniendi sunt in aduentu domini, qui residui dicuntur esse patriarcharum, prophetarum, apostolorum omniumque sanctorum qui eos praecesserunt per spacium temporum & praecedunt modo, atque praecedent usque ad diem iudicij, ad requiem animarum, quia post illos relicturi erunt. Tamen uelox ergo erit & celerrima resurrectio mortuorum electorum ut illi qui in corpore uiui inuenti fuerint & super terram non potuerint peruenire eos, eundem obuiam domino in aera, qui in puluere terre iacebant. [quoniam ipse dominus Iesus in iussu] id est, in iussu dei patris descendet de caelo [et in uoce archa-

geli & in tuba dei descendet, de caelo, & mortui qui in Christo sunt,] mortui eo modo quo supradiximus, [resurgentur primum,] Idcirco dicit, in iussu, quia iubente & disponente deo patre, ueniet filius ad iudicium. Per unum archangelum debemus iuxta Augustinum, intelligere omnes uirtutes angelicas, quia angeli personabunt uocibus eo ueniente. Per tubam autem intelligitur uno modo magna uox angelorum & sonus de quibus Marcus ait, Mittet filius hominis angelos suos cum tuba & uoce magna. Quod per tubam intelligatur uox angelorum, ostendit Psalmista loquens de domini ascensione: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tubae. Sicut enim ibi tubam appellat uocem angelorum dicentium, Viri Galilei, quid admiramini aspicientes in caelum &c. ita in hoc loco, uocem angelorum tubae comparat dicentium. Ecce sponsus uenit, exite obuiam illi, & exurgite de sepulchris uestris, occurrite ad iudicium receptori uestro. Ista uox qua omnes resuscitabuntur bene potest appellari tuba. Alio modo tuba pro manifestatione ponitur, ut in euangelio ait dominus. Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te. id est, noli manifeste facere ne lauderis ab hominibus sicut hypocrite. In tuba ergo dei descendet dominus de caelo. id est, manifeste ueniet ad iudicium, ut ab omnibus possit uideri, secum illud. Videbit omnis caro salutare dei, Licet ergo quidam pueriliter intellexerint, quod dictum est in Iohel propheta, iudicium domini ueniet in ualle Iosaphat, quasi in illa ualle iudicaturus sit omnes gentes, non est ita intelligendum, quoniam non pro loco, sed per interpretationem illud nomen posuit ibi propheta. Iosaphat namque interpretatur uallis iudicij & domini aduentus ad iudicium in ualle erit reprobis, quia electis eleuatis ad superna cum domino, illi remanebunt in imis & in inferioribus inferni partibus. Dicam? & tertio modo secundum Beatum Ambrosium, hoc quod dicitur in tuba dei descendet de caelo. Legimus quod Moyses legislator domino praecipiente fecerit tubas argenteas & postea Salomon in templo domini, quibus concrepabant in solennitatibus & in praesentibus sicut factum est quando muri Hiericho corruerunt, & postea a Gedeone, & sicut de solemnitatibus dicit Psalmista. Buccinate in neomenia tuba. Recte ergo dominus in tuba dicitur uenire ad iudicium, quia ipse ad hoc ueniet, ut quasi in pra-

Ho debellet aduersarios suos. Iudgos, paganos, hereticos falsos Christianos, & victoriam sumat ex eis, dicēs illis, Ite in ignem æternū, & ad hoc etiam vt remuneret electos suos introducēdo illos ad solemnitatem æternæ gloriæ & felicitatis. [Deinde nos qui viuimus, q̄ relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cū domino erimus.] Ex persona illorū loquitur, sicut & superius, qui viui inueniendi sunt, qui dicunt. Simul rapiemur cum illis, subaudis qui nos præcesserūt ad requiem animarum, sed tūc pariter veniemus obuiam domino. Hoc verbum quod est rapere, pro velocitate saepe ponitur Et in hoc loco nimiam velocitatem resurrectionis & diē iudicij designat, de qua supra iam diximus. Nā sicut eius in momento cuncta fecit, ita in momento cuncta diiudicabit, cum dicit, Rapiemur ab angelis cum illis qui nos præcesserunt obuiam domino in aera ostendit quia nō descendet dominus ad terras sed in altitudine istius aeris sedebit ad iudicandum & cū addit, Et sic. i. cū corpore & aia immortales effecti, erimus semp cū domino, nō debemus putare quod in aere cū dño simus regnaturi, quia finito iudicio, reuertetur cū omnibus electis ad beatitudinē æternā, de qua descendit ad iudicium. Si electi qui viui reperti fuerint, rapientur in aera obuiam dño ab angelis, querēdū est quomodo cōplectitur quod dictū est a deo primo homini Adg, & in ipso omni semini eius, Terra es, & in terrā ibis, cum illi mortem experti nō fuerint? Quæ hoc modo soluit secundū B. Aug. Hō de terra factus est in corpore, & anteq̄ inspiraret dñs in facie ei⁹ spiraculū vitę i. anteq̄ daret ei animā, illud corpus terra erat & electi q̄ viui reperti fuerint, in ipso raptu dū angelicis manibus portabūtur subito morientur, subitoq̄ resurgent: & dū aia in ipso raptu exierit a corpore, remanebit corpus terra, sed tamen breuissimū spacium tenebit ipsa mors, intantū vt nec cogitari nec perpēdi possit. [Itaq̄ cōsolamini vos inuicē.] o Thessalonicēses de resurrectione [in verbis istis] & nolite dolere super morte parētū.

CAPVT V.

E temporibus] subaudis diē iudicij [& momentis] vtrū estate an hyeme, vere an autumno veniat, vel qua hora diē vel noctis [non indigetis

vt scribā vobis] Quare? [Ipsi enim diligēter scitis, q̄a dies dñi sicut fur in nocte, ita veniet] i. sicut fur subito & insperate venit dies iudicij & dñi aduēt⁹. Dñs requisitus post resurrectionē de die illa de regno videlicet electorum ab Apostolis dicētib⁹. dñe si in tēpore hoc restitues regnum Israel, ait: Nō est vestrū nosse tēp̄a vel momenta, & an passionē suā de eadē die ait: De die illa (inquiens) nemo scit, neq̄ angeli qui sunt in cęlo, neq̄ filius, nisi pater solus. Ergo si pater nouit, vtrūq̄ & filius nouit, qui vnus substātiā est cū eo, sed idcirco dicit filius ignorare, quia discipulos ignorantes reliquit: [Cū em̄ dixerint] subaudis reprobi [pax & securitas, tūc repērit illis supueniet interitus]. i. subitanea p̄ditio diē iudicij [sicut dolor est in vtero hñtis] subaudis partū, [& nō effugiet.] Sicut mulier pręgnās iminētē tribulatione & p̄secutione, nō valet effugere p̄sequētū insidias ita & illi nō poterūt effugere, de quib⁹ ait dñs: Væ pręgnātibus & nutriētibus in illis diebus. Sicut in verbis Danielis p̄pheta inuenim⁹, regnate Antichristo & ministris eius trib⁹ annis & dimidio, & interfectis ab illo Elia & Enoch sicut in Apocalipsi habet, quo tēpore erit persecutio talis, qualis nō fuit antea nec postea subsequet, interficiet ipse Antichristus, & maxima pars membrorū eius a Michaelē, vt B. Gregorius dicit, & vt B. Paul⁹ dicit, dñs Iesus interficiet eū spiritu oris sui, in verbo suo & virtute sua. Quod vtrūq̄ verum potest esse: quia si Michael illum interfecerit, nō sua, sed dei virtus erit & iussio. Post mortē autem eius remanebunt quadraginta quinque dies, in quibus multa erit pax, vt in illis electi q̄ aliquid titubauerūt in p̄secutione, penitentiam agant & saluentur, ministri autem Antichristi qui remanserunt post mortem eius, gaudebunt per illos quadraginta quinque dies, ducentes vxores & cōiuiua celebrantes, & iocos diuersi generis exercentes, ac dicētes: Licet princeps noster sit mortuus, modo nos habebimus pacem & securitatem. Et cum talia dixerint, subito veniet eis subitaneus interitus. [Vos autem non estis in tenebris.] Infidelitatis. [Qui enim dormiunt.] & quiescunt in peccatis, [nocte dormiunt.] id est, in peccatis & vitijs quiescunt & iacent, [induti loriam fidei & chari-

Gen. 3.

tatis, & galeam spei & salutis]. .i. habeam⁹ fidem in deum charitatem in deū & proximū, spē & expectationē futurorum bonorum in capite : quia de cælis veniet nobis salus & his armis muniti, securi & liberi erimus in aduentu domini. [Nō posuit nos deus in iram]. .i. nō ideo nos posuit deus in fide sua, in ecclesia & cognitione sua, vt in nobis suam vindictā exercent, [sed in acquisitionē salutis.] posuit nos, vt salutem nobis inueniremus per fidem Iesu Christi, [vt siue vigilemus]. .i. viuam⁹ in hoc seculo [siue dormiamus]. .i. moriamur in corpore [simul cum illo]. .i. cū Christo [viuamus] in anima & in spe resurrectionis. [Propter quod]. .i. propter illa quę superius dixim⁹ de resurrectione cōsolamini vos inuicē. [Rogamus vos vt noueritis eos] id ē diligatis, honoretis, & necessaria eis ministretis: [qui laborant inter vos] in prædicatione & doctrina [Rogam⁹ vos corripite inquietos consolamini pusillanimes. [Apud Thessalonicenses erant quidam vagi, & vt ita dicam⁹, gyrouagi otiose viuētes, & nō laborantes manibus suis vnde viuerēt, neq; orationibus aut psalmodijs vacantes, sed circuibāt domos aliorū, atq; peragrabant de loco ad locū, quærentes vnde viuere possent, cuius rei causa multos inquietabant. Vel etiam inquietos vocat superbos, qui causa superbiz alios inquietabant. Iterum erāt alii pusillanimes & timidi, qui bonum timebant inchoare, ne forte nō possent illud ad effectum perducere: vel si inchoabāt, nō libere illud agebāt, sed verecundabantur ex hoc in præsentia aliorū ipsiq; pusillanimes erant, quia aduersa huius seculi patienter ferre nō volebāt, ideoq; scādalizabantur in verbo & facto aliorū [inquietos] ergo, .i. vagabūdos, otiosos & instabiles, vel superbos qui alios molestabāt, præcipit Apostolus corripi a prælatis & magistris, quatenus desisterent ab otiositate quæ est inimica aig, & deponerēt superbiā radicem oīm vitiorū, [pusillanimes] autē præcipit cōsolari blādus, vt per exhortationē & cōsolationem præpositorum roborarētur in omnibus bonis, [suscipite] subaudis in officium charitatis [infirmos] in fide, nō in corpore [patientes estote ad omnes] Modo admonet prælatos vt subiectorū improbitatē & impatientiam patienter ferant dum in aliquo cōtra eos murmurant, solent em̄ inquieti

& immodesti seu impatientes qñ corripiūt a prælatis in surgere cōtra eos, & impatienter ferre illorum correctio nem, nolentes ab eis corripī, sed suam voluntatem implere Quorum animositatē debent prælati ad tempus sustinere, & iterum tempore oportuno & cōgruo cū consilio & auxilio emendare [videte]. .i. caute [ne quis vestrū malū p malo alicui reddat.] Hoc vult ostendere Apostolus isto in loco, vt nō solum malum pro bono, non debeamus reddere, sed nec malū pro malo. Quatuor modis redditur, aut bonum pro bono, aut malū pro malo, Bonum pro malo redditur, sicut redēptor noster nobis qui mortui & perditī eramus, atq; propter peccata a deo alieni, quādo per passionē suam & baptismi gratiam nos redemit: Bonum pro bono, sicut in die iudicij, dabit electis dicēs eis. Quia esuriui & de distis mihi manducare, percipite regnū vobis paratū, Malum pro bono redditur, sicut Iudas & Iudei domino reddiderunt, vnde ipse dixit eis p Zachariā prophetā: Si bonū est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & est sensus infirmos vestros curauī, leprosos mūdauī, mortuos suscitauī, esuriētes pauī, date mihi ex hoc mercedem, si dignū & bonum est. Et appenderunt mercedē meā triginta argenteos, Malum p malo reddet dominus reprobis in die iudicij, dicens eis; Quia esuriui & nō dedistis mihi manducare ite in ignem æternum, Quapropter nō debemus vindictā expetere, vt reddamus malū pro malo, quia nō possumus hoc trāquilla mente agere, sed debemus illi reseruare qui semp̄ idē & æqualis manet, & qui dixit, mihi vt vindictā reseruare & ego retribuā illis supplicia, vobis autem præmia. Malū siquidem pro malo reddere non est bonum: malum vero pro bono, valde nimisq; malum est, sed [semper quod bonū est sectamini]. .i. imitamini & perfcite: [in inuicem] siue alterutrū [& in omnes] hoc est, nō solum in credentes, sed etiam in non credentes, quia fratres sumus omnes secundum carnem, [Semper gaudete] Non in diuitijs caducis & tēporalibus honoribus, sed in domino gaudete & bonis operibus, & quia filij dei estis [sine intermissione orate] Quis hominū mortalū potest semper orationi insistere? Aut ergo totum tempus pro parte posuit Apostolus, vt dicat illū semper orare, q canonicas horas obseruat

scdm morē & cōsuetudinē sc̄torū patrū: aut ēt illū, q̄ sēp de deo cogitat & deo placere desiderat. Quādiu em̄ quis bñ cogitat et bonū desiderat, sēp orat. Nā quicq̄ d boni iust⁹ agit, ad orationem est referēdum, & nunq̄ desinet orare, nisi desierit iust⁹ esse, [in omnibus gratias agite] .i. in fide spe, charitate, ceterisq̄ bonis operibus, & i prosperis, & in aduersis semper gratias & laudes agite deo, quia neq̄ prospera nisi eo donante, neq̄ aduersa nisi eo permitteute euenient. [Hęc em̄ est voluntas dei in omnibus in Christo Iesu] .i. per Christū Iesum, a quo omnia bona nobis donātur & sine quo nihil boni agere valēm⁹, sicut ipse dixit: Sine me nihil potestis facere. Hęc est (inquit) volūtas dei, vt malū p̄ malo nō reddatis, bonum semper se cetermini, sine intermissione oretis, vt gaudeatis in domino, & in oibus ei gratias referatis. [Spiritus nolite extinguere.] Dicamus hoc secundū Ambrosij sensum. Spiritum nolite extinguere. i. si aliquem ad horā spiritus sanctus repleuerit sua gratia, vt possit interpretari diuinas scripturas, & diuina mysteria loqui, nolite eū prohibere quin loquat̄ & doceat: quia de⁹ qui os asinē aperuit quæ, seni nō aperit, reuelat sæpe iuniori quā melius est. Aliter secundū Augustinum: Spiritus sanctus qui vniuersi substantiæ est cum patre & filio in sua natura, nō potest extingui, sed per vitii nostrum extinguimus illum in nobis, dum illum a nobis excludimus peccādo, spiritus sanctus, inquit, disciplinæ effugiet fictum. Dum ergo tradimus corpus nostrū libidini, & cōiungimus illud meretrici, quod tēpore baptismi & manus impositionis factum est templum sancti spiritus, excludimus illū a nobis & fugamus, & quātum est in nobis, vt Augu. dicit, extintores sumus eius. Sed ne hoc agamus, ait Apōsto. spiritum sanctum qui in vobis cepit habitare tēpore baptismatis, nolite fugare a vobis neq̄ extingatis illū in vobis peccādo & tradendo corpus vestrū diuersis turpitudinibus & templum eius debet esse [Prophetas nolite spernere]. i. si aliquis valet explanare dicta prophetarū, sicut Hie. ceterisq̄ doctores ad ædificationem auditorū loqui & prædicare nolite illum despiciere, nolite contēnere, sed humiliter attendite quæ docet. [Omnia autem probate, quod bonū est tenete] Hoc est attendite omnia quæ ille loquitur,

probate vtrum dicta illius & verba conueniūt dictis euaḡgelij, dictis prophetarum, & dictis Apōstolorum, Quod si probaueritis non discrepare a sensu sanctorū patrum verba illius, quod bonū est tenete corde, & opere perficite [ab omni specie mala abstinete vos] .i. ab oī re mala, & cogitationem praua, & opere peruerso abstinete vos [ipse autem deus pacis] .i. dñs Iesus, qui pacē reliquit discipulis suis, & in omnibus nobis dicens, pacem relinquo vobis, & qui etiam nos pacificauit & reconciliauit deo patri per passionem suam, ipse [sanctificet vos per omnia] .i. sanctos faciat in omnibus quæ cogitatis & opere perficitis [vt integer spūs vester & anima & corpus sine querela in aduētū domini nostri Iesu Christi seruetur] Quod dicit integer spiritus vester & anima & corpus seruetur, dupliciter possumus intelligere, Homo cōsrat ex corpore & anima & spiritu, tamen in eo non sunt tres substantiæ, sicut Didimus cōtendit, nec est tertius in substantia hominis spiritus, sed spūs ipse est anima, vnde dicitur in euangelio, inclinato capite emisit spiritū, & idcirco appellat̄ anima spūs, eo quod spiritalis nature est, vel quod spiret i homine, anima vero dicta est eo quod ad viuificādum animet corpus, & ad viuēdū corporei data sit, ita etiā rationabilitas & excellētia aīe qua sapimus, & discernimur ab alijs creaturis, spūs appellari solet. sicut ostendit̄ ibi: Bñdicite spūs & aīa iustorum dño, tamē quia spiritus & aīa vnū sunt, inde apparet quia corpore icedimus anima viuimus, spū intelligimus & sapimus. De quo spū siue rōnabilitate animæ, quæ rōnabilitas etiā mēs appellatur, loquitur hic Apō. cum ait: vt integer spiritus vester & aīa &c. Orat ergo Apō. vt spiritus, i. rationabilitas nostra integra & icorrupta atq̄ iuiolata permaneat: & anima & corp⁹ similiter incorrupta & immaculata permaneāt vsq̄ in diē mortis nostrę, vel in diē iudicij, sicut, ab omnibus sordibus peccatorum mūdatis sumus tempore baptismatis, quia ergo potest corpus mundū esse, & anima ac spiritus inquinari per malū cogitatū & desiderū, ideo dicit totū in homine mundū esse debere: Aliter: spūs sanctus sepe ponit̄ p̄ gratia & donis suis, sicut i epistola prima ad Corin. spūs (inquit) prophetarū p̄phetis subiectus est, i. dona spiritus sancti: quia nō cogūt hominē loqui

sicut peccatum & demoniacum, sic in isto loco potest intelligi pro gratia sua quæ nobis datur tēpore baptismatis qua mūdatur ab omnibus inquinamentis vitiorum, quæ orat. Apost. vt integra & incorrupta atq; immaculata maneat in nobis, ne nostro vitio & immūditia corrumpatur, aut minuat vel fugatur a nobis. Si enim mala vita aut cogitatio incidit: nō est iam integra ipsa gratia, quia deserit hominem obnoxii peccatis. Nam dum ea agit homo quæ odit spiritus sanctus: recedit ab eo ei⁹ gratia ex toto, aut minus illi qui peccat. Deus (inquit) pacis sanctificet vos per omnia. i. totum hominem, vt gratia spiritus sancti quæ perceptis tempore baptismatis, non recedat a vobis, sed integra maneat vobis, & anima incorrupta sit, corpusq; immaculātū, & totus homo mūdatus integer seruetur sine qua rela. Non dicit sine peccato, quia nō est homo qui faciat bonum & nō peccet, & in multis offendimus omnes. Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis nō est. [Fidelis est]. i. verax in promissōibus suis. [qui vocauit vos] ad fidem & gratiam suam. [qui etiā faciet] sub audis id quod promissit. Fidelem dicit deum in promissōibus suis, vt securi de præmio recte conuerterentur.

¶ In epistolam ad Thessalonicenses posteriorem argumentum Haymonis.

Thessalonicenses accipientes priorē epistolam, cum peruenissent legendo ad illum locū, vbi loquitur Ap. ex psona electorū: qui in die iudicij inueniēdi sunt viui in quies. Deinde nos qui viuimus qui relinquitur si mul rapiemur cum illis obuiam Christo in aera, cōturbati sunt: nimiumq; perterriti, putātes Apostolum ita esse locutum quasi suo tempore & illorū venturus esset dominus ad iudiciū, & timebant illi mitti cum diabolo in carcerem æterni supplicij, eo quod tarde venientes ad fidem imperfecti essent. Quapropter Apo. vt comperit illos super hoc tristari, scripsit eis istam epistolam secundam, in qua significauit eis, nondū imminere diē iudicij suo tēpore & ostēdit eis quod antea destruendū esset regnum Romanorum tamen occulte & obscure. Neq; enim audebat aperte scri

bere de abolitione regni Romani, ne forte in credentes persecutionem excitaret. Denūtiat etiam aduentum Antichristi & interfectionem eius.

In epistolam Pauli ad Thessalonicenses posteriorem, exegetis. CAPVT I.



Paulus & Sylluanus] idē est initiū idē q; sensus quem in priori exposuimus, [Supercrefcit fides vestra.] Fides augmento eget, vnde Apostoli dicunt dño Adauge nobis fidem. Et quidam alius: Credo domine: adiuua infidelitatē meam, [Gloriamur in tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei.] Sicut ex verbis Prosperi aliorūq; doctorum colligere possumus, nihil agitur in hoc mūdo, nisi aut deo faciēte, aut ipso permittente. Sancti ergo martyres alijq; fideles, deo permittente, multa pericula & aduersa in hoc mundo ad exemplum iusti iudicij dei patiebantur, quoniam in ipsis ostendebatur, quia si illi qui dilecti deo erant, talia patiebantur, multo ampliora & grauiora reprobis & inimici illius in die iusti iudicij dei suscipiēt. Iustū dei iudiciū dicit quia tūc iudicabit deus orbem terræ in æquitate. [Si tamē iustum est apud deum retribuere malis mala, & bonis bona.] Si tamen coniunctio causalis in hoc loco non pro dubitatione ponitur, sed pro affirmatione, quasi diceret. Quoniam iustū est deo ita agere [in reuelatione,] id est in manifestatione [domini Iesu de cælo] venientis ad iudicium [cum angelis virtutis eius.] sicut ipse dixit: Cū venerit filius hominis: & omnes angeli cum eo, [& in reuelatione domini Iesu dantis vindictam,] reprobis in flamma ignis [his qui non nouerūt deum]. i. paganis [& qui non obediunt euangelio, hæreticis videlicet & falsis Christianis atq; Iudæis. Bene in flamma ignis dicit daturum dominū vindictam reprobis, quia ignis præcedet eum, tantum spatium aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuiō, qui ardebit terram & crassitudinem aeris, & purgabit electos, reprobis autem audientes a domino, ite in ignem æternum inuoluentur ab isto igne, & trahētur ad supplicia inferni, [qui] reprobis [dabunt poenas æternas in interitū]

dabunt pœnas alijs, sed sibi dabunt & inferent, quia mala fecerunt pro quibus talia recipient. Dare etiam aliquando ponitur pro sustinere, sicut in Vergi. Et pro purpureo pœnat dat Scylla capillo. i. sustinet pœnas, ita & hic dabit pœnas, i. sustinebunt. [Cum venerit glorificari in sanctis suis] .i. clarus apparere eis & blandus, reprobis autem terribilis & sæuus. [Quia creditum est testimonium nostrum super vos de illo] .i. quia receptum & creditum est Euāgelium & prædicatio nostra in vobis & a vobis in die illo. i. ppter illum diem, vt euangelium perhibeat vobis testimonium credulitatis in die illo, & recipiatis mercedem æternā. [In quo] subaudis negotio [oramus] vel ad hoc oramus semper pro vobis, &c.

CAPVT II.

Ogamus vos fratres per aduētum domini nostri
R Iesu Christi & nostrę congregationis in ipsum.]

Duos domini aduētus legimus, primum in humilitate, secundum in potentia, quādo veniet ad iudicium, de quo hic ratio agitur. Cōgregationem suā appellat multitudinem electorum, vel quę cum eo veniet, vel quę ei obuiabit ad iudiciū. In ipsum dicit quasi in ipso, quia in Christo sunt omnes electi, vt pote membra, adhærentes illi. Rogamus vos [fratres per aduentum domini Iesu] ad iudiciū [&] per aduentū [nostrę congregationis in ipsum] .i. omnium sanctorum qui in ipso consistunt, [vt nō cito moueamini] .i. vt nō cito cōturbemini, [neq; terreamini], quasi instet dies domini, [neq; per spiritum] .i. si aliquis se dixerit admonitū a spiritu sancto, quod dies iudicij imminet, nolite illi credere neq; terreamini ei⁹ verbis. [neq; per sermonem] .i. per tractatum. Si aliquis explanator & tractator prophetiarum vobis dixerit, collegi sensum prophetę Isaia & Danielis, aliorumq; prophetarū, & præuideo diē iudicij imminere, & Christum venire ad iudicium, nolite ideo terreri [neq; per epistolam tāquam per nos missam] Si aliquis pseudo Apostolus hoc finxerit, nolite ei credere. [Quoniam nisi venerit discessio primum,] vt discedant omnia regna a regno & imperio Romanorum [& reuelatus] siue manifestatus [fuerit homo peccati.] Antichristus videlicet, qui licet homo sit, fons tamē erit omnium peccatorum. [& filius perditionis] .i. filius diaboli, nō per natu-

ram, sed per imitationem. Qui ideo appellatur perditio, quia per illum venit perditio, & ipse perdidit humanū genus [qui aduersatur] .i. cōtrarius est Christo omnibusq; membris eius, [& extollitur] siue erigitur in superbiam [supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur.] Nō est verū quod ait: Quod dicitur deus, aut quod colitur. Extollet se Antichristus supra omne quod dicitur deus. i. supra omnes deos gentium. Herculē videlicet, Apollinem, Iouē, qui falso dicitur dii, & supra omnes electos qui nuncupatiue vocantur dii, vt Moyses cui dicitur: Ecce cōstitui te deū Pharaonis & in lege: Dijs ne detrahas. i. sacerdotib⁹ & Ego dixi dii estis. Igitur super omnes istos extollet se Antichristus: & maiorem se dicet omnibus istis, & non solum super illos, sed etiā (quod maius est) supra omne quod colitur. i. supra sanctam trinitatem, quę solummodo colenda & adoranda est ab omni creatura. Ita se extollet, vt in templo dei sedeat ostendens se tanq̄ sit deus. Hoc dupliciter potest intelligi Nascetur antichristus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod Iacob dicit: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Et cum venerit Hierosolymam circūcidet se, dicens Iudæis, Ego sum Christus vobis promissus: Tunc confluēt ad eū omnes Iudæi, & reedificabunt templum, quod est destructum a Romanis, sedebitq; ibi, dicens se esse Christum. Vel etiam in templo dei. i. in ecclesia sedebit, ostendens se tanq̄ sit deus, Nam sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis requieuit, ita in illo homine qui Antichrist⁹ appellatur, eo quod sit cōtrarius Christo, plenitudo malitię & omnis iniquitatis habitabit: quia in ipso erit caput omnium malorum diabolus, qui est rex super oēs filios superbię. His verbis demonstrauit Apostolus Thessalonicēsis, non prius venturum dominū ad iudicium, quā regni Romani defectio fieret, quod iam nos impletum videmus, & Antichristum apparere in mundo qui interficiet Christi martyres [Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebā vobis] de aduētū Antichristi & de die iudicij [Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore] Dicit: Scitis quod detineat & non demonstrat quid. Quod nihil melius ibi intelligitur voluisse significare, quam destructionē regni Romanorum de qua obscure hic locutus est, ne forte aliquis

Exo. 7.
Exo. 32.
Psal. 71.

Gene. 41.

dabunt pœnas alijs, sed sibi dabunt & inferent, quia mala fecerunt pro quibus talia recipient. Dare etiam aliquando ponitur pro sustinere, sicut in Vergi. Et pro purpureo pœnat dat Scylla capillo. i. sustinet pœnas, ita & hic dabunt pœnas. i. sustinebunt. [Cum venerit glorificari in sanctis suis] .i. clarus apparere eis & blandus, reprobis autem terribilis & saeuus. [Quia creditum est testimonium nostrum super vos de illo] .i. quia receptum & creditum est Euāgelium & prædicatio nostra in nobis & a vobis in die illo. i. propter illum diem, vt euangelium perhibeat vobis testimonium credulitatis in die illo, & recipiatis mercedem æternā. [In quo] subaudis negotio [oramus] vel ad hoc oramus semper pro vobis, &c.

CAPVT II.

Ogamus vos fratres per aduētum domini nostri Iesu Christi & nostrę congregationis in ipsum.]

Duos domini aduētus legimus, primum in humilitate, secundum in potentia, quādo veniet ad iudicium, de quo hic ratio agitur. Cōgregationem suā appellat multitudinem electorum, vel quę cum eo veniet, vel quę ei obuiabit ad iudiciū. In ipsum dicit quasi in ipso, quia in Christo sunt omnes electi, vt pote membra, adhærentes illi. Rogamus vos [fratres per aduentum domini Iesu] ad iudiciū [&] per aduentū [nostrę congregationis in ipsum] .i. omnium sanctorum qui in ipso consistunt, [vt nō cito moueamini] .i. vt nō cito cōturbemini, [neq; terreamini,] quasi in istis dies domini, [neq; per spiritum] .i. si aliquis se dixerit admonitū a spiritu sancto, quod dies iudicij imminet, nolite illi credere neq; terreamini ei⁹ verbis. [neq; per sermonem] .i. per tractatum. si aliquis explanator & tractator prophetiarum vobis dixerit, collegi sensum prophetę Isaia & Danielis, aliorumq; prophetarū, & præuideo diē iudicij imminere, & Christum venire ad iudicium, nolite ideo terri [neq; per epistolam tāquam per nos missam] si aliquis pseudo Apostolus hoc finxerit, nolite ei credere. [Quoniam nisi venerit discessio primum,] [vt discedant omnia regna a regno & imperio Romanorum] [& reuelatus] siue manifestatus [fuerit homo peccati.] Antichristus videlicet, qui licet homo sit, fons tamē erit omnium peccatorum. [& filius perditionis] .i. filius diaboli, nō per natu-

ram, sed per imitationem. Qui ideo appellatur perditio, quia per illum venit perditio, & ipse perdidit humanū genus [qui aduersatur] .i. cōtrarius est Christo omnibusq; membris eius, [& extollitur] siue erigitur in superbiā [supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur.] Nō est verū quod ait: Quod dicitur deus, aut quod colitur. Extollet se Antichristus supra omne quod dicitur deus. i. supra omnes deos gentium, Herculē videlicet, Apollinem, Iouē, qui falso dicitur dii, & supra omnes electos qui nuncupatiue vocantur dii, vt Moyses cui dicitur: Ecce cōstitui te deū Pharaonis & in lege: Dijs ne detrahas. i. sacerdotib⁹ & Ego dixi dii estis. Igitur super omnes istos extollet se Antichristus: & maiorem se dicet omnibus istis, & non solum super illos, sed etiā (quod maius est) supra omne quod colitur. i. supra sanctam trinitatem, quę solummodo colenda & adoranda est ab omni creatura. Ita se extollet, vt in templo dei sedeat ostendens se tanq̄ sit deus. Hoc dupliciter potest intelligi. Nascetur antichristus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod Iacob dicit: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Et cum venerit Hierosolymam circūcidet se, dicens Iudæis, Ego sum Christus vobis promissus: Tunc confluēt ad eū omnes Iudæi, & reedificabunt templum, quod est destructum a Romanis, sedebitq; ibi, dicens se esse Christum. Vel etiam in templo dei. i. in ecclesia sedebit, ostendens se tanq̄ sit deus, Nam sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis requieuit, ita in illo homine qui Antichrist⁹ appellatur, eo quod sit cōtrarius Christo, plenitudo malitię & omnis iniquitatis habitabit: quia in ipso erit caput omnium malorum diabolus, qui est rex super oēs filios superbię. His verbis demonstrauit Apostolus Theſsalonicēſibus, non prius venturum dominū ad iudicium, quā regni Romanorum defectio fieret, quod iam nos impletum videmus, & Antichristum apparere in mundo qui interficiet Christi martyres [Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebā vobis] de aduētū Antichristi & de die iudicij [Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore] Dicit: Scitis quod detineat & non demonstrat quid. Quod nihil melius ibi intelligitur voluisse significare, quam destructionē regni Romanorum de qua obscure hic locut⁹ est, ne forte aliquis

Exo. 7.

Exo. 32.

Psal. 71.

Gene. 41.

Romanorum legeret hanc epistolam & excitaret contra se aliosque Christianos persecutionem illorum, qui se putabant semper regnatos in toto mundo. Vos scitis (inquit) quid detineat illum Antichristum, & quid moretur illum quia necdum destructum est regnum Romanorum, nec recesserunt omnes gentes ab illis. Ut reueletur siue manifestetur ipse Antichristus in suo tempore. i. congruo tempore & a deo disposito. s. postquam omnia regna discesserint a Romano imperio. [Nam mysterium iniquitatis iam operatur.] Mysterium Græce, latino vocabulo dicitur aliquid occultum & secretum. Mysterium ergo iniquitatis appellat interfectionem sanctorum martyrum & persecutionem quam inferebat Nero & principes eius fidelibus Christi. Que ideo appellatur mysterium, quia quod diabolus operatus est manifeste per Antichristum, interficiendo sanctos martyres Eliam & Enoch, aliosque plurimos, hoc operatur iam occulte per membra sua, Neronem ac principes eius, interficiens per illos principes, martyres, Apostolos. Istud mysterium iniquitatis, coeptum est a Nerone, qui occulte instigante patre suo diabolo, zelo idolorum interfecit sanctos martyres, & peruenit usque ad Diocletianum & Iulianum apostatam, qui plurimos sanctorum perimerunt. Sicut ergo Christus, qui est caput omnium electorum, longe ante suum aduentum, occulte & per mysterium præfiguratus est, sicut in morte Abel, & immolatione Isaac, & in Dauid rege, qui Goliath interfecit, qui diabolum significabat, quem Christus in sua morte & passione debellauit, ita diabolus qui in Antichristo erit, in membris suis, malis. s. regibus præfiguratus est occulte, & per mysterium tantum [ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat], i. hoc solummodo restat, ut Nero, qui nunc tenet imperium totius orbis: tantum teneat illud, donec de medio mundi tollatur potestas Romanorum. In Nerone comprehendit omnes imperatores Romanos qui post illum imperij sceptrum tenuerunt. Ideo dicit: Donec de medio tollatur: quia vndique ex omnibus gentibus confluebant Romanam & quasi in medio mundi erat, habens in circuitu suo omnes gentes: vel quicquid intra initium & fines continetur, medium potest dici. [Et tunc] subaudiis cum ablata fuerit potestas a Romano imperio, [reuelabitur] siue ma-

nifestabitur [ille iniquus,] Antichristus. [quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.] Siue dominus Iesus interfecerit illum potentia iussionis sue, siue Michael interfecerit eum, virtute domini Iesu occidetur, non virtute Michaelis. Occidetur autem (sicut doctores tradunt) in monte oliueti in Babylone & solio suo, illo in loco contra quem dominus ascendit in caelos. Quod vero dicit Apostolus: Tunc reuelabitur ille iniquus, postquam fuerit destructum Romanum imperium, non est ita intelligendum, quod statim dixerit illum venturum sed primum illud destruendum, ac deinde Antichristum venturum, tempore a deo disposito, [& illustratiōe] siue claritate [aduentus sui] destruet dominus Iesus [eum] .i. Antichristum, [cuius est aduentus secundum operationem satanae.] Hoc ad ipsum diem iudicii pertinet, quando destruetur ipse Antichristus cum omnibus membris suis: audiet enim a domino: Ite in ignem aeternum. Notandum quia non statim veniet dominus ad iudicium, ubi fuerit Antichristus interfectus: sed (sicut ex libro Danielis intelligimus) post mortem illius concedetur electis ad penitentiam dies quadraginta quinque. Quantulicumque vero spatium temporis sit usque quo dominus veniet, penitus ignoratur. Quodque dicit: Cuius aduentus erit secundum operationem satanae, intelligendum est, quia, quicquid operabitur diabolo instigante & cooperante, implebit, qui ex toto illum possidebit tamen non amittet sensum ut ignoranter dicat se nescire deum, neque vexabitur a diabolo, sicut phrenetici: quia si ita esset, nequaquam peccatum haberet quicquid ageret: sicut illi non habent qui phrenesim patiuntur: qui nesciunt quid agant, [in omni virtute, signis & prodigiis mendacibus] subaudiis erit aduentus Antichristi. Signa & prodigia per vno accipiuntur. In signis ergo & prodigiis mendacibus operabitur, quia videlicet mortuos suscitare, & alia multa signa facere, sed mendacia erunt & a veritate aliena, quia per magicam artem & phantasmata deludet homines, sicut & Simon magus delusit illum, qui putans eum occidere, arietem decollauit pro eo. Vel etiam in signis & prodigiis mendacibus erit aduentus eius, quia per signa & prodigia falsa quae videbitur operari, tradet homines ad mendacium colendum. i. ad semetipsum, qui est mendax & pater eius. [& omni seductione] siue deceptiōe [iniquitatis erit his qui pereunt] .i. Iudaeis & paganis, [eo quod cha-

Actu. 8.

Ioan. 16.

ritatem veritatis non receperunt vt salui fierēt.] .i. spiritū Christi qui dixit: Ego sum veritas, per quem spiritū sanctū infunditur dilectio dei & proximi in cordib⁹ nostris: Ideoq; quia neq; Christū neq; spiritum sanctum voluerūt recipere, [mittet illis deus operationē erroris.] .i. permittet ad eos venire Antichristum operatorem mēdaciū. Plus est quod dixit operationem, quā operatorem, quia ipsam rem mittet eis. .i. ipsum mēdaciū & patrem omnis malitiæ & iniquitatis. [vt credāt mēdaciō.] .i. diabolo [vt iudicetur] siue damnentur, [omnes qui non crediderunt veritati.] Christo [sed cōsenserunt iniquitati.] diabolo, quod elegerit nos apostolos primitias in salutem omnium gentiū. Apostoli primitiæ fuerūt: quia primi crediderunt. [In acquisitionē gloriæ domini Iesu] .i. vt vos acquisiti ad fidē nostrā prædicatione, augmētū faciatis corpori Christi, & glorificetur per vos atq; laudetur, iuxta illud: Videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrū qui in cælis est. [Deus pater qui] in tantum [dilexit nos] vt filiū suum pro nobis daret, & [dedit cōsolationem æternam] promittendo nobis regnum cælorum, [& spem bonam] expectationem futurorum bonorum, [in gratia] sua nō in merito nostro, [exhortetur] id est, doceat corda nostra.

CAPVT III.

Mat. 7.

E cætero orate p nobis, vt sermo dñi currat] ab ore nostro ad aures vestras, & ab auribus ad cor, sic quod vertat in operationē. [vt liberemur ab importunis] qui nō stāt in portu quietis. [Dñs autē dirigat corda vestra] .i. si quid fortitudinis in vobis habetur, augeat & faciat vos per rectitudinem vitæ ambulare, & rectos gress⁹ figere in bono opere. [in charitate dei] & p proximi [& paciētia Christi,] vt patientes sitis inter aduersa huius seculi, sicut Christus pertulit paciēter opprobria, irrisiones, flagella, crucem: vel (sicut quidam codices habēt) in expectatione Christi, vt expectetis C H R I S T I aduentum ad iudicium. [Gratis panem non manducauimus,] id est, sine labore, [si quis nō obedit verbo] subaudis nostro, aut vestro, vt nō sit otiosus [per epistolam] subaudis vestrā [hūc notate] notate nobis, & nos asperere increpabimus illum. [Salutatio mea manu Pauli, quod est signū] i omni

epistola.] In fine omnium epistolarū Hebraicis literis & Græco sermone nomen suū scribebat, ne illud quod sequitur ab aliquo pseudo apostolorum potuisset corrumpi, [Ita scribo:] Quomodo? [Gratia domini nostri Iesu Christi cū omnibus, Amen].

IN EPISTOLAM PRIOREM AD TIMO

theum, argumentum Haymonis.

Imotheus, filius fuit mulieris viduæ, patre gentili Græco procreatus. Quem mater dum vellet circumcidere secundum præceptum legis: pater prohibuit: qui erat incircuncisus: vt pote gētilis. Traditus autem literis: eruditus est tam diuinis scripturis quam liberalibus artibus: sociatusq; Beato Paulo: factus est ei comes in prædicatione: et postea ab illo ordinatus & constitutus episcopus: Cui Apostolus direxit hanc epistolam, instruens eum de ordinatione episcopatus, diaconi omnisq; ecclesiasticæ disciplinæ & ordinis: & quomodo deberet docere populum.

IN EPISTOLAM PAVLI AD

Timotheum priorem exegetis.

CAPVT I.

PAULUS Apostolus Christi Iesu secundū imperium dei, .i. secundum iussionem & voluntatem dei patris [saluatoris nostri] & secundū iussionē [Christi Iesu spei nostræ] salutē refert ad deū patrem: & spem nostram ad christum: quia deus pater dedit nobis salutem per filiū suum: quē dignatus est mittere nobis. & p spiritū sanctū, quē nobis tribuit tēpore baptismatis: & tēpore manū impositionis. Per Christū autē habemus spem .i. expectationē futurorū bonorū: quia sicut ille resurrexit a mortuis & ascēdit ad celos: ita nos speram⁹ resurrectionē vobis pfuturā per ipsum: & ad gloriā eterne beatitudinis ascēsurus. [Timotheo dilecto filio] in spiritu: i doctrina, [in fide] non carne. [Gratia] qua gratis dimittitur peccata, [& misericordia & pax] qua reconciliatur deo patri Misericordiam mediā interposuit: vt ostenderet quia gratia & pax per misericordiam dei nobis confertur: nō per meritum nostrū. [Sicut rogavi te vt remaneres Epheū,]

L iiii

Mat. 15,

que est ciuitas metropolis Asia. [cum irem in Macedoniam,] prouinciam Græcorum, [vt denunciare quibusdā,] id est, Iudæis iudaizantibus, & non recte credentibus, [ne aliter docerent,] subaudis, quam nos docemus [neq; intenderet fabulis & genealogijs interminatis,] id est, generationibus que terminū nō habent, [que] fabule & genealogie, [questiones præstāt magis quā edificatiōē dei,] que est in fide. De Iudæis loquitur, qui præter pentateuchū & prophetas aliasq; scripturas, habent quasdā traditiones, nō scriptas, sed memorię cōmendatas ex traditione patrum, quas Apo. fabulas, i. fictiōes & cogitationes appellat, que nullam vtilitatē habent in se, nisi cōtentiones generāt & que stitōes. Ex quibus pauca de pluribus dicimus: Traditio illorū est, in exordio duas mulieres esse factas, Euam, & alteram ex quibus dicūt multos filios esse natos, quod nusquā sacra scriptura narrat. Tales etiam erant illi, de quib; dicit dominus, v; vobis pharisei & scribe, q. superponitis traditiones vestras mādati dei, dicētes patri Corban. i. donū vel munus quodcunq; ex me, tibi proderit, & multa his similia. Similiter de genealogijs, pponēbāt questionē, quot annis vixerit Mathusalem, Heber, Noe cæterique patres: & quid fecerint, & quomodo vel quādo, vnde proponit questionē, si Salomō duodecimo anno ætatis suę vnct; est in regē, & quadraginta annis regnavit. & Roboā fili; ei; quadragesimo similiter anno gratisq; suscepit regnū, quō Salomon duodenis potuerit filium procreare? Quæ traditiones & genealogiæ nullā ædificatiōē dei præstāt, que est in fide, i. que ad fidē dei pertinet. Aedificatio dei est qn quis ea loquitur, que aliquid vtilitatis habēt, p quæ pparat & edificat deo templū in cordibus auditorum. Sed signimenta Iudæorū quæ memoriē recitant nullius vtilitatis sūt. Dicit enim beatus Hieronymus: Quid mihi prodest scire quot annis vixerit Mathusalem, Noe, Sem, alijq; patres? Nihil. Sic intelligēdum est de fictiōibus illorum, a quibus Apostolus præcipit eis per Timotheum vt desistāt. [Finis enim præcepti est charitas.] Finis est terminus, finis est sumptio qua consumitur cibus, vt vltra non sit quod erat, vnde dicimus, finitus est cibus. Finis etiam est completio, perfectio, consummatio, qua consummatur tela, vnde dicitur

mus, finita est tela. i. texendo perfecta est & consummata. sic finis præcepti, siue præceptorū perfectio & completio est charitas. Totam enim magnitudinem & latitudinem diuinorum eloquiorū secuta possidet charitas, qua diligimus deum & proximum. Omnis igitur præcepti finis siue completio charitas est. i. ad charitatē refertur omne præceptum, quia qui deum diligit, non peccat: & qui proximum amat vt seipsum, nō delinquit, quia nō adulterat vxorem eius quoniā nō vult suā adulterari. nō occidit alium, quia non vult occidi. Sic de cæteris intelligēdum est præceptis. Et ipsa charitas [De corde puro] debet esse, nō de ficto: [et conscientia bona & fide non ficta] Conscientia sepe ponitur pro spe, sicut in hoc loco, Charitas ergo de spe bona debet procedere, quia ideo debet deum & proximum diligere, vt æterna præmia se speret exinde recepturū. De fide etiam nō ficta, vt quod credit & intelligit, opere perficiat. Nam fides ficta est que confitetur ore, sed non tenetur corde, neq; exornatur operibus. Quam multi habent, de quibus dicitur: Cōfitentur se nosse deum, factis autem negāt. Fides vero vera est, quæ tenet corde, profitetur ore, perficitur opere [A quibus] subaudis virtutibus, id est, a charitate, spe bona, & fide nō ficta [aberrantes quidam] Iudæorū [cōuersi sunt in vaniloquium] loquentes ea que vana sūt, nullamq; vtilitatem in se habentia. [volentes esse legis doctores nō intelligentes] ea sicut intelligēda sūt [neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.] Iudæi si quando de praua & falsa opinione sua, & de fabulis & traditionibus suis vanis reprehendi & conuinci cōeperint, ad defendendū id quod leuissima temeritate & cogitatiōē, nec nō & apertissima falsitate dixerunt eosdem libros suos, vnde id probant proferre conātur: vel etiam memoriē, que ad testimonium valere arbitrantur, multa verba inde pronūntiant: non intelligentes sicut intelligenda sunt: neq; quæ loquuntur: neq; testimonia que proferūt de quibus volunt affirmare suā falsitatē ponentes incōgrua exempla: [scimus aut quia bona lex est: si quis ea legitime vras. [Ille vtrius legitime lege: qui intelligit quare sit data. videlicet ad reparandā & roborandā naturalem legē, quam genus humanū iam cōculcatā habebat, & qui intelligit quādiu obseruari

debut in figura scilicet vsq; ad Christi aduentum & qui ea que in lege precipiuntur carnaliter & in figura, post domini aduentu spiritualiter intelligit, & iam non in figura, sed in veritate adimplet, videlicet vt circuncidat se, id est, expoliet per baptismum & per penitentiam ab omnibus peccatis, & celebret sabbatum spiritaliter, quiescendo a prauo opere, & precepta moralia teneat. Qui taliter vt lege, bona est illi lex [sciens hoc, quia iusto non est lex posita] id est, iustificato per fidem & gratia baptismatis, & legem volenti implere, non est lex posita, id est, imposita vt supra illum sit. In illam enim est potius, & cum ipsa quam sub illa, quia amicus legis est. Vnde si omnes iusti essent nequaquam esset lex data. [sed iniustis & peccatoribus] data est lex, vt illi eius timore desinat peccare. [plagiarijs] subaudiis posita est lex. Plagiarij sunt seductores, qui homines seducendo furantur & vendunt [Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia xps Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.] In Græco habetur, humanus sermo id est, iucundus gratus & acceptus. Quid enim iucundus, quid gratus vel acceptius, quam audire, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere? Si ergo est humanus, nunquid est & diuinus? Est vtique, quia nisi esset diuinus nequaquam potuisset peccatores saluos facere, sed humanu illud dixit alio modo, quia verbu caro factum est, & habitauit in nobis vel fidelis sermo est. i. verus. & dignus est, vt ab omnibus acceptus habeatur, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere: sicut ipse dixit. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam, & venit filius hominis saluare quod perierat. Sed querendum est, quare dicat Apostolus, quorum primus ego sum. Nunquid ante eum non fuit peccator Cain? Nunquid ante eum non fuerunt peccatores sodomitæ, & Iudæi, qui crucifixerunt dominum? Vel nunquid illum primum venit vocare & saluare? Nūquid ante eum non est vocatus & saluatus Petrus, alijque Apostoli, multique credentes? Sunt vtique. Notandum, quia sicut dicitur primus in bono inter alios, ita etiam & primus inter alios in malo: & ponitur aliquando pro ordine vel dignitate. Sed in hoc loco Apostolus causa humilitatis primum se dixit, quasi priorē alijs, aut pessimum om-

Luc. 5.
Mat. 18.

Iob. 1.

num. Sic enim soliti sumus dicere, verbi gratia: Transit rex aut quælibet potestas per quendam locum, & inuenit turbam latronum, & dicit: Quis est primus in vobis, adducite illum. i. quis est primus ad malum, adducat, cuius autoritate alij latrocinium exercent. Sic etiam dum inuenit aliquis artifices laborantes dicit, Quis est hic primus? Non interrogat quis prior sit ætate, sed quis prior sit arte. Sicut ille prior est in arte, ita latro primus est in iniquitate: Et beatus Apostolus hoc modo de se dicit causa humilitatis: Quorum primus ego sum. i. illorum peccatorum, quos venit Christus saluare, ego sum pessimus. Re enim vera multum erat imbutus iniquitate, qui Christum iam in celo sedentem persequeretur in terra in membris suis [Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem siue ad exemplum eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam] Quare sit misericordiam consecutus, exponit causas. Christus, inquit daturus veniam conuersis ad se peccatoribus, extendit charitatem suam vsque ad inimicos suos, me primum elegit acriorē inimicum, quem cum sanaret, ne me in cæteris desperaret. Egredis more peritissimi medici qui veniens ad illum locum ubi antea ignoratus erat, & ubi plurimi infirmi sunt, quem cunctique grauiori infirmitate laborantem, & in desperatione positum inuenit, illum assumit primum ad curandam, vt in illo ostendat peritiam suæ artis, & vt alij in firmi videntes illum sanatum, qui grauiori morbo grauabatur, non desperent de salute: sed vnusquisque illo in loco dicat proximo suo, Vade ad illum medicum, securus esto, sanabit te, sic dominus Iesus Christus verus medicus, ostendit in Beato Paulo gratiam suæ medicinæ, i. misericordiam suæ pietatis, sanando illum a languore infidelitatis & morbo vitiorum, vt in illo ostenderet, quia si illius misertus est, qui eius fuit persecutor in sanctis martyribus, vtique & alijs miserabitur [Regi autem seculorum immortalis inuisibili soli deo, honor & gloria in secula seculorum.] Quidam regem seculorum in hoc loco intelligunt deum patrem, pro eo quod ait Apostolus inuisibili dicentes, ideo illum appellatum esse ab Apostolo inuisibilem, quod eius persona in veteri testamento per aliquam subiectam creaturam & similitudinem non fuit ostensa, sed sicut, sicut ostensa est Isaiæ, qui vidit illum in habitu

Actu. 9.

Esa. 15.

Dan. 7. regnantis sedere: & Danieli qui dixit, Aspiciebam in visu noctis, & ecce filius hominis venit, & data est ei potestas Quod beatus Augustinus reprehendit, affirmans regem se colorum inuisibilem sanctam trinitatem appellatam esse, patrem videlicet & filium ac spiritum sanctum, quæ trinitas personarum veritate deitatis facit, quæ est vnus deus: & sicut est pater inuisibilis, ita filius inuisibilis, & spiritus sanctus inuisibilis, quia deus spiritus est. Illi ergo qui dicunt personam patris non esse ostensam in veteri testamento, attendat quid dicat Daniel, Aspicebā, inquit, & ecce antiquus dierum sedit. Quapropter rex seculorum sancta trinitas est: quæ est vnus & verus deus, immortalis, immutabilis & inuisibilis in sua substantia. Pater igitur & filius & spiritus sanctus, vnus deus rex est seculorum præteritorum & futurorum: homo vero assumptus a verbo ex eo tempore rex est futurorum, ex quo assumptus est a verbo. Nam præteritorum seculorum non fuit rex ille homo quia non erat. Solum deo, i. sanctæ trinitati honor, laus, iubilatio, & gloria in omnia secula seculorum sit. [Hoc præceptum] superius dictum: quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere, vel etiā hoc præceptum [cōmēdo tibi] quod dicitur sum [fili Timothee scdm præcedētes in te prophetias, vt milites in illis bonā militiam] Prophetias præcedentes appellat intelligentiā prophetarū, quam habebat Timotheus antequam ordinatus esset episcopus: Cōmēdo, inquit, tibi hoc præceptum, subaudis intelligentiam prophetarū, quæ præcessit in te antequam episcopus ordinareris a me, vt milites. i. certos in illis prophetiis bonam militiam. i. pugnam, docendo te & alios quod prædicas ore, perficiendo opere. Nam militia dicitur pugna & miles pugnator, [habens fidem] subaudis rectam [conscientiam bonam] id est, bonam spem: quæ intelligitur per conscientiam, sicut paulo superius prædiximus. Ille ergo habet bonam spem qui talia opera agit pro quibus sperat se præmia æterna percepturum, [quam] subaudis fidem vel spem, [repellentes quidam, circa fidem naufragauerūt,] Naufragium dicitur nauis fracta. Et sicut ille nudatur a substantia sua, quam habebat in nauis qui naufragium patitur, & insuper ipse perit, ita qui repellunt fidem, nudantur a veritate fidei, & pereunt insuper æterna perditione

Circa fidem naufragauerūt, id est nudi & alieni a veritate fidei remaserunt vel etiam perierunt [ex quibus] id est ex his qui a veritate fidei recesserūt [est Hymeneus & alexander, quos tradidi sathanæ vt discant non blasphemare] Alexander quidam fuit faber ærarius, veniens ad fidem Christi, sed postea reuersus est ad apostasiam suam, qui postea erat apud Athenas faciens ædes Dianæ, quādo commouit totam ciuitatem contra Apostolum, vnde ipse dicit in epistola sua ad Timotheum: Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Multi ergo fuerunt qui a fide recesserūt, ex quibus fuit Symon magus & Hymeneus atque Alexander, quos duos tradidit apostolus diabolo ad vexandum & puniendum, quo suadente & instigante a fide recesserunt, & nomen omnipotentis dei blasphemabant ne alij audent similitur facere, Nam tantæ potestatis erat apostolus: tantamque gratiam habebat, vt recedentes a fide, solo verbo traderet diabolo.

CAPVT II.

Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt] Beatus Apostolus dirigens hæc verba Timotheo, in illo tradidit omnibus episcopis & presbyteris, omnique ecclesiæ formam quomodo deberent missarum solemnias celebrare, & pro omnibus hominibus orare. Quam formam vel exemplum omnis ecclesia modo retinet. Nam obsecrationes sunt quicquid præcedit in missarum solemnibus, vsque ad illum locum vbi incipit sacerdos consecrare mysteria corporis & sanguinis domini, inquit, Te igitur clementissime pater petimus. Orationes sunt, quas fundit sacerdos in consecratione Eucharistiæ vsque ad fractionem corporis domini, videlicet quādo particulam quandam sacerdos in calicem ponit. Postulationes sunt benedictiones episcopales, quas dicit episcopus super populum, inuocans nomen Dei super illum, quod tractum est ex veteri testamento. Per Moysen namque dixit dominus sacerdotibus. Inuocabitis nomen meum super filios israel & ego benedicam eis. Gratiarum actiones sunt laudes, quas communicato populo refert sa-

Num. 6.

Hiere. 29

cerdos deo patri qui dignat^r est mysteria corporis & sanguinis filij sui dare eius ad salutem & redemptionē. Et ne forte diceret aliquis, nō debemus orare pro regibus infidelibus & iudicibus ac ducibus, quia pagani sunt præcepit Apostolus pro oībus hominibus orare, eodem spiritu sancto afflatus, quo & Ieremias propheta, qui misit epistolā Iudæis, qui erāt in Babylone vt orarēt pro vita regis Nabuchodonosor filiorumq; ei^r, & pro pace ciuitatis, ad quā ducti erant captiui, inquit. Ideo debetis orare p̄ eis, quia in pace illorum erit pax vestra. Similiter & Apostol⁹ redit causas quare talia præcipiat. [vt trāquillā & quietā] id est pacificā [vitam agamus in omni pietate & castitate] Pietas est cultus & religio omnipotentis dei, Ideo ergo orādum est seruis dei pro regis vita & pace regni, vt ipsi liberius possint dediti esse cultui & religioni dei quia plerūque dū hostes fugāt seruos dei a proprijs sedibus, & deserviunt bella & seditiones per regna, nō possunt in cultura dei esse intenti per omnia sicut tēpore pacis. Pietas etiā est misericordia quam debemus impendere pauperibus & indigentibus. Si ergo deprædamur ab hostibus, nō possumus opus misericordiæ exercere, quia nō valet misericordiam impendere alteri, qui non habet vnde miseriam suam vel semetipsum sustentet: Sed vt habeamus vnde eleemosynam tribuamus, orādum est pro vita regis ac principum & pro pace regni, & vt agam⁹ vitam nostram, id est ducam⁹ in omni castitate corporis. Tempore pacis vtunque & cum minima difficultate seruari potest castitas quādo vero deprædatur regnum a prædonibus & hostibus, nequaquam potest seruari, quia domini qui deprædati sunt captiuos, explent voluntatem suam & immunditiam cum eis vt liberi: nec valēt resistere, Quapropter orandum est pro salute & vita fidelium regum & principum, vt longo tempore cōseruat: pacem habeant & regnum, & magis ac magis proficiāt in melius. Pro infidelibus quoq; orādum est, vt respiciāt ab infidelitate & transeant ad fidem. [Hoc enim bonum est coram saluatore nostro Deo,] subaudiis vt pro omnibus hominib⁹ oremus [qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.] Cum Psalmista dicat: Omnia quęcūque voluit domi-

nus fecit, & Apostol⁹: Qui vult omnes homines saluos fieri, quęrendum est, quare omnes homines nō saluentur? ad quod dicendū, quia verum est quod Psalmista dicit, Quia ipse dixit & facta sunt, similiter omnes homines vult saluare qui saluantur, & qui per misericordiam quærunt saluari. Totum enim pro parte posuit Apostolus, sicut & in euāgelio, vbi dicit dominus: Si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad me. Non enim omnes homines traxit aut trahit ad se, sed omnia subaudiis electa, & ex omnibus gentibus & gentibus, & ex omni sexu & conditione, a regibus vsq; ad mendicum, a perfectis vsque ad puerum vel infantem vnus diei. Nemo tamen potest saluari, nisi quē dominus vult: quia ipse cui vult miseretur. Si enim omnes homines in sua perditione māsissent, rectum dei iudicium esset, sed vt eius misericordia & potentia ostenderetur, quia ipse potens est omnes homines saluare, in illis qui pereunt ostendit suum rectum iudicium, & in his qui saluant suam misericordiam. Præuenit enim nos eius gratia vt velimus, debet nostra voluntas voluntati illius concordare, & tunc ipse dabit posse, atque ex hoc quod eius voluntati iungimus nostram voluntatem, digni sumus remuneratione. Tamen totum illius gratiæ est retribuendum, quicquid boni agimus. Qui vult (inquit) omnes homines saluos fieri, subaudiis qui saluantur, & ad agnitionem sanctæ Trinitatis venire, quæ est summa & substantialis veritas. [vnus enim deus] pater & filius ac spiritus sanctus. [vnus mediator Dei & hominum homo] CHRISTVS IESVS.] Dominus IESVS in vna persona verus deus & verus homo est. Si solummodo deus esset, non poterat esse mediator noster, quia ipse in natura diuinitatis, vnus substantiæ est cum patre. Econtra si solummodo homo purus esset, nequaquam mediator esset inter nos & deum patrem: quia peccator esset & similis nobis omnibus, Accipit ergo humanitatem nostram qui deus erat, & per hoc quia sine peccato conceptus, natus, & conuersus est, Deus verus & homo existens, innocenter pro nobis mortuus, factus est mediator noster, quia nemo est deus & homo, nisi ipse solus, nam mediator non potest esse nisi inter duas par-

tes. Est autem mediator malus qui generat discordias inter duos. Bonus vero mediator generat & procurat pacem, sicut dominus Iesus inter nos & deum patrem. [qui dedit redemptionem pro omnibus] subaudis electis. Quam redemptionem? [semetipsum] Qui dedit etiam [testimonium] subaudis resurrectionis nostrae & ascensionis ad beatitudinem aeternam [temporibus suis]. i. tempore quo resurrexit & ascendit ad caelos. Testimonium resurrectionis dedit, quia sicut ipse mortuus est, & tertia die resurrexit: atque postmodum ad caelos ascendit, ita nos credimus resurgere in die iudicii, atque ad gaudia caelestis regni transire, sicut ipse promissit. [In quo testimonio]. i. in spe resurrectionis [positus sum ego predicator] ut illam annunciem. [Volo ergo viros orare in omni loco.] Si Apostolus vult, deus vult qui habitat in eo: quia vas electionis est ille. Ne forte putarent aliqui, non esse orandum nisi tantummodo in ecclesia, ait Apostolus: volo homines orare in omni loco, in agris, in syluis, in domibus, in itinere. Tamen non praecipit orare in turpibus locis, sicut est sterquilinum, neque in publicis locis, in foro videlicet aut in plateis, nisi causa itineris, ut in itinere sit positus, ne reprehendatur ille talis cum pharisaeis, quibus dominus ait: Vae vobis pharisaei hypocritae, qui oratis in angulis platearum. [leuantes ad caelum puras manus.] ab homicidio, a rapina, a furto, a periurio. [sine ira & disceptatione.] id est, discordia [Similiter] volo [et mulieres] orare [in habitu ornato.] non ornato auro, vel gemis aut margaritis, sed ornato dicit, id est, congruo sibi, quia nullus est plus congruus quam candidus, sicut est sindo. [sed quod decet mulieres] subaudis illud indumentum habeant, [promittentes pietatem per bona opera.] id est, ostendentes religionem & cultum dei se tenere per bona opera. [Mulier in silentio discat.] subaudis quod ignorat, [cum omni subiectione.] non in ecclesia, neque cum superbia, sed in domo. [Docere autem mulieri non permitto.] in suo sexu permittit mulier docere in domo sua, & pueros etiam, in ecclesia autem prohibetur. Et hoc quare? Quia subiecta debet esse viro, quia de corpore eius facta est, vel etiam idcirco non permittitur ei docere, quia fragilior est sexu quam vir. Et cauendum ne sicut Eva per serpentem seducta mortem attulit mundo, ita etiam

Mat. 6.

facile ad errorem lapsa, alios ad eundem errorem pertrahat. [Adam non est seductus] subaudis primus per serpentem, mulier autem seducta, subaudis prima, [in praeuaricatione] fuit. i. praeuaricationis poenae subiucit [saluabitur autem] subaudis mulier [per filiorum generationem, si permanserit] eadem mulier [in fide perfecta & dilectione] dei & proximi [ac significatione] ut praeter virum proprium alterum non cognoscat, [cum sobrietate] siue cum temperantia. Saluabitur mulier per filiorum generationem. i. per bona opera, si habuerit charitatem, misericordiam, hospitalitatem, caeteraque talia, quae beatus Gregorius intelligit vult per filios. Aliter: Nunquid saluabitur mulier amplius, si permanserit in castitate? Vtique. Sed si genuerit filios, & eos in fide & religione omnipotentis dei educauerit, atque ad perfectionem bonae vitae perduxerit, si quid deliquit, saluabitur pro labore quem illis impendere studuit [fidelis sermo]. i. verax, siue praecedens siue subsequens, vel humanus sermo, ut in Gregorio habetur. i. iucundus, gratus, & acceptus. Caput. 3.

I quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. [Opus non dignitatem, laborem non honorem.] Ideo debet aliquis episcopatum desiderare, ut alijs doctrinam verbi dei annuntiet, ut bonum exemplum ostendat, & si necessitas fuerit ut primus ad palmam martyrii currat: [Oportet episcopum irreprehensibilem esse]. i. sine crimine & capitali peccato. Non dixit: Sine peccato: quia non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet [ornatum] moribus & virtutibus atque doctrina, non auro redimitis vestibus aut castorijs [pudicum]. i. castum ab omni immunditia [hospitalis]. Laicus aut quilibet ecclesia sit, si duos aut tres pauperes hospitio colligit, hospitalitatis officium implet: episcopus vero, si omnes non receperit, inhospitalis reputatur. [non percussorem.] ut non sit pugil sicut iudices istius seculi, vel si percussus fuerit, non reddat vicem, vel etiam prauo suo exemplo aut doctrina peruersa non percutiat animos subiectorum. [non cupidum.] Morbo cupiditatis pene omnes laborant [vnius uxoris virum] id est antequam ordinetur unam uxorem debet habere, ut non sit bigamus aut trigamus: postea vero penitus abstine re debet, [suae domui bene praepositum]. i. suae familiae ante

quam ordinetur. [non neophytum,] .i. nouellū cōuerſum .i. nouiter uenientem ad fidem, uel nouiter deſcendentem militiam ſecularem. [ne in ſuperbiam elatus, in iudiciū incidat diabolus] .i. in dan nationem, in quā diabolus incidit per ſuperbiā & dicat: Indigebat eccleſia mea ſapiētia uel meo auxilio, ideo me ad fidē adduxit, & ſuper ſe conſtituit [Oportet etiam illum & teſtimonium bonū habere ab his qui foris ſunt] .i. ab hæreticis & paganis, qui extra eccleſiam ſunt debet habere bonum teſtimonium, ſicut de beato Baſilio legim⁹. [Similiter diaconos] ſubaudiſ oportet eſſe pudicos. Quare tacuit de preſbyteris? Quia in ordine epiſcopali comprehenduntur preſbyteri. Omnis enim epiſcopus preſbyter eſt, & tamē non omnis præſbiter epiſcopus eſt. [non turpe lucrum ſectātes.] Turpe lucrum eſt, per uſuram & quaſdam inuentiones lucra temporalia cumulare. [habētes myſterium fidei in conſcientia bona.] Myſteriū dicitur res occulta, & myſteriū fidei appellat hic ipſam fidem, qua credimus in deum, quæ occulta eſt: quia non uidetur niſi in corde conſciētiam bonam dicit ſpem bonam, ut per bona opera ſperent percipere præmia æterna. Habentes myſterium fidei. i. fidem perfectam in ſpe bona. [Similiter mulieres] oportet eſſe [pudicas] Quidam uoluerūt hic intelligere diaconiſſas, ſed non eſt illud, ut beatus Auguſtinus dicit. [Sciās quomodo oporteat te in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiui, columna & firmamentū ueritatis.] Eccleſia & columna & firmamentum ueritatis appellatur, quod unum eſt, propter firmitatem fidei, & quia doctrinis cæleſtib⁹ & diuinis miraculis firmata eſt [Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramētum, quod manifeſtū eſt in carne iuſtificatum eſt in ſpiritu.] ſacramētum dicitur occulta res, idem eſt & myſterium, ſiue myſticū aliquod. ſacramentum autem iſto in loco appellat Apoſtolus uerbum dei patris, quod in natura diuinitatis in qua quod æquale eſt patri inuiſibile manet. ſacramētum uero pietatis dicit. i. religionis & ueræ culture, quia illi ſoli competit religio ſancta, & illum conuenit uenerari. Iſtud magnum ſacramētum pietatis manifeſte eſt. i. manifeſtatū eſt in eccleſia, in cordib⁹ fidelium, quod filius dei eſt. Et hoc eſt quod ſubiūgit. Quod manifeſtatū eſt in carne, i. iſtud ſacramē-

tum quod in natura diuinitatis non poterat uideri, uifiibile factum eſt per carnem & per doctrinā cæleſtem, & per miracula diuina. Unde dicitur in euangelio. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus, & manifeſtauit gloriā ſuam. Iuſtificatum eſt iſtud ſacramētum in ſpiritu. i. iuſtum apparuit eſſe per plenitudinē diuinitatis, quæ erat in illo, & quæ euſtodiuit eum a peccato, [apparuit angelis] .i. Apoſtoliſ & prædicatorib⁹ per carnem & miracula, [prædicatum eſt gentibus] ab Apoſtoliſ quādo profecti prædicauerūt ubique. [creatum eſt in mundo] .i. ab habitatoribus mundi creditum eſt quod ipſe eſſet uerbum dei, [aſſumptū eſt in gloria] paternæ maiestatis. Ordo præpoſter⁹ eſt: Apparuit enim Apoſtoli�, ac deinde aſſumptum eſt ad dexteram patris, & ſic poſtmodum prædicatum eſt ab Apoſtoli�, & creatum eſt a gentibus.

CAPVT IIII.



Spiritus autem manifeſte dicitur ſubaudiſ per me. Tale eſt ac ſi diceret. Hæc dicit ſpiritus ſanctus per me, [quia in nouiſſimis temporibus] .i. in hac nouiſſima ætate in qua moroſum [diſcedēt quidam a fide, attendētes ſpiritus erroris] .i. demonibus in errorem illos trahentibus. Idem eſt quod ſubdit [& attendētes doctrinis demoniorum in hypocryſi loquentium mendacium] .i. in ſimulatione ueritatis. Dæmones enim loquūtur per ora hæreticorum ſimulate, quaſi uera ſit eorū prædicatio [& cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.] Caute re uel cauterium, eſt ferramentum medici, a quo corrūpitur & uiritur cutis & caro hominis. Et ſicut cauterio cutis & caro corrumpitur, ita illorum mens qui a fide recedūt, corrupta eſt praua doctrina & peruo opere, & hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Corruptam habentes mentem, [prohibentiū nubere] .i. nuptias celebrare, dicētes nuptias a diabolo eſſe inuentas, non recolentes neque intelligentes quod dicit dominus primis hominibus: Creſcite & multiplicamini, & propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adheret uxori ſuæ. In his locis notauit Apoſtolus per ſpiritum ſanctum hæreticos qui poſt diſceſſum eius fuerunt, Marcion uidelicet, Hebion, Cherinthum, Manem, cæterosque peruerſi dogmatis doctores. [ineptas

autem] .i. nō aptas & nō cōgruas fidei [& aniles fabulas deuita.] Aniles fabulas appellat deliramenta quę solent a-nus & vetula mulierculę excogitare & narrare iuenculis. [Exerce teipsum ad pietatem] .i. extende ad cultum & religionem omnipotētis dei, & ad misericordiam [Nā cor-poralis exercitatio ad modicū] .i. ad aliquid [vtilis est] Ve-rū est, quia exercitatio corporalis, quę fit in aliquo opere, leuamē præstat corpori. Aliter. Corporalis exercitatio quę fit in ieiunio, in vigilijs, in abstinentiā, in refrenatiōe corpo-ris, parum prodest illi qui habet vnde faciat eleemosynā pauperi, & retinet illam. [Pietas autem] .i. misericordię opus, [ad omnia vtilis est, promissionem habēs vitę] præ-sentis [quę nūc est & futurę,] etiam vitę. Qui eleemosynā impēdere pauperi curat: & in præsentī ministrat ei Deus temporalia subsidia, & in futuro vitam ęternā, & hoc est quod dicit: Promissionem habens præsentis vitę & futurę [qui est saluator omnium hominū, maxime fidelium.] Si-cut omnipotens deus creator est omnium creaturarū, ita etiam saluator, quia ipse saluat illā in hoc seculo. Maxime tamen fidelium saluator est, quos saluat in hoc seculo & in futuro. [Nemo adolescentiam tuam cōtemnat.] Adolescē-tiā & iuuentus pro vno accipiūtur. Et Timotheus iuue-nis iam erat: ideo dicit: Talem te præbe, vt ætatem tuā ne-mo possit spernere. Es iuuenis ętate sis senex mēte & mo-ribus [Nōli negligere gratiā quę in te est, quę data est ti-bi per prophetiam cū impositione manuum præsyteri] Gratiā appellat hic fidem & sapientiā atq; remissionem peccatorū & gratiā episcopatus quę per prophetiam data est illi quia prophetiæ spiritu reuelate cognouit B. Paul⁹ Timotheum dignum esse episcopali honore.

CAPVT V.

Eniorem ne increpaueris,] quia solent senes du-
 S re accipere: quando increpantur a iunioribus, sed
 dicit beatus Gregorius, quia licet Apost. dicat, Se-niorem ne increpaueris, senior tamen stultus vehementer est increpandus, & cætera. [Viduas hōnora, quę vere vi-duę sunt,] id est talem quę sexaginta annorum est, & fuit vnus viri vxor, & quę desolata est a filijs & filiabus om-niq; substantiā, Honor autem hic pro dono & muneribus

accipitur. [Nā vidua quę in delictis est viuens,] corpore, [mortua est] in aīa apud deū, licet apud homines videtur viuere. [Si quis] fidelis vel si qua vidua [suorum] filiorū [& maxime domesticorum] qui in domo eius sunt [curā nō habet] vt illos doceat recte viuere & conuersari fidem negauit p̄ mala opera [& est infideli deterior] quia meli⁹ est viā veritatis nō cognoscere, quam postea deuiare. [Vi-dua eligatur] subaudi ad sustentandū de substantiā eccle-siæ [nō minus sexaginta annorū] .i. sexagenaria. [Cū em̄ luxuriatę fuerint] illę adolescentiores viduę [nubere vo-lunt in Christo] .i. in fide Christi, & fidelem Christianum accipere in maritum. Solent multę mulieres mortuis viris suis promittere deo viduitatem, castitatem, & accipere ve-lamen super caput suum, postea vero miscēt se seruis suis, & alijs & fornicatoribus, atq; ad vltimū in Christo volūt nubere .i. aliquem Christianū accipere, dicentes: Quia non possum me continere, nubam alicui Christiano fideli. Istā talem iuenculam præcipit A postolus deuitare [habentes damnationē, quia primā fidem] & promissionē quam deo pmiserūt permanere in viduitate [irritā fecerūt] accipien-tes postea maritū. [Volo nullam occasionem dare aduersa-rio] .i. volo vt occasione nō dent diabolo [gratia] siue cau-sa, [maledicti] vt maledicātur & blasphementur ab illis, [Si qua fidelis] mulier [habet viduas] filias aut neptes [subministrat illis] quę necessaria sūt. [Qui bene præsumt psbyteri, duplici honore digni habeā.] Duplicē honorem præcipit exhiberi presbyteris, in salutatiōibus videlicet, vt humiliēt se illis subiecti, & in exhibendis donis subsidijsq; temporalibus [Sine præiudicio nihil facias in aliam partē declinādo] .i. nihil facias, nisi prius tuo iudicio et discretio-ne examines & discernas vtrum faciēdum sit necne [Ma-nus cito nemini imposueris] donec probes vitā illius & fi-dem, vtrum rectā fidē teneat atq; doctrinā illius vt possit populum docere. Sine his tribus nullus est ordinādus epi-scopus aut presbyter. i. sine fide catholica, conuersatione bona, & doctrina sana [Neq; cōmunicaueris peccatis alie-nis] Peccatis cōmunicat episcopus. i. particeps est pecca-torum alicuius, quando cognoscit aliquē veraciter crimi-nosum esse, vel audit malam famam illius, & ordinat illū

ep̄m vel presbyterū. Si vero ignorat peccata illi², nec au-
dit illius malam famā, neq; videt illū cōfessum aut conui-
ctū testibus, licet sit peccator qui ordinat, nō est ep̄scopus
particeps peccatorū ei². [Noli adhuc aquā bibere, sed modico
vino vtare ppter stomachū tuū, & frequētes tuas infir-
mitates] Solēt hoīes qui cū vino nutriti sunt, infirmari q̄
abstinent a vino, quia quasi natura est illis vinū bibere. Si
militet de ceteris rebus cū quib² hō nutrit² est, & quæ in
vsu habuit, si quādo ab illis abstinet, debilitatur corpus, &
nō valet explere ita diuinū officiū, & dei seruitio esse de-
ditus. Quapropter ne Timotheus nimīū abstinendo a vi-
no infirmaretur amplius, & nō posset postmodum diuino
operi insistere, præcipit ei Apostolus modico vino vti quo-
niam si vinum cum temperatā & sobrietate quis biberit
leuamen præstat corpori. Sed quid est quod patrē Publij
differenter laborantem solo verbo sanauit Apostolus, &
discipulum suum Timotheum non sanauit, nisi tantummo-
do medicinam quodammodo ostēdit, per quam possit ali-
quid corpus alleuare? Pater Publij quia infidelis erat ne-
cesse habebat sanari per miraculum, vt per sanitatē corpo-
ris sibi præstitam perueniret ad sanitatem animæ. Timo-
theus vero qui fidelis erat, nō indigebat sanari per mira-
culum, quia fidelissimus erat.

CAPVT VI.

I quis aliter docet] subaudis quam nos prædica-
mus, non debere seruos fideles seruire dominis in
fidelibus, [& nō acquiescat sanis] siue veris [ser-
monibus domini nostri Iesu Christi, & ei] etiam doctrinæ
nō acquiescit, [quæ secūdam pietatem]. I. secūdam reli-
gionem [est] subaudis de vita. In hoc loco Iudæos notat, q̄
dicebant non temere seruū in seruitio teneri, nisi sex annis,
secūdam legis præceptum. Sed dicit beatus Augustinus:
quia illud spiritaliter est intelligendum, magnumq; misere-
rium in se cōtinet, quod illi carnaliter obseruabant, & di-
cit omni tempore quo vixerit seruus, debere dñis suis ser-
uire, nisi ab eis libertatem promeruerit [superbus est] ille
talis qui aliter docet [nihil] boni [sciens, sed languens] in
año [circa quæstiones & pugnas verborū] quod vnum est
[ex quibus] quæstionibus [oriūtur blasphemix] quia bla-
sphemat sacram scripturā per malā interpretationem [su-

spitiones malę] ad inuicem: quia vnum suspicatur alium nō
recte intelligere [conflitationes hoīm mēte corrutorū]
quia confligendo inter se de quæstionibus, corrumpunt ho-
minū mentes [&] illi tales [a veritate priuati sunt]. i. lōge
separati sunt [existimatiū quæstū] siue lucrū tēporale [esse
pietatē] siue prædicationem. i. qui ideo p̄dicāt vt lucrū tē-
porale possint accipere ab auditorib². [Est aut quæstus ma-
gnus pietas cū sufficientia] Ac si diceret: Vis scire o Timo-
thee qd sit lucrū magnū seu quæst²? Pterea. i. fides & cogni-
tio sanctę trinitatis est lucrū magnū cū sufficientia: q̄n hō
nō desiderat pl² habere quā necesse est ad corpis necessita-
tē implendā. [Nā qui diuites volūt fieri, incidūt in tētatio-
nes diuersas] q̄a diu noctuq; cogitāt quomodo possit dita-
ri, & incidūt etiā in laqueū. i. in dānationē diaboli. [radix si-
ue initū oīm malorū est cupiditas]. i. amor pecuniarū &
honoris: quę & auaritia nominat, quia oīa mala de illa p-
cedūt. Videamus quō? Verbi gratia: Volo adulterium per-
petrare, occido virū mulieris, & hoc cupiditas agit. Volo
abūdere diuitijs, aufero equum alicuius, & extolio alios.
& in hoc cupiditas est. Similiter de ceteris vitijs intelligē-
dū est. Sed quæstio est in hoc loco, quare dicat Apostolus,
radix omnīū malorū est cupiditas siue auaritia, cum sapiē-
tia dicat: initū siue radix oīs peccati supbia: quō ergo peccat
vtrūq; & auaritia radix peccati, & superbia initū peccati?
Vtrūq; verū est, quia ista duo cōiuncta sūt, & vnū sine
altero nequaquā fit. Auaritia etenim nō solū diuitiarum est,
sed altitudinis & dignitatis. Oīs nāq; superbus ideo se ex-
tollit vt maior appareat alijs, & auarus ideo cōgregat di-
uitias vt altior & potentior sit alijs ī dignitate, & peccat
eos in multitudine diuitiarum. [quā] subaudis cupiditatē
siue auaritiā [quidam appetentes]. i. vltra modū quere-
tes [errauerunt a fide & c. Apprehende vitā æternā] re-
cte docendo, & bene viuendo [ad quā] percipiendam [vo-
catus es & cōfessus bonam confessionem in corā multis testi-
bus] apprehende vitā æternā. Timotheus quādo baptiza-
tus est, tātæ ætatis erat, vt interrogatus vrū crederet deū
omnipotentem, & quomodo crederet, ipse ore proprio cō-
fiteretur se credere [Præcipio tibi coram deo] patre [qui
viuificat omnia] subaudis quæ viuificantur [&] coram

Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Quod fuit illud testimonium, siue illa confessio: quod vnum est, istud Pilato interrogate, vtrum ipse esset rex Iudeorum? ait. Tu dicis, Ecce testimonium. Similiter quoniam dixit, Ego testimonium perhibeo veritati. Et quid precipio tibi? vt serues mandatum, tibi a me commendatum, si ne macula irreprehensibile vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi. i. vsquequo ab illo voceris per mortem corporis vel vsque ad diem iudicii seruet vnusquisque fidelium hoc mandatum quod supra tibi commendavi [quod] subaudis aduentum domini nostri Iesu Christi [suis temporibus]. i. congruis & dispositis [ostendet beatus & solus potens, rex regum & dominus dominantium.] Beatum & solum potentem regemque regum ac dominum dominantium debemus intelligere hic sanctam trinitatem patrem videlicet, filium, ac spiritum sanctum, vnum deum omnipotentem, qui aduentum hominis assumpti a verbo ostendit congruis temporibus [qui solus habet immortalitatem] id est, immutabilitatem. Angeli & anime hominum immortales sunt sed comparatione omnipotentis dei, cuius immutabilitas neque initium, neque finem habet, isti immortales non sunt quia eorum immortalitas ex tempore cepit esse. Vel vt amplius dicamus, in hoc quod mutari poterunt angeli & anime, quasi immortales non fuerunt. Quando enim angelus peccauit, in superbiam erigens se, cuius rei causa mutatus est de bono in malum, quasi in mortem cecidit, quia mutari potuit, Similiter homo quando peccando mutatur de bono in malum in mortem corporis & anime cecidit, ideoque solus omnipotens deus & immortalis manet in eternum [& lucem habitat inaccessibilem.] Deus omnipotens lux est substantia lis, quia illuminat omnem hominem. Sed si inaccessibilis est, quare dicit Psalmista, Accedite ad eum & illuminabimini? in hoc ergo est inaccessibilis, quia nemo potest accedere ad eum, nisi a deo attrahatur. Qui vero a deo attrahitur, illi est accessibilis [quod] nullus vidit hominum] subaudis corporeis oculis [sed nec videri potest] sicuti est corporeis oculis, videtur tamen ex parte mentis intuitu. [Diuitibus huius seculi precipue, non sublimis sapere] id est non superbire, neque in superbiam erigi, [neque sperare in incerto diuitiarum] Diuitibus huius seculi incertae sunt quia transitoriae sunt quo-

nam plerumque amittet illas homo ante mortem, ex toto autem in ipsa morte. Ideoque nemo debet spem suam in illis ponere [sed in deo] subaudis debet sperare [qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum] id est, qui omnia bona nobis administrat, que possumus ita disponere in presenti, vt in futuro fruamur remuneratione eorum. Precipe etiam illis, [bene agere] videlicet vt bene agant. [communicare] i. mortales se recogitare & socios esse alijs hominibus in fragilitate, & [thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum] i. diuitias sibi preparare in futurum, faciendo amicos de mamona iniquitatis, iuxta quod dominus ait: Thesaurizate vobis thesauros in celo vbi est Thesaurus tuus, ibi est cor tuum [O Timothee depositum] siue commedatum [custodi] i. gratiam fidei & sapientie doctrinam quam tibi commedavi [deuitas] siue declinans [profanas] i. irreligiosas [nouitates, vocum] Sunt enim nouitates vocum non profane, sed religiose, sicut legimus quod in Antiochia primum Christiani appellati sunt, & sicut sancti patres in synodo nouum quoddam nomen adinuerunt homouision. i. vnus substantie, quod in tota serie diuinarum scripturarum ante non est inuentum. Iste tales nouitates vocum non sunt contra religionem, sed religiose, quia ad religionem pertinent. Eccontra sunt nouitates vocum profane, quas adinuerunt heretici, a quibus precepit Apostolus declinare Timotheum, Et, deuita etiam, [oppones] i. questiones, [scientiam falsi nominis] i. questiones Iudeorum, quas solent opponere, que videntur questiones esse scientie, sed falso nomine scientie habent, quia non est ibi scientia, [quam scientiam falsi nominis quidem permittentes,] id est, ostendentes, tanquam vera scientia sit [circa fidem exciderunt] i. a veritate fidei alieni peierunt, [Gratia] dei [tecum] subaudis, sit. [amen] i. fiat quod oro, vel verum est, quod haecenus dixi &c.

In epistolam ad Timotheum posteriorem, argumentum Haymonis.

Secundam epistolam Timotheo scripsit ab vrbe S carcere de exhortatione martyrij: & quid futurum sit temporibus nouissimis, & sua passione: & vt prefeueraret in officijs recte predicationis & sancta operatione &c.

IN EPISTOLAM PAVLI AD TIMO-
theum posteriorem exegetis. CAPVT I.

Aulus Apostolus]. Cuius Apostolus? [Christi Ie-
su per voluntatem dei] patri s[ecundū promi-
sionem vitæ quæ est in Christo Iesu.] Deus omni

potens pater ad hoc voluit eligi per filium suum Paulum Apo. vt per illū annuntiaret promissionem vitæ æternæ, quæ est in Christo Iesu. i. quæ datur per fidem Christi Iesu electis. Vita enim æterna per Christum datur, quia in illo consistit, sicut ipse dicit: Ego sum via veritas & vita, & hæc est vita æterna vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, vnum & verum deū [Timotheo charissimi mo filio.] In græco habetur germanissimo fratri. [Gratias ago deo meo cui seruiō a progenitoribus,] siue a patribus [meis in conscientia pura]. i. in mente pura, ab omni fictione & simulatione: quod sine intermissione habeam tui memoriam. Qui iam codices habent, quā sine intermissione, sed meius est dicere quod legimus in Genesi, quod Abraham reuertēte a cede quatuor regum, occurrerit ei Melchisedech sacerdos dei summi & obulerit ei panē & vinum, cui Abraham dedit decimas de prædis omnium hostium, & dicit idem Paulus Apost. in epistola ad Hebræos, quod Leui qui decimas accepit a fratribus suis, ipse decimatus est in proauo suo Abraham, Adhuc em̄ in lumbis erat Abraham, quā decimas dedit Melchisedech sacerdoti. Vnde considerandū est, quia sicut Leui in proauo suo decimatus est, ita Apo. in Abraham Isaac & Iacob alijsq; patribus deo seruiuit. Et hoc est quod dicit: Gratias ago deo meo cui seruiō a progenitoribus meis Hoc autē ideo dicit, vt ostēdat eadē fidem habuisse vt veteres patres, qui dñi aduentū p̄cesserūt, quā habebat ipse alijq; Apostoli, & ab illis patribus descendit ad Apo. & ab alijs ad nos, sicut & a nobis descendit ad illos qui futuri sunt. Refert autē gratias deo, quo donāte sēp̄ erat memor discipuli sui Timothei, nec poterat illius obliuisci. Vel etiā in hoc referebat ei gratias, quia seruiebat illi a p̄genitoribus suis. [desiderās te videre vt gaudio replear.] de tuo ad uētū [memor lachrimarum tuarum] quas fudisti a me recedēdo Quādo APOSTOLVS ista scribebat, Timotheus erat vltra mare, & ipse iacebat in carcere cōstrictus catenis

Gene. 14.

& cippotideoq; tatum desiderabat illum, vt in illo haberet aliquam cōsolationē. Nam quando ab illo discessit Timotheus: amarissimas fudit lachrymas. Recordationem accipiens, siue habens [eius fidei quæ est in te non ficta, quia bonis operibus illam exornas, quæ] fides [habituauit primū in auiā tua Iouide & i matre tua Eunice,] Genealogiā Timothei ad memoriam reducebat Apostolus, vt ostenderet amorem suum quem habebat non solū erga illum, sed etiā erga parentes eius, quorum memoriam habebat, [certus sum autem quod & in te] subaudis habitat eadē fides. Propter quam causam, quia fidem veram habes, [admoneo te vt resuscites gratiam dei, quæ est in te per impositionē manuum mearum.] Quia Timotheus mansuetissimus erat, et nimis patientiæ, hortatur illum Apostolus quatenus fortiter consistat in prædicationis officio, & fortiter redarguat negligentes, inquit, Ideo admonéo te vt euigilare facias in te gratiam dei, vt sine timore prædices, & corripas peccantes. Gratiam autem dei appellat fidem, doctrinā & operationem, quæ omnia gratis dantur. Nō enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis. Duo sunt timores, vnus bonus, alter malus. Malus timor est, qui a diabolo immittitur, quem habuit Petrus quando dñm negauit, & de quo dicit dominus. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Bonus autem timor a deo datur, quæ dicit Isaias super dominum requieuisse. Et requiescet [inquit] super eum spiritus timoris domini, & de quo dominus in euāgelio, Time te inquit, eum qui potest animā & corpus perdere. De malo ergo timore, per quem quis discedit a fide, dicit Apostolus hic. Non dedit nobis spiritū timoris, vt timeamus persecutores huius seculi, & cessemus propter hoc a prædicatione, sed spiritum virtutis. i. fortitudinis, vt cōstanter annuntiet verbum fidei & dilectionis, vt diligamus deum & proximum [& sobrietatis] vt in omnibus sobrie & temperate agamus. [Noli itaq; erubescere testimoniū dñi nostri] Erat quidā illo tempore qui erubescēbat dicere Christum esse hominem verum & mortuū & passum, quidā etiam negabant illum natū esse de virgine, & resurrexisse a mortuis. Quapropter alloquitur Timotheum, inquit. Nolite verecundari testimonium præbere CHRISTO,

Mat. 10.

Isai. 11.

quia natus est de virgine, quod passus est, quod mortuus est, quod resurrexit, atque ascendit ad celos, ubi sedet nunc in gloria paterna. Sed [neque me vincitum eius,] erubescas aut de spiciat: quia non causa furti aut homicidii teneor astrictus vinculis, sed pro veritate. [Sed collabora euangelio.] Laboro ego, collabora tu mecum [secundum virtutem dei,] qui nos liberauit a morte & vocauit vocatione sua sancta. Hic iungit se omnibus Apostolis, qui a domino sunt vocati. Nam sicut Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes a domino vocati sunt, quibus dixit. Venite post me, faciam vos piscatores hominum, ita Apostolus Paulus vocatus est de celo dicente domino: Saule Saule, quid me persequeris? Ista ergo vocatio sancta fuit quia per illam sanctificati sunt, [non secundum opera nostra] .i. merita nostra vocauit nos, [sed secundum propositum suum,] id est, secundum quod ipse definiuit & predestinavit, vocauit nos: & secundum [gratiam] quae data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia. Tempora secularia debemus hic intelligere tempora & secula, quae ex eo tempore esse coeperunt, quo mundus factus est, & dies & nox. Nam antea non erant secula neque tempora, quousque venit vicissitudo diei et noctis, & mutabilitas temporis, sed quasi quum erat. Igitur ante omnino secula & tempora data est Apostolis gratia in predestinatione dei, quod apostoli Christi essent futuri, & omnes etiam electi a deo predestinati sunt in Christo ante initium mundi, sicut in epistola ad Ephesios dicitur. Qui predestinavit nos in ipso, id est, in Christo ante mundi constitutionem. De qua predestinatione dicit dominus in euangelio. Clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui in predestinatione, priusquam mundus esset. [Manifestata est autem] subaudis eadem gratia [nunc] in vltima aetate [per illuminationem] saluatoris nostri Iesu Christi, .i. per doctrinam & miracula illius qui lux est, & qui illuminat omnem hominem. Ostensa est & manifestata illi gratia in mundo, quae est predestinata ante exordium mundi [qui destruxit quidem mortem,] resurgendo a mortuis & electos suos de morte reuocando. [Illuminavit autem vitam & in corruptionem] per euangelium, .i. vitam aeternam & incorruptionem atque immortalitatem quam habet in se, ex quo resurrexit a mor-

tuis, quia resurgens a mortuis iam non moritur. Vel ostendit & manifestauit, siue illuminavit per predicationem euangelii quam sicut ille viuuit, ita speramus nos resurgere & viuere sine fine feliciter cum illo [in quo] subaudis euangelio, positus & constitutus [sum ego] predicator. Ob quam causam] subaudis quia ego constitutus sum predicator euangelii [etiam haec patior] sed non confundor, .i. non erubescor, Quid patiebatur Apostolus. Persecutiones, flagella, carceres, vincula, cippum, famem, sitim, & caetera talia incommoda [Scio enim cui credidi], .i. christo, ideoque non confundor inter tormenta, [& certus sum,] quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Depositum posuit pro comodatum, & quid Apostolus habebat comodatum Christo? Salutem suam habebat apud illum commissam, Inde dicit: Certus sum, quia Christus cui credidi, potens est seruare salutem meam in illum diem. .i. in diem iudicii quam salutem in spe & in fide illius collocaui. [Formam habens], .i. exemplum [sanorum verborum] quae a me audisti. Sana verba sunt siue sana doctrina, quam hoc quod predicatur operibus impletur [bonum depositum] custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis, .i. doctrinam & operationem quam tibi commendaui, custodi per virtutem spiritus sancti, qui est in vobis vel depositum quod accepisti per spiritum sanctum custodi [Scitis quia auerfi] sunt, .i. recesserunt [a me omnes qui in Asia sunt] Si Apostolus intantum predicauit in Asia, donec omnes Asiani crederent sicut in Act. Apost. Lucas dixit, quare hic dicit Apostolus a se omnes recessisse? & ibi ergo & hic totum pro parte positum est. Crederent ergo omnes Asiani electi & predestinati, recesserunt omnes reprobi & non predestinati, ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Alter fuit Phygelus, & alter fuit Philetus & tamen uterque apostata Phygelus & Hermogenes socii fuerunt, de quibus hic dicitur & Philetus similiter & Hymenaeus, de quibus in subsequendis sermo habebitur. Phygelus ergo & Hermogenes adhaeserunt non simpliciter beato Apostolo, sed ut explorarent eius predicationem & conuersationem, & reprehenderent eum. Sed cum hoc non potuissent, recesserunt ab illo, quia non erant recte fidei. [Det misericordiam dominus Onesiphori domui] id est familiae illi. Iste Onesiphorus Asianus fidelis erat effectus per predicationem Apostoli, Qui cum sui causa venisset Romam ad impera-

tozem vtpote quia nobilissim⁹ erat magnæque dignitatis requisivit vbi esset Apostol⁹. Et cum reperisset illum esse in carcere, nō est dedignatus ad illum venire sed consolatus est illum, & præbuit ei quæ necessaria erāt. Inde dicit Apostolus, [scpe me refrigerauit] suo colloquio & cōsolatiōe [& catenam meam nō erubuit. Det illi deus] pater [inuenire misericordiam in illa die a domino] subaudis filio. i. in die aduentus filij dei ad iudiciū, det illi deus pater misericordiā inuenire. Tale est hoc, quale & illud quod legitur in Genesi. Pluit dominus, filius a domino patre [Quāta Ephesi ministravit] idem Onesiphorus non solum mihi & tibi, verum etiam alijs fidelibus, [tu melius nosti] subaudis quam alius.

CAPVT II.

V vero fili mi confortare in gratia] dei vel in sapientia dei [quæ est in Christo Iesu] & quæ audisti a me per multos testes [siue quæ audiuisti coram multis testibus] hæc commenda fidelibus hominib⁹, [qui idonei erūt & alios docere,] illis debet committi prædicatio diuina qui apti sunt illi officio i omni cōuersatiōe sua videlicet vt quod prædicāt ore confirmet operibus, [Nemo militās deo, implicat se negotiis secularib⁹,] quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo & seculo. Secularia negotia sunt, per vsuras & adulationes lucra temporalia acquirere, sicut faciūt illi qui regibus & comitib⁹ ideo seruiūt, vt ab eis temporalia accipiant beneficia. A talibus debent se custodire episcopi, qui (vt Canones dicūt) prædicationi debent semper insistere & orationibus. Et non solum Episcopi, sed etiam omnis ordo ecclesiasticus debet se in quantum valet, ab his immunem reddere, Ideoque debet qui deo militat, ab his se remouere [vt ei placeat] Deo, cui se probauit, [id est, cui se deuouit tempore baptismatis,] laborantem agricolam oportet primum de fructib⁹ sui laboris [percipere,] Quantum ad literam pertinet, dignum est vt agricola & vinitor primum fructus sui laboris degustent. Altiori autem sensu, ager est hic mūdus vel ecclesia, agricolæ & vinitores sūt predicatorcs, qui ligone verbi dei excolunt corda auditorum. Qui debent fructus sui laboris, id est victum & calciamētum & vestimētum

accipere ab auditoribus suis, quia dign⁹ est operarius mercede sua. Et primum debēt illi suam necessitatem implere ex his quæ accipiunt, & sic postmodum alijs de his quæ superflunt ministrare. Fortasse querit aliquis, quare Apostolus qui labore manuum suarū viuebat, talia præceperit Timotheo, videlicet vt acciperet ab auditorib⁹ suis ea que necessaria sibi erant? Cui respondendum est, Timotheum bonæ voluntatis atque intentionis fuisse: & quia ipse sciebat beatum Apostolum labore manuum suarum viuere, nihilque accipere a subiectis, volebat imitari magistrum: sed non volebat operari, grauatius infirmitate stomachi. Quapropter scripsit ei Apostol⁹ quatenus acciperet a subiectis subsidia, cōsulens infirmitati illius, vnde & subdit, [intellige quæ dico,] subaudis quia ad te pertinet. Dabit enim tibi dominus intellectum] non solum in his, sed etiā [in omnibus. Memor esto dominum Iesum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid,] id est de progenie Dauid. [secundum euangelium meum,] id est secundum prædicationem meam, Non oportet quādo ad Timotheum ita scribebat Apostolus vt ipse ignoraret, sed propter hæreticos quos præuidit futuros, qui dicturi erant Christum non resurrexisse a mortuis, neque natum de virgine. Si enim de virgine natus non est, vtique nec de semine, id est de progenie Dauid descendit, sed veritate roboratum illum de semine mulieris esse natum sine semine viri, & tamen virgo permansit [in quo] Euangelio [labore vsque ad vincula quasi male operans] id est quasi latro, aut homicida. [sed verbum Dei non est alligatū,] id est, licet ego sim alligatus corpore, tamen verbum dei nō est alligatum: quia semper prædico positus in vinculis. [Ideo] subaudis quia verbum DEI non est alligatum, [omnia] incommoda [sustineo propter electos,] id est propter illos qui electi & prædestinati sunt vt salutem consequantur. [Nam si commortui sumus, & conuiuemus, id est, si morimur peccatis in baptisate, sicut Christus mortuus est carne sine peccato, viuemus vtique cum illo vita æterna, si in bonis operibus permanserimus, & superuiuemus in spe. [Si sustinemus,] subaudis tribulationes, & passiones pro CHRISTO in hoc seculo, sicut ipse sustinuit pro no-

bis, [& cōregnabimus cū illo.] in aeterna beatitudine. [Si negauerimus.] subaudis illū corā hominibus [& ille negabit nos] sicut ipse dixit: Qui negauerit me corā hominib⁹, negabo eū corā patre m^o. [Si nō credimus] illū subaudis filium dei esse & verum Deū [ille fidelis manet] .i. verus deus manet. sicut deus omnipotens nō eget nostra laude, sic etiam si adhæremus illi non crescit: neq; si recesserimus, decreuit, quia semper manet idē. [negare seipsum non potest] .i. negare seipsum nō vult quod nō sit deus vt b. Aug. dicit. Nec enim decet deū vt semetipsum neget. [Hæc cōmone, testificās corā deo] .i. testem deū inuocās. [Noli verbis cōtendere] subaudis neq; cū gētib; neq; cum Iudæis. [Ad nihil enim vtile est] cōtendere [nisi ad subuersionē] si ue ad deceptionē [audientium] Sepe dū contendunt homines de quæstionibus scripturarū, maxime illi qui sapientes videntur esse decipiūt corda auditorum simplicium, quia plerūq; talia proferunt quæ contra salutem sunt, & contra veritatem, non curantes nisi tantummodo vt vincant. At tamē si aliquid disputādum est de scripturis diuinis, inter sapiētes potius collatio est habenda cum ratione, quam cōtentio cum furore. [Sollicite] .i. Studiose [cura teipsum p̄habilem] .i. probatum & laudabilem [exhibere deo, operarium inconfusibilem] siue irreprensibilem [recte tractatē] & cū veritate exponentem [verbum veritatis, Profana autē] .i. irreligiosa & veritati cōtraria [& vaniloqua] quæ nullam vtilitatem habet, [deuita.] & fugi. Multū em̄ proficiunt ad impietate[m] .i. multum præualēt ad irreligiositatem vaniloquia. [& sermo eorū] .i. sermo hæreticorū [vt cæcer serpit] Sicut morbus qui appellatur cancer, quādo nascitur in membro hominis, totum membrū occupat & plerūq; totum corpus mortificat, quia magis ac magis serpit, .i. crescit, carnemq; comedit. ita sermo hæreticorū vitam animæ comedit. .i. fidem comedit & mortificat ipsam animam suo errore: & sicut cæcer serpit. .i. crescit de mēbro in membrum, ita error crescit de vno transeundo in pluri mos. [Ex quib⁹] hæreticis vaniloquia siue inaniloquia habentibus [est Hymenæus & Philetus, qui a veritate] fidei [exciderunt,] siue ceciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, [Duæ resurrectiones a domino sunt prolataz

& a nobis credite. Prima est quæ fit in aīa & in fide, qñ hō qui mortuus est in infidelitate, in inobediētia, in iniustitia, oib; peccatis, venit ad baptismū, & per fidē qua credit i deū omnipotentē, & per gratiā baptismatis resurgit ad fidē & obediētiā. De qua resurrectione dicit dominus: Venit hora & nūc est, quādo mortui audiet vocē filij dei: & qui audierint. .i. qui obediērint, viuent. Altera est generalis corporū quæ erit in die iudicij, de qua etiā ait dñs: Venit hora qñ oēs qui in monumētis sunt audient vocē filij dei & procedent. De illa resurrectione quæ fit in anima & in fide loquitur hic Apo. quā Hymenæus & Philet⁹ dicebāt iā esse & nunquid verū non dicebant: verū utiq; neq; propter hoc reprehenduntur ab Apostolo, sed propterea quia istam solummodo consistebāt, alterā quæ erit in corpore denegātes. Omnes enim sectæ quæ suū errorē hominibus inferere præsumpserunt, nō negauerunt istam mētium resurrectionem, vt B. Aug. dicit, sed corporum ne diceretur eis: Si non resurget anima quare mihi talia loqueris? Quid in me face re vis? Si non facis ex deteriore meliorē, quare mihi loqueris? Multi tamen carnis resurrectionem negauerunt, sicut Hymenæus & Philet⁹, qui a fide & societate B. Pauli recedentes seminabāt errorem huiusmodi: Quicumq; baptizatus est iā resurrexit in anima. Non est necessē timeat aliquis, quia non erit resurrectio corporum [Sed firmū fundamentum dei stat, habens signaculum hoc] Quasi diceret aliquis: Et q̄s poterit resistere eis, Philet^o. s. & Hymenæo Ideo subiecit statim; Firmum autē fundamētū dei stat. Firmū fundamentum dei appellat fidem firmā qua credimus deū omnipotentē, sicut credēdū est, & qua credimus resurrectionē animarū in presenti, & corporū in futuro. Istud fundamētū stat in cordibus fidelū habēs hoc signaculum subaudis quod sequit. [Nouit dñs qui sunt eius] ista est impressio sigilli, quia nouit. .i. elegit dñs illos q̄ ad eī⁹ hęcedita tē pertinēt. Et hoc est signaculū fidei, quia alijs recedētib⁹ a fide, illi qui electi sunt nullo modo possunt seduci. Nā dei cognoscere eligere est. Et si ita est. .i. si dñs eligit illos q̄ sūt eius [discedat ab iniquitate] .i. ab hominibus iniquis: & si nō valet corpore, saltē mēte. Vel etiā ab oī iniquitate & errore recedat [omnis] elect⁹ [qui nominat nomē dñi] sicut

nominandū est, corde videlicet, ore, & opere. [In magna autē domo nō solū sunt vasa aurea & argētea, sed & lignea & fictilia.] Quātū ad literam attinet, in magna domo re-
gis, aut alicui⁹ hominis magni sunt vasa aurea & argētea in honorē in quibus ipse comedit, & potat, sunt lignea & fictilia in contumeliam vbi concoquūtur carnes, & defert aliquid. Altiori autem sensu, ista magna domus sancta ecclesia est, quę tantę magnitudinis est vt ab oriente vsq; ad occidentem, a meridie vsq; ad septentrionem protendatur. In qua sunt vasa aurea & argentea, electi sunt lignea & fictilia, reprobi. Per aurū itelligunt illi qui spiritalē sensum habent, per argentū minoris dignitatis qui habēt eloquiū & sermonem. Isti sunt in honorē, quia ad honorem & gloriā patrię celestis subleuabunt: lignea & fictilia sunt reprobi, qui demergunt in supplicium damnationis. [Si quis ergo se emundauerit ab istis] subaudis hæreticis & erroribus [erit vas in honorē. Iuuenilia autem desideria, .i. adulerium, immūditiam, luxuriam, furtum, rapinam, venationem, vagabūditatem, omnemq; lasciuiam, deuita & fuge. [Sectare, .i. amplectere [iusticiā] vt recte viuas ac si diceret. In locum iuuenilium desideriorū insere istas virtutes] [Stultas autē questionēs] Iudeorū, hæreticorum, atq; gentiliū [&] quę sūt [sine disciplina], .i. sine aliqua vtilitate [deuita, quia generant lites] lites vero generant odiū. [Seruū autem domini oportet docibilem esse.] Quātū ad proprietatem verborum pertinet, hoc distat inter docilem & docibilem, quia docilis est, qui alios potest docere: docibilis, qui facile potest doceri, vnde dicit: Erunt omnes docibiles deo, .i. facile docebūtur a deo. Sed Apost. non curās de proprietate verborū, videtur in hoc loco docibilem posuisse pro docili: quia episcop⁹ docilis debet esse. .i. alios debet docere [cū modestia corripientē eos qui resistunt veritati, ne forte det illis deus pœnitentiā] subaudis de pristinis erroribus & peccatis [ad agnoscendam veritatem.] Hic sermo quo dicit, ne forte: vel sicut quidam codices habent, ne qñ det illis deus pœnitentiā, p si forte ponebat. antiquitus, sed modo inusitatus habet. Corripientem, inquit, eos cū modestia si forte det illis deus pœnitentiā. [& respiciat a diaboli laqueis] .i. vt recedat ab erroribus diaboli, quibus illaqueati tenen-

tur & incipiāt iterum sapere veritatē. Nam respicere est quasi resapere [a quo] .i. a diabolo [capti tenētur ad ipsi⁹] diaboli [voluntatem] peragendam. CAPVT III.



Nouissimis dieb⁹, .i. in vltima ætate [erūt homines seipos amantes] subaudis, non deū seipsum amat qui sibimetipsi placet, qui desideria & volūtates proprias implet, nō dei nec potest dicere cum Petro veraciter, tu scis quia amote. Nam ille deum amat qui non quærīt suam voluntatē, sed dei. Paulus Apostolus propheta erat, ideoq; pphetavit quæ modo sunt i ecclesia, & quę adhuc futura sunt. Qui em hoc animo pascunt oues Christi, vt suas velint esse, non Christi, se conuincuntur amare non Christum. Et erūt [cupidi], .i. amatores pecuniarum. [elati] volētes alijs dominari, superbi gloriātes de honoribus quos a subiectis accipiunt [blasphemi] deum blasphemātes per hæreses [parentibus nō obedientes], .i. patribus spiritalibus vel etiā patri & matri. [igrati] beneficijs dei vel malum pro malo reddētes [scælesti] patrem & matrē nō honorantes, modum peccati transcendentēs, vel interficientes animas suas & alienas. [sine affectione] id est sine dilectione, nō compatientes infirmis, [criminales] id est detractores, famam sanctorum maculare conātes [incontinentes] id est cupiditates pessimas non refrēnantes [immites] id est sæui, lites generantes [sine benignitate] id est sine beneuolentiā, nescientes neque volentes subuenire alijs, [proditores] id est facta bonorum hominum, quæ occultanda sunt, inimicis indicantes & manifestātes: quia nō est homo qui faciat bonum & nō peccet, [proterui] id est procaces, v̄ recundiam humanam inuerecunda excogitatione perturbantes [voluptatū amatores magis quā dei] spiritalibus gaudijs lēgitimas tēporales anteponentes, & desideria carnis perficientes. Hęc omnia vitia ex illa radice pullulāt quod sunt homines seipos amantes [habentes quādam speciem pietatis], .i. exemplum religionis [virtutē autem eius abnegantes.] Virtus religionis sue pietatis est finis siue cōpletio præcepti, id est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta, .i. charitas cum fide & spe & cū executione bonorū operū [Ex his] em subaudis hęc

ticis [sunt qui penetrant domos, et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.] Præuidit spiritu sancto repletus Apосто. Manichos hæreticos futuros & alios, & loquitur de futuro quasi de præfenti. Manichæi enim ingrediebantur in domos mulierum & decipiebant eas, & hoc maxime apud Persidem. Inde dicit Apo. Erunt iniqui, quidam qui perent mulierum domos, & ducunt mulierculas captiuas a sensu recte fidei ad prauum sensum oneratas peccatis que ducuntur variis desideriis atque erroribus, semper discetes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, qui studium vident habere, sed non perueniunt ad hoc ut discernant inter veritatem & mendacium, inter bonum & malum. [Quæadmodum autem Iamnes & Mambres resistunt Moysi, ita & hi qui resistunt veritati] Animositas hæreticorum semper inquieta est. Quos magi Pharaonis haberet conatus demonstrat Apo. Iamnes & Mambres duo fratres fuerunt magi, quorum nomina Aposto. non inuenit in diuinis libris, sed in apocryphis. id est occultis, qui ab omnibus non sunt legendi, quia inter vera multa continentur falsa. Isti ergo duo magi resistunt Moysi, quoniam & virgas suas conuerterunt in dracones, sicut Moyses suam, & aquam in sanguinem. Sed cum peruentum esset ad tertium signum, id est ad cyniphes, ibi defecerunt, dicentes: Digitus dei hoc est. Sublato enim signo a terra, sublata est & eorum magica maleficia. Et bene etiam a tertio signo superati sunt, quia virtute spiritus sancti, qui tertia persona est trinitatis, illorum maleficia est victa, [homines] dico erunt [corrupti] mente reprobis circa fidem. id est non prohi [sed ultra non poterunt] subaudi resistere, si adhibita fuerit veritas. Sic factum est: Statim ut hæretici in concilium verorum doctorum venerunt, & cum illis coeperunt habere narrationem, ultra non potuerunt superare suis erroribus alios sicut Eluidius superatus a B. Hier. & alii hæretici ab aliis veris doctoribus. [Tu autem affectus es mea doctrina & institutione] quod id ipsum est. Instituo autem dicit quasi intus statuo. Et affectus est etiam propositum meum bene viuendi [Oes qui volunt pie] id est religiose ac iuste [viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur] aut a diabolo, aut a malis hominibus vel etiam a suis propriis membris. [Omnis scriptura diuinitus inspirata] id est a deo data [vtilis est ad docendum] alios [ad redarguendum]

negligentes [ad corripiendum] volentes in malitia permanere [ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus] CAPVT IIII.

Estificor coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus.

T est viuos & mortuos: & per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum euangelij [in ista] in adnotatione [oportune] volentibus & in portu quietis cõsistentibus [importune] nolentibus, [argue] peccantes obsecra bene laborantes ut in melius proficiant [inrepa] illos qui nolunt corrigere se [in omni patientia & doctrina] Quid est quod ad Titum scribens præcepit illi, iniqui, increpa cum omni imperio, & ad Timotheum similiter epistolam dirigens dicit increpa cum omni patientia, nisi quia medicus erat ambo-rum? Nam Titus nimis erat patientis, ideoque præcepit ei & in stigauit ad hoc ut increparet cum omni imperio, ne forte propter suam mansuetudinem non corriperet delinquentes. Timotheus autem quia acrioris animi erat, necesse habebat admonere, ut cum omni patientia increparet delinquentes, ne forte ultra modum dure increpans, in desperationem aliquem pusillaniam poneret [Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros] id est veritatis magistros contententes, congregabunt sibi magistros qui illa loquentur quæ ipsi desiderant: & ad voluntatem ipsorum pertinent [prurientes auribus]. Prurire, est scalpere. Illi pruriunt auribus qui semper aures habent intentas ad hoc ut aliquid noui audiatur, [opus fac euangelistæ] Opus euangelistæ est docere & operari, sicut legimus de Christo Quia coepit Iesus facere & docere. Qui ergo bonum aliquid quod denuntiat, sed ipse id ipsum opus non implet quod docet, euangelista quidem appellari potest, sed opus euangelistæ non facit. [Ministerium tuum imple] Ministerium illius erat alios docere, ut eo recedente a corpore, remaneret aliquis qui in eius locum subrogari potuisset, & est sensus: Tempus meæ passionis iam imminet, in proximo est & tuus recessus. Sicut ergo te docui, ut remaneret post me qui ministerium meum impleat, sic & tu alios instrue, qui tibi succedat, & quasi ei diceret Timotheus, quare mihi præcipis ut ministerium meum impleam? subiunxit, inquit, Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat] siue imminet Libare dicimus degustare & fundere vel imolare: inde cõ-

ponitur delibo delibas & delibor delibaribus, hic autem pro
 sacificatione & immolatione ponitur, ac si diceret: Ego enim
 iam immolator. Sacerdos Petri & Pauli extitit Nero, sed
 eius immolatio non est reputata ad gratiam, mors autem illo-
 rum gratissimum sacrificium fuit deo. [Bonum certamē certa-
 ui] .i. bene pugnavi [cursum cōsumavi] Sicut ille qui in sta-
 dio currebat, perueniens ad locum destinatum, brauiū sibi p-
 missum accipiebat: sic beatus Apostolus inter metas fidei
 currens peruenit ad coronā sui laboris. Vnde ipse dicit [Fi-
 dem seruavi, in reliquo] siue de reliquo vel de cetero [re-
 posita est mihi] & reseruata apud deū [corona iustitiā quā
 reddet mihi dñs, in illa die] .i. in die iudicii [iustus iudex]
 Sic loquitur de die iudicii absolute, quasi de re oib⁹ nota. Re-
 enim vera omnibus certa & nota debet esse illa dies, & ab
 omnibus expectanda. [Nō solum autem mihi] subaudi-
 reddet coronam [sed & his qui diligunt aduerſum eius] Il-
 li diligunt aduentū eius qui securi de prēmio sperāt se re-
 munerari ab illo. Sicut rex: quilibet aut imperator alicui suo-
 rum principū coronam tribuebat antiquitus victoriā re-
 portanti ab hostibus, ita dominus suis victoribus & mili-
 tibus prēmia aeterna & brauia sine fine māsura donabit.
 [Demas me reliquit diligens hoc seculū] magis quā deum
 [& abiit Thessalonicā] Iste adheſit beato Apostolo p mul-
 tū tempus, sed cum tempus persecutionis aduenisset, recessit
 ab illo, factusq; est apostata. [Crescens in galatiam] Iste
 extitit fidelis, & causa prädicationis abiit ad alias nationes
 Apostolo volente, similiter & Titus. [Marcus assume, &
 adduc tecum. Est enim mihi utilis in ministerio prädica-
 tionis.] Iste est Marcus Euangelista, qui cū Petro & Pau-
 lo multo tempore mansit, aliquādo morās apud Petrum,
 aliquādo apud Paulum. [Penulam quam reliqui Troade
 apud carpum, veniens affer tecum, & libros.] quos ibi di-
 misit [maxime autē membranas] defer vbi scribam meas
 epistolas. Penula vestis erat consularis, qua induebatur cō-
 sules Romani quādo ingrediebantur in curiam. Sed forte
 queret aliquis, quomodo vel vnde acciderit hoc genus ve-
 stimenti B. Apostolo? Cui rōndendū est. Romanos ante ad-
 uētum dñi hūc habuisse morē siue cōsuetudinē, qñ monar-
 chiā totius orbis sibi acquirerebāt, vt quacūq; gens eis cum

pace, & coronis occurrisset, darent ei libertatē, in tantū vt
 fratres eorū dicerentur, ciuesq; Romani appellarentur da-
 bantq; eis potestātē edificandi curiā & habere cōsules, si-
 cut & illi habebāt. Pater igit Pauli de Giscalii oppido ter-
 rē repromissiois fuit, vbi natus trāslatus est in Tarsū Cili-
 cię. Quodā tpe veniētibus Romanis p Ciliciā occurrit eis
 ipse cū alijs Tarsēlibus, vt pote q nobilis inter illos, habebat,
 & excepit eos cum pace. Tunc Romani dederūt eis liber-
 tatē supra dictam, & potestātē edificandi curiā, vestesq; in-
 duere cōsulares, vt penulati intrarent in curiā more roma-
 norū, ibiq; pater B. Pauli penulā accipere meruit causa di-
 gnitatis post cuius mortē Apost. ob memoriā eius recorda-
 tionis hāc vestē sibi retinuit [Alexāder ærarius multa ma-
 la mihi ostēdit.] Iste est Alexāder de quo iā supradiximus
 q reuersus est ad apostasiā. Et quia erat ararix, fabricabat
 ædes Dianę apud athenas, vñ & ipse cōmouit oēm ciuita-
 tē cōtra Apostolū, resistēs fortiter prädicationi eius. [Red-
 det ei dñs secūdam opera eius.] Non ait. Reddat optatiuo
 modo, sed reddet indicatiuo, quod verbū prænuntiātis est
 non imprecantis. Sic dicit & de illa hypocriti Iudæorū cui
 euersionem imminere cernebat: Percutiet te deus paries
 dealbate. Prophetę namq; solent maxime figura impræ-
 cantis futura prädicare, sicut figura præteriti temporis ea
 quę ventura, erant, sæpe cecinerunt. [In prima mea defen-
 sione nemo mihi affuit.] Defensionem in hoc loco appel-
 lat persecutionem atque pressuram, quam sustinuit quan-
 do in primordio suę fidei missus est cum Barnaba a spiri-
 tusancto ad prädicandum. Quam persecutionem bene vo-
 cat defensionem, quia tribulatio temporalis defendet ele-
 ctos in die iudicii a pœnis inferni. [Omnes me derelique-
 runt non illis imputetur.] Nō orat pro Alexādro qui in fi-
 detia fraternitatē oppugnādo peccauerat, sed pro his orat
 qui non abruperant amorem, sed timore succubuerant vt
 eis ignoscatur. Quapropter interest multū cum post agni-
 tionē dei quisquā oppugnat fraternitatē & aduerſ⁹ ipsam
 gratiam qua recōciliatus est deo, inuidiā facibus agitāt.
 [Dominus autē mihi assistit, vt audiāt oēs gētes verbū pdi-
 cationis] de ore meo. [& liberatus sū de ore leonis.] .i. de in-
 sidijs diaboli, de quo dicit Petr⁹ Aduersarius noster diabo

Gene. 7.

Ius tanq̄ leo rugiēs, circuit, querēs quē deuoret. Vel etiā leonē appellat Neronē, de cuius manib⁹ liberauit eū dñs qñ venit Romā adductus ab his qui pręerāt Iudeę, ob hoc quā Cęsarē appellauit. Nā cū venisset Romā, duobus ānis māsit ī libera custodia, & in suo cōductu, & postea trāsīuit ad alias nationes quę erāt in circuitu Romę. Nā qñ ista scribebat, in libera custodia erat & quā statim vt adduct⁹ est, nō est interfectus, idcirco dicit se liberatū. [Dñs Iesus Christ⁹ cū spiritu tuo sit.] Dñs Iesus Christus, deus & hō est, ideo orat Apost. vt verbū dei patris dñs videlicet Iesus, sit cum spiritu illius. Et si fuerit cū spiritu, erit & cū corpore. [Gratia vobiscū]. i. remissio peccatorū & recōciliatio dei patris omniq; bona quę diuinitus gratis largiunt, sint vobiscū. [Amen]. i. fiat, vel vera sint quę hactenus scripsi.

In epistolam ad Titum argumentum Haymonis.

Ransiens Apo. a Creta insula ad alias nationes & ciuitatū incolas, reliquit Titū discipulū suū Cretę vice sua vt haberēt nuper ad fidē veniētes protectorem, ne forte Iudęorū garrulitate, aut hęreticorū latratu, a statu rectę fidei subuerterētur. Sed vt illū sollicitiorē redderet p̄sertim cū castigatio seu hortatio magistrorū studiosiorē efficiat discipulos, commonefacit eum & instruit ad plenum de cōstitutōe presbyterij & de spiritali conuersatione & de hęreticis vitandis qui Iudaicis fabulis credunt scribens ei a Nicopoli ciuitate.

In epistolam Pauli ad Titum

exegeſis. CAP. I.

Aulus seruus dei.] Cū domin⁹ ac redēptor noster Apostolis suis dixerit, iam nō dicā vos seruos, sed amicos meos, queri potest quare egregius prædicator & magister gentium seruum se postmodum vocauerit? Sed si bene perpēderimus, duo esse genera seruitutis, si cut & timoris, p̄culdubio luce clari⁹ patebit, quia nō extitit cōtrarius verbis dominicis. Siquidē seruitus timoris est qua timet seru⁹ dominū suū, & ancilla dominā suā, timētes ab eis flagellari: Seruitus autē amoris est qua timet bonus filius patrē suū, metuēs animū eius offendere in aliquo, atq; hęreditate priuari. De seruitute ergo illa quę p̄tinet ad timorē p̄cenalē dicit Apostolis quia iā nō dicā vos seruos ti

moris sed amoris. De illa vero quę p̄tinet ad amorē filiorū loquitur alibi, dicēs. Cū feceritis omnia quę p̄cepta sunt vobis dicite, Serui inutiles sumus, quod debemus facere fecimus Et Psalmista. Timor (inquit) dñi castus p̄manet in seculum seculi. Hūc nanq; timorē habent & sancti angeli, quē profecto habuerunt Apostoli per aduentū spiritus sancti, per quē diffusa est charitas in cordibus eorū, quę & nos summo opere debem⁹ habere. Querī etiā potest, quid sit quod in epistola ad Romanos seruū se Iesu christi vocat, hic autē seruum dei patris: Nā cum dicit Paul⁹. Seruus dei, nomine dei, persona patris accipitur. Ad quod dicendū, quia vt demonstraret in tribus personis vnā essentiā vnāq; deitatem, atq; vnā potētiam esse, aperte ibi seruū se dixit Iesu christi & hic dei patris: qm̄ sicut illę tres p̄sonę regnāt & dominant omni creaturę, ita inseparabiliter omnē seruū sibi deuotū possident: ac per hoc quicūq; seruus est christi vtiq; seru⁹ est patris ac spiritus sancti [Apostolus autem Iesu christi] dixit sicut seruitus Apostoli indifferenter ad totā trinitatem refertur, ita quoq; Apostolatus eius in cōmune ad totā trinitatem est referendus. Tota enim trinitas elegit illū ad prædicationis gratiā, dicēs ad Apostolos: segregate mihi Paulū & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. At vero cōsiderate discreuit seruitutem ab Apostolatu, quoniā non omnis qui seruus, statim & Apostolus: sed quicūq; Apostolus, vtiq; & seru⁹. [Secundū fidē electorū dei:] Electos hic accipere debemus illos: de quibus dñs dicit: Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos & de quibus idem egregius prædicator, qui elegit nos in christo ante mundi constitutionē eos videlicet, qui non tantū vocati, sed insuper electi sunt ad gloriā sempiternā, secundū quorū electorū fidem Paul⁹ christi Iesu Apostolus est, quia ad rectitudinē fidei quā ipsi Apostoli tenuerūt, missus est ipse gentibus prædicare. [& agnitionē veritatis quę secundū pietatē est.] Ex superioribus p̄det hoc modo: Apostolus Iesu christi, secundū fidem electorum dei & secundū agnitionē veritatis quę veritas secundū pietatē est. Veritas est christus, qui dixit, Ego sum via, veritas, & vita: secundū cuius agnitionē, Paulus Apostolus officiū impleuit immo secundū agnitionē totius trinitatis, quę summa veritas est. In hoc enim se

cundum agnitionē veritatis Apostolus extitit, quia agno-
uit omnipotentē deum trinitatē habere in personis, & vni-
tate in substantia deitatis. Et hæc agnitio veritatis, benefe-
cundū pietatē (hoc est & religionē dei) dicif cōstare: quo-
niam ea docet, & ea amādo amplectitur, quæ ad religionē
veri dei pertinet, est namq; veritas carēs pietate, sicut in li-
beralib⁹ artibus, Grāmatica em atq; dialectica, veritatē re-
cte loquēdi habent, & inter falsa & vera syllogismorū ar-
gumētatiōe dijudicat, sed tñ agnitionē pietatis minime in
se habēt, dū de religione veri dei & salute animę nō dispu-
tant. Geometria quoq; & arithmetica simulq; & musica
quæ numerorū subtilitate cōsistunt, agnitionem veritatis
in se quidē habent, sed non est illa scientia pietatis agnitio.
Vt ergo Apostolus ostenderet se agnitionem illius verita-
tis habere, quæ secundum pietatem est, idcirco prouide
ista protulit Sequitur, [in spem vitæ æternæ] Fides elec-
torum & agnitio veritatis, quæ secundum pietatem est,
In spem vitæ æternæ remunerationis posita est: quia qui
cunq; fidem rectam habet atque agnitionem omnipoten-
tis dei, quam pie & religiose viuendo exornat, utiq; spem
æternæ remunerationis possidet. Neq; enim aliquis valet
habere fidem agnitionemq; veritatis, si defuerit spes cer-
ta, [quam promissit qui non mentitur deus, ante tempora
secularia.] Certum omnibus fidelibus est, quia omnis ho-
mo mendax, solus autem deus verax, qui potest cuncta im-
plere quæ promissit. Ipse ergo qui non mentitur, quia sum-
ma veritas est, ipse promissit fidelibus suis vitam æternam
ante tempora secularia. Secularia dicūtur a sequēdo, quod
in se reuoluantur Varrone teste, Secula autem computantē
ex eo quo materies in formis per species discreta est, &
ex quo deus dixit, Fiat lux, & facta est lux. Ex eo enim cōpit
varietas temporis & vicissitudo horarum pariterq; dierū
in semet reuoluit: antea vero, vt doctores dicunt, non erat
tēpus, sed æuū, quod solummodo esse habebat. Mā inter tē-
pus & æuum hoc distat, quia quum stabile est, tempus vero
mutabile. sed si hominibus promissit vitā æternam, quod
omnino nō dubiū est, quomodo promissit illis qui necdum
erant creati ante tēpora secularia, nisi quia in eius æternita-
te in præsentia & prædestinatione iam fixū erat quod con-

gruo tēpore futurū erat. Quāuis igitur humana diuini ex-
toto nō sunt cōparāda dicam⁹ aliquid sub exēplo vt luci-
dius cōprehendat quod dicitur: Quilibet hominū cupidus
filij multo anteq̄ habeat illum, procurat domos, familiam
possessiones prædiorū, disponens in animo suo omnia illa
dare filio, necdum adhuc nato: Ita & omnipotens deus in
præsentia & prædestinatione sua promissit fidelibus atq;
electis suis ante omnia tēpora vitā æternā dandā. Sequitur
[manifestauit autem temporibus suis verbum suū in præ-
dicatione, quæ credita est michi secūdam præceptum salua-
toris nostri dei.] Verbum dei patris, filius est, de quo Ioan-
nes: In principio (inquiens) erat verbum, & verbum erat
apud deum, & deus erat verbū. Istud verbū quod in natu-
ra deitatis inuisibile erat, manifestaui deus pater p huma-
nā naturā, in qua homo fact⁹, visibilis mūdo apparuit tē-
poribus suis. i. cōgruis & ab illo dispositis, de quibus idem
Apostolus alias dicit: Postq̄ (inquiens) venit plenitudo tē-
poris, misit deus filiū suū &c. Vita ergo æterna quam pro-
misit deus pater electis ante omnia secula, verbū illius est,
quod de seipso dixit, Ego sum via, veritas, & vita. Et qui
filiū p̄m̄ere habere qui est vita, habet utiq; patrē cū sp̄ri-
tus sancto, quæ tota trinitas vna vita æterna ē, sicut ipse do-
minus ait: Hęc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem
misisti Iesum Christum, cum spiritu sancto vnum & ve-
rum deum esse. Vitam igitur æternam, quam promissit an-
te omnia secula, id est, verbum suum manifestaui deus pa-
ter temporibus suis, eo modo quo dictum est. Manifestaui
quoq; nobis, qm̄ vidimus illū præsentem in prædicatione
siue per doctrinā Pauli apostoli, quæ credita & commen-
data est ei secūdu præceptum saluatoris nostri dei, qui di-
xit apostolis, Segregate mihi Paulū & Barnabam in opus
ad quod assumpsi eos. Saluator autē deus non alius intelli-
gitur quā filius, Ipse enim cū patre & spiritu sancto vnus
& verus saluator & deus est. [Tito dilecto filio] Filiū suū
eum vocat doctrina, exemplo, eruditione, atq; disciplina,
non tamen natura. Eodē modo Titus filius ei⁹ erat quo &
Corinthij, quibus ipse dicebat, Per euangelium ego vos
genui. Nam ipse ad fidem Christi eum adduxerat [secūdu
cōmunē fidē] Non secūdu omniū credentiū fidem, Titus

Ioan. 1.

Ioan. 6.

Iob. 19.

filius eius erat, quoniam non omnium fides perfecta est. Sed secundum communem fidem dicit, hoc est, secundum suam & illius, quorum fides perfectissima erat. [Gratia & pax a deo patre nostro] & Christo Iesu saluatore nostro. [Amen.]

AD LECTOREM.

Curiosum est a compluribus candide lector sursum ac deorsum, nullam non eruētibus bibliothecam, quo presens Haymonis in Titum exegesis, quae passim mutila circūfertur, ad integrum restitueretur: sed in quotquot incidimus exemplaria, antequam exordirentur fere succisa reperimus, non auctoris vitio, sed bibliographorum nescio qua incuria, cum sint penes quos hoc opus integrum lateat, rerum tamen bonarum negligentiores, quam ut ipsi edant aut alij edendum communicent. Quamobrem Christiane lector hoc qualicumque fragmento contentus viue, donec illi respiciant ac bonum commune diuulgent. Vale

IN EPISTOLAM PAULI AD
Philemonem argumentum
Haymonis.

Eato Apostolo praedicatione euangelica intonante in Asia, credidit inter ceteros quidam vir nobilis, nomine Philemon, diuina gratia illustratus, & baptizatus est in sacro ac viuifico fonte. Apostolo autem digrediente ab illis partibus, non est persecutus eum Philemon, sed remansit in propria regione, ministrans de suis facultatibus fidelibus. Diues enim erat, abundans multis opibus. Habebat tamen seruū nomine Onesimum, adhuc infidelē, qui cum fugiens, furatus est bona eius. Et quia dominus illius magnae potestatis erat atque nobilitatis, timens comprehendi ab illo multisque tormentis affici, utpote cui non paruum dispendium intulerat transijt mare, & a Graecia venit Romam, ibique reperiens Apostolum retrusum in carcerē pro fide Christi accessit ad eum, quoniam agnoscebatur ab illo, sicque ab Apostolo instructus credidit, & baptizatus ministrabat ei. Et quia apostolus praedicabat seruos debere esse subditos dominis suis, duxit indignū, seruum alterius sine voluntate domini

ni sui secum retinere. Quapropter remisit illum ad dominum suū scribens ei familiares literas de carcere per eundem seruū, quatenus susciperet illum cum affectu dilectionis, non inferens poenas pro bonis ab illo sublatis: Cuius epistolae principium istud est.

In epistolam Pauli ad Philemonem, exegesis.

PAULVS VINCTVS IESU CHRISTI] De nomine Apostoli saepius in alijs epistolis disputatum est. Nunc videamus quare in exordio huius epistolae, vincitū Iesu Christi se dicat, & nomen apostolatus reticeat, quod in alijs solite ponere consuevit. Primum ergo videtur dicere vocas se vincitum Christi Iesu quam Apostolum: quoniam multi fuerunt qui dixerunt se esse Apostolos Christi, dum praedicaret qui noluerunt esse vincitū Iesu Christi, refugientes tormentū passionis. Non tamen omnis vincitū, Christi Iesu, vincitū dici potest: quoniam multi sunt qui latrocinio, aut sacrilegio, aut aliqua culpa promerentur mitti in carcerem, vinculisque astringi, qui vero pro veritate fidei vincuntur, dubium non est quin vincitū Christi Iesu existant, sicut Paulus alijque Apostoli, qui gloriabantur vincitū Christi Iesu appellari. Digni enim habiti erant pro nomine Iesu contumelias pati. Dicit ergo se vincitum Iesu Christi, ut nullo modo auderet inexpectum dimittere neque denegare quod miles tanti regis rogabat, [& Timotheus frater.] Timotheus coepiscopus eius erat ab illo ordinatus, ideoque frater in fide: Ponit autem cum nomine suo nomen coepiscopi sui, ut maioris autoritatis esset eius epistola, potest & aliter intelligi: Quando cumque Apostolus epistolas suas dictabat, erant in circuitu eius discipuli considentes, & si alicui aliquid relatum esset ita ponebat in corpore epistolae utpote sua verba, recogitans quae saepe dominus iuniori reuelat quod melius est. Quapropter quia particeps erat illius epistolae, ponebat nomen illius ut suum. [Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Appia sorori charissime.] In Graeco non habetur dilectus, sed diligibilis. Non enim dilectus potest dici qui diligitur, & non diligit, neque est dignus dilectione. Diligibilis autem qui & diligitur & diligit, dignusque est dilectione: quod isti Philemoni satis congruit. Ipse enim dignus erat dilectione ideoque diligebatur ab Apostolo, diligens & ipse Apostolum. Ad iutorem eum vocat, quia opere praedicationis collaborabat

illis, & administratione facultatum suarū subueniebat sicut delib^o. Appia quam vocat sororem charissimam, religiosa foemina creditur fuisse. Quam causa dignitatis sorore appellat in fide, non quod reuera soror eius extiterit in carne. Fuit autem aut reuera cōiunx Philemōis, aut etiam soror natura. Inferitur nomē illius in medium inter duos viros apostolicos, inter cooperatore videlicet Pauli, Philemonē & commilitonē eius Archippum vt tali ex utroq; latere sulta comitatu, nō videatur ordinem sexus habere, sed meriti. Hic autem Archippus arbitrādus est cum Paulo & Timotheo contra aduersarios pro Christi nomine: aliquādo dimicasse & victor extitisse. Quapropter nūc commilito illorum nūcupatur, siue quod in eodem certamine belloq; victor extiterit, siue quod adhuc cōmilitaret illis in praedicatione assidua [& ecclesiae quae est in domo tua] Philemone ad fidē veniente, credidit vxor illius & liberi & maxima pars seruorū illius, quibus omnibus Apostolus verba salutatoria dirigit, & quia plures erant, ecclesiae nomine designauit illos. Ecclesia siquidem latino vocabulo dicitur cōuocatio fidelium: Vt ergo putaretur certius nō ad Archippi, sed ad Philemonis referēdum esse personā, aperte patefecit dicens, Quae in domo tua est o Philemon [Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo] subaudiis sit, in omnibus epistolis aequale principium ponit gratiam eis & pacem optas quibus scribit, Gratia autem est fides & remissio peccatorū, quam gratis cōsequimur in baptismo. Pax vero qua reconciliamur deo patri & angelis. Pōt quidē & ita itelligi, vt ad Deū patrē referatur quod dicit gratia vobis a deo patre nostro: & pax ad dñm Iesū xpm qui per sanguinē passionis suae factus est nobis pax & reconciliatio, sed quia vna est patris filijq; natura, meli^o est vt si mul ad utroq; referamus & gratiā & pacē, sicut alius epistolis meminim^o plenius exposuisse. Persona vero spiritus sancti in donis suis intelligit vel vbi vna persona trinitatis audit, ibi tota trinitas itelligit [Gratias ago deo meo semper memoriā tui faciēs in orationibus meis] Haeten^o Paulus & Timotheus Philemoni, Appie & Archippo pariter scripserunt, tñ in sequētibus approbatur Apost. timodo ad Philemonē scribere, & vnū cū vno sermocinari. Hunc

etiā morem in alijs epistolis eius inuenire possumus vt cū plures in praefatione ponuntur. postea per totū corpus epistolae vnus disputans inducatur. Quod autem ait, gratias ago deo meo semper memoriā tui faciēs in orationibus meis. ita accipiendū est, vt semper gratias ageret deo pro illorū salute, quos dño acq̄sierat semperq; illorū memoriā ageret in orationibus, quatenus in fide recta bonisq; operibus perseueraret. Nec mirū si ille: quia alios hortatur, dicens. In oibus gratias agite, & sine intermissione orate, ipse etiā hoc opere primū impleuerit. Et notādū quia cū dixisset, gratias ago deo. statim subintulit meo, qm̄ cū omnipotēs deus oīm cōiter deus sit, tñ specialiter dicit deus esse, qui p̄ fidem & vitam meritum eū veneratur & colunt, vt Abraham, Isaac, & Iacob, de quibus ipse dicebat Moyse, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob per fidem videlicet rectā vitamq; meritū: & quia beatus Apostolus fidem constantissimam habebat, per quā sciebat deum sibi placibilem fore vitamq; meritū, quod non ignorabat illū delectari, cum fiducia dixit. Gratias ago deo meo. i. laudes refero illi cū gratiarū actione pro salute tua [audiens charitatē tuā & fidē quā habes in dño Iesu & in omnes sanctos.] Philemō quā tā laude dignus erat apud Apostolū, haud dubiū quin charitatem haberet erga deū & proximū, fidē quoq; habebat in dño Iesu credendo in eum & in oēs sanctos, imitator fidei illorū existendo. Ille em̄ fidē & charitatē habet in deū & in oēs sanctos, qui ipsam charitatem & fidem in operationem vertit. Sequitur, [vt cōuocatio fidei tuae] subaudiis qua communicas & participas fidei apostolicae [euidentis fiat in agnitione omnis boni in Christo Iesu.] Potest ergo ex superioribus ita cōiungi Gratias ago deo meo audiens charitatē tuā & fidem quā habes in dño Iesu & in oēs sanctos, semperq; memoriā tui facio in orationibus meis, vt participatio fidei apostolicae, euidentis seu manifesta fiat oē bonum in se habere. Communicatio siquidem hic pro participatione fidei apostolicae accipitur, cui ille participabat quanquam & ad communionem possit referri, qua participabat fidelibus de facultatibus suis. [Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater.] In carcere erat

B. Apostolus, ibiq; samā Philemonis audiebat, quia maximum refrigerium præstabat sanctis in tribulatione positis, Vnde & pleni⁹ iculcat quare dixerit, gratias ago deo meo memoriā tui faciēs in orationibus meis, Dignum siquidē erat gratias agere deo meo p̄ charitate illius, qui interno cordis affectu & profundo animo sanctorū p̄ces suscipiendo refrigerauerat. Viscera siquidē aliquādo ponūtur pro filis, aliquādo pro interno & immenso dilectionis affectu, hic aut̄ pro vtroq; accipi possunt. Viscera, inquit, sanctorum requieuerunt per te frater. i. filij sanctorum in tribulatione & egestate positi, refrigerium acceperunt in cōsolatiōe tua, & in ministratiōe, qua eis ministrasti, siue interni sensus & magni affectus sanctorum requieuerunt per te, Magnum etenim refrigeriū habēt in tribulatione & egestate positi, dum aliquem repererint cōsolantem, quod aperte inuenit̄ implese iste Philemō, [Propter quod] sub audis quia interni affectus requieuerūt per te [multam fiduciam habēs in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet,] hoc est, ad vtilitatem tuā [Propter charitatē magis obsecro, cum sistalis, Vt Paulus senex, nūc autem vinctus Iesu Christi] idcirco toties se repetit vinctum Christi Iesu esse, vt illū in fide perfectissimum redderet, nec desperaret si in eum aliqua cōtrarietas prorumperet, siue etiam quia illi alter subuenire nō poterat positus in tribulatione saltē quod obsecrabat pro seruo facilius impetraret. Poterat autem illi imperare sicut ipse manifestat, vt pote Apostolus subiecto præsertim cuius studio ad fidē venerat: sed quia maximā charitatem habebat erga omnes sanctos, maluit obsecrare quam imperare. Nec enim erat necesse vt ex autoritate apostolica ei imperaret. In hoc autē quod dicit cum sis talis, vt Paulus senex ostendit illum cōzeum sibi ac per hoc quasi honorabilius alloquitur illū, quam si esset iunior etate. [Obsecro te pro meo filio quē genui in vinculis Onesimo] Volēs impetrare quod postulabat, iā nō pro seruo Philemonis, sed pro suo filio p̄catur, vt dum audit illum ab Apostolo filium vocari, magis diligit illum vt fratrem quam tormētis afficiat pro fuga, & furto vt seruum Geauerat autē illum in vinculis positus, nō carne sed prædicatione, sicut & Corinthios, quibus dicebat: per Euange-

lium ego vos genui. In vinculis enim tenebatur, quādo ad illum venit Onesimus [qui tibi aliqñ inutilis fuit, nunc autē & mihi & tibi vtilis] inutilis autē extitit Onesim⁹ domino suo Philemoni, qñ nō solum de seruitio illius fuga se subtraxit, sed insup̄ illius bona furat⁹ est. Tibi inquit, soli inutilis nō cæteris, nunc econtrario vtilitatis cōpensatione qua & ipsi dño & Paulo vtilis est ceterisq; per Paulū pl⁹ charitatis meretur quam odii ante meruerat. Domino suo in hoc iam erat vtilis quia seruebat Apost. pro domino suo quod vtiq; domin⁹ ei⁹ debuerat agere, si præsens esset. A postolo in hoc erat vtilis, quia illo in carcere posito, vinculisq; detento, ministrat ei prout in temporalibus, & insup̄ in spiritalib⁹, deferens literas Apost. huc illucq; [Tu aut̄ illum vt viscera mea suscipe.] Viscera (sicut iā dixim⁹) significant internū cordis affectū, & plenā ex animo voluntatem, cum totum quicquid in nobis suscipitur a rogante: aliqñ tñ intelligitur & filij: suscipe, inquit, illū vt mea viscera, hoc est vt filiū meū charissimū, vel in illo suscipe, iterum affectū dilectionis meæ. [Quē ego voluerā meū retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euāgelij] Idcirco filiū suū & filiū vinculorum & ministrum euāgelij in vinculis constituti toties replicat vt Philemō prudēs dispensator tñ in præfatione laudat̄ nō auderet negare, ne suis laudibus videreē indignus. Vt pro te, inquit, mihi ministraret quia si fieri posset, tu debueras mihi in vinculis posito ministrare. [Sine cōsilio aut̄ tuo nihil volui facere] hoc est, nolui eū sine tuo cōsensu retinere, vt ne velut ex necessitate bonū tuū esset, sed volūtariū. Poterat quidē Apostolus sine volūtate Philemonis Onesimū sibi in ministerium retinere, sed si hoc sine volūtate eius fecisset, bonū quidem erat eius, sed non voluntariū: quod autem non esset voluntarium, ostenderetur nō esse ex toto bonum. Nihil quippe perfectum bonū est nisi quod vltro nō est. Ex quo Apost. cōsideranda est prudentia, qui idcirco fugitiuum seruū remittit ad dominū vt posset dño suo prodesse, dū ab eo fuerit remissus: qui prodesse nō poterat si teneretur dño ignorante neq; volente. Quo loco querunt nonnulli, quare omnipotens deus nō creauerit Adā ita vt non posset peccare Quibus rñdendū est: quia si talē fecisset eum vt nō posset

peccare, bonum illius non esset perfectum, quod primum mereretur, sed necessarium: neque enim liberum arbitrium haberet. Creauit enim hominem ad imaginem & similitudinem suam, ut sicut ipse voluntate est bonus, non necessitate, ita & homo voluntate debet esse bonus, non necessitate. [Foris ita iohannes discessit ad horam a te, ut eternum illum reciperes, iam non sicut seruum sed pro seruo charissimum fratrem.] Pulchre aduerbium dubitatum addes, foris ita, sententiam temperauit, Occulta quippe dei iudicia sunt & temerarium est quasi de certo pronuntiare, quod dubium est. Caute ergo & timide, & non fixo gradu loquor est ne uiderentur omnibus seruis occasione fugiendi dare, ut predicatorum discipuli fierent. Quod autem dixit, ad horam, pro tempore posuit, Omne enim tempus presentis uitae ad comparationem eternitatis, aut nihil est, aut breuissima hora. Ut eternum, inquit, illum reciperes. Nullus dominus eternum seruum potest habere quam uero fratrem charissimum & fratrem eternum, unde & apostolus dicit, ut eternum illum reciperes, hoc est: eternaliter cum Christo regnaturus, & non sicut seruum: sed plus seruo, id est magis quam seruum: charissimum, id est fratrem. Plus enim ad nos pertinet frater in affectu charitatis quam seruus. Hinc & quidam codices ut pro seruo charissimum fratrem reciperes. Quod utrumque accipi potest, quoniam quoniam fugit, seruus erat adhuc infidelis existens quoniam uero reuersus est, iam frater erat in fide fidelis effectus. Et ut Philemon non dedignaretur illum uice fratris tenere ad didit [& maxime mihi] subauditur charissimum frater est [quam magis tibi & in carne & in spiritu] & est sensus: si mihi charissimus est quanto magis tibi & in carne & in spiritu debet esse charus? Mihi quidem spiritu est coniunctus propter unitatem fidei, tibi autem & in fide & in spiritu & in carne debet esse charus quia ad te pertinet. Fide enim est frater tuus, carne autem & conditione seruus tuus, quapropter magis a te diligere debet. Siquidem quoniam erat ei subiectus in carne, non erat ei iunctus in domino nunc autem & in carne & in domino. Ex quo colligitur seruum qui crediderit in Christum, duplici domino suo lege constringi, ut ei & in carnis necessitate iungatur ad tempus, &

in eternum spiritu copuletur. [Si ergo habes me socium] in fide, [suscipe illum sicut me,] quasi diceret. Si me vis habere socium, habeto & Onesimum, quem ego & confortem & socium habeo. Quem si nolueris habere ut fratrem & socium, attende quia & me habere non poteris. [Si autem aliquid nocuit aut debet tibi, hoc mihi imputa. Ego autem paulus scripsi mea manu, ego reddam.] Ego (inquam) qui alias epistolas meas non scribo, sed dicto, causa amoris tui ut obtinere possim quod postulo, scripsi istam tibi: ego reddam quod Onesimus furto rapuit. Huius responsionis epistola ista testis est: quam non solito more dictavi, sed manu mea scripsi, unde poterat ei reddere quod Onesimus abstulerat. Siquidem in carcere tenebatur. Qui ergo diuitijs temporalibus pro Christi amore carebat: securus erat posse ei recedere proferre ex dono diuitiarum caelestium. Ego (inquit) reddam tibi obtentu meorum praecum thesauros indeficientes. Noli morulas facere in indulgendo Onesimo, securus esto de praemio. [Et non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes.] Si hoc (inquit) feceris quod peto, tunc non dicam tibi quod & tu omnia tua mihi debes & in potestate mea debes consistere. Propter sermonem enim Christi quem tibi euangelizauimus, & quod Christianum filiumque dei te fecerit, te ipsum mihi debes. Et si tu meus es: non solum Onesimus, sed etiam omnia tua mea sunt, & ad me pertinent. Poteram (inquit) eo uti ut meo, sed uoluntati tuae relinquo ut mercedem habeas ignoscendo [Ita frater] subauditur fac ut postulo: [ego te fruam in domino.] Frui est cum delectatione uti & possidere, unde dicitur in lege: Si non feceris quae tibi praecpta sunt, generabis filios, & non frueris illis, hoc est, cum delectatione non uidebis illos quoniam captiui ducentur coram te. Ego (inquit) fruam te in domino, hoc est: delectabor in dilectione tua [refice viscera mea in domino], id est filium meum Onesimum uel internum amorem & affectum dilectionis meae. [Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico facies.] Qui praesumit de illo quem rogaturus est: ipsa quodammodo praesumptione prauidet, ne ei negare liceat quod rogatur. [Simul autem & para mihi hospitium. Spero enim per orationes uestras donari me uobis] idcirco praecipit sibi hospitium parari, ut aue-

diens eum ad se venturum Philemon indulgeat, & dū eū expectat facilius faciat quod rogatus est. Et quia vbi cūq; Apostolus erat, multitudo ad eum confluebat, necesse erat vt magnā domum haberet, & quæ remota esset a circo, a theatro, et a speculato, vbi lasciuī discurretes, turpia quæq; sectabatur [saluat re Epaphras cōcaptiuus meus in Christo Iesu.] Iste Epaphras prædicator euangelij existens, adhærebat beato Apostolo, & fortassis cū illo fuerat captiuus ductus de Hierosolymis Romam, vel certe tunc cum illo tenebatur ī carcere. Marcus ipse est qui euāgelium scripsit. Demas ipse est de quo alibi dicit. Demas me dereliquit, Lucas ipse est scriptor euāgelij, Actuumq; Apostolorum, de quo & in alio loco dicit: Misimus cū illo fratrem, cuius laus est in euangelio. Et sicut Apostoli de piscatoribus piscium, facti sunt piscatores hominum, ita hic de medico corporū in medicum conuersus est animarum. Quotienscūq; enim dicta illius leguntur medicinam præstant intelligentibus [Gratia domini nostri Iesu Christi cū spiritu vestro Amē] Gratia hic accipitur fides, remissio peccatorum, & donum spiritus sancti, quæ orat Apostolus esse cum spiritu illorū, quibus ista scribebat. Per spiritum autem, siue animā siue etiam rationabilitatem possumus intelligere. Cum em̄ in anima siue rationabilitate gratia diuina fuerit, totum hominem replet faciens eū spiritalem, vt adhæreat domino mente & corpore, & impleatur illud quod scriptum est: qui adhæret domino, vnus spiritus est.

In epistolam ad Hebræos, præfatio.

In primordijs huius epistolæ dicendum est, quæ causa extiterit, cur Apostolus Paulus morem suum in hac epistola nō seruauerit, videlicet vt vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatē. Hæc igitur causa extitit quod nomine suo nō titulauit eā, quia Iudæis scribebat suis fratribus, quibus odiosus erat eo quod circuncisionem & sabbatum & sacrificia, ceteraq; quæ lex præcipit obseruāda, ipse doceret nō debere carnaliter obseruari post domini passionem. Nam illi qui crederent Iudæi, cōtendebant vtrunq; teneri, baptizari scilicet secundum gratiam euangelij, & circuncidi, sabbatum quoq; obseruare secundum legis præceptum. Quapropter

si posuisset nomē suum, Apostolus in exordio huius epistolæ poterat euenire vt ei? æmuli nomē illius in prima fronte legentes, dedignarent eā recipere, sicq; vtilitas lectionis differretur. Nomen autē apostolatus idcirco nō posuit, quā ipse apostolus gentium cōstitutus, si nomine apostolatus sui prætitularet epistolā ad eos directam, vocās se Apostolum, videretur illis fortasse quod se vellet apostolo præferre Petro, qui princeps illorū erat a dño ordinatus sicut idē egregius prædicator alio in loco dicit: Qui operatus est Petro (inquiens) in apostolatū circūcisionis, opatus est & mihi inter gētes. Fortassis etiā dicerēt. Quid est quod Paulus doctor gentiū, præfert se apostolis nostris Petro & Iacobo scribat suis gentibus, nō indigemus vt scribat nobis. Habemus em̄ apostolos nobis a dño cōstitutos, qui nos abunde possunt docere, Quo facto ostendit se nō ignorare illorum superbiā, pariterq; suam exhibuit humilitatem. Simili modo etiam & apostolus Ioānes causa eiusdem ratiōis & humilitatis, nomen suum in epistola sua prætermisit. Vel certe, vt dicunt quidā, quod propterea quia Christum in hac erat epistola nominaturus apostolum, dicens: Habem? pōtificem & Apostolum confessionis nostræ Iesum iustum noluerit nomen apostolatus sui in primordio huius epistolæ nominare. Nō enim cōgruum duxit, vt vbi Christum dīcturus erat apostolum, inibi etiā se apostolum nominaret, maximeque in titulo, ne cui libet videretur se præferre Christo, sed maluit tacito noīe de figuris legis eos instruere, & ad veritatem quæ Christus est, perducere. Hanc autem epistolā quidam dicunt esse Barnabæ apostoli, quidā Lucæ, quidam Clementis, dicentes quoniam si Pauli esset, ipse vtique more solito sicut in alijs, ita etiā nomen suum in ista præponeret. Sed si Pauli nō erit, quia eius nomine non est titulata, ergo nec Barnabæ, nec Lucæ, neq; Clementis, aut alicuius erit, eo quod nullius nomine titulatur. Cui ergo illorū ascribenda est? Vtiq; egregio prædicatori: quippe quæ ex lucido sensu & genere locutionis comprobatur illius esse, quanquam subtiliori atq; apertiori stylo cōprehensa sit omnibus ei? epistolis. Nam fertur Apostolus hæc Hebræis missam, Hebræo sermone eam conscripsisse, in quo ipse peritissimus extitit, cum reliquis Græco sermone

scripserit. Post discessum vero Apostoli, Lucas euāgelistā Græco sermone eam cōprehēdit, ex quo postmodum trās-
lata est in Latinam linguam sicut & reliquæ.

IN EPISTOLAM PAULI

ad Hebræos. Exegetis. CAP. I.

Vltifariam multisq; modis olim deus loquēs patri
M bus in prophetis, nouissimis dieb' istis locutus est
nobis in filio.] Omnis intentio Beati Apostoli in
hac epistola est, vt Iudeos cognatos suos, qui & Hebræi ab
Heber appellantur, in quo assumpti sunt a lege Moyli trā-
sire faciat ad gratiam euāgelij, ab obseruatione carnali ad
spiritalem: simulque eminentem gratiam quæ per filium
data est fidelibus, discernat a legalibus vmbriis, quæ ange-
licis ministracionibus exhibite fuerunt. Vnde & primum
ponit prophetas diuersis modis varijsque locutionibus pa-
tribus fuisse locutos dicens. Multifariam. i. multis locutio-
nibus: multisq; modis hoc est, multis qualitatibus, olim id
est, in præterito videlicet tempore loquēs deus pater per
prophetas patribus nostris. Deinde vt ostenderet, quanta
differentia esset gratiæ inter illos & patres illorū, subiun-
xit. Nouissimis diebus istis vltimæ ætatis, locutus est nobis
per filium. Dicendo autem, Locutus est in prophetis & in
filio tantundem valet, quasi diceret, Per prophetas & per
filium: quia in, præpositio p̄ alia præpositione Per, accipi-
tur: sicut multis in locis epistolæ eius inuenitur his præpo-
sitionibus indifferenter vti. Cōsideremus ergo quomodo
multis locutionibus, multisq; qualitatibus locutus sit deus
pater patribus veteris testamenti, multis vero locutioni-
bus, multisq; qualitatibus locutus est eis, quia non semper
vniiformiter secreta sua eis reuelauit. Aliquādo enim aper-
te & per angelū locutus est eis vt Abrahæ, cui dixit: Secū-
dum hoc tempus veniam, eritq; Saræ filius, Moyli quoque
præcepta legalia dando: Nō occides: Nō adulterabis, cete-
raq; huiusmodi: Loth quoq; de Sodomis eū educēdo, alijsq;
quampluribus. Aliquando vero obscure, & per ænigma-
ta, & per ignem, vt Moyli, cui dixit, Ego sum qui sum, Hęc
dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos: aliquādo in ha-
bitu militis: vt Iosue. Aliquādo ī corde: vt Dauid: qui dice-
bat: Audiam quid loquatur in me dñs deus: ceterisq; pro-

Gene. 17.

Deute. 5.

Gene. 12.

Exod. 1.

Psal. 84.

phetis, Aliquādo per somniū, sicut Daniel, quod genus pro-
phetiæ est. Nouissime autem. i. in fine temporū locutus est
nobis A postolis suis, ceterisq; credentibus per filiū suū. &
est sensus: Patribus nostris, vtpote seruis, locut' est olim p̄
seruos suos angelos, & per conseruos illorū prophetas, no-
uissime autē diebus istis vltimæ ætatis, locutus est nobis A
postolis, omnibusq; alijs fidelib' per filiū, vtpote filijs. Nā
quanta distātia est inter gratiā euāgelij, quæ per filiū da-
ta est, & legē quæ per seruū administrata est, tāta differen-
tia est inter ministros & auditores legis, quoniā serui ad ser-
uos missi sunt, & inter promissionē & gratiam, quæ per fi-
lium data est filijs, ac postmodū per filios filijs administra-
ta. Sequit' [quem constituit hæredem vniuersorum] Hæ-
res dicitur ab herō, id est domino eo quod libera potestate
in hæreditate paterna dominetur. Constituit ergo deus pa-
ter filium suum hæredem vniuersorum, hoc est totius mū-
di, seu omniū creaturarū, non tantū secundum diuinitatem
qua coæternus est patri & coæqua'is est illi in omnipotē-
tia deitatis, & in quo æternaliter ipse possidet omnia cum
patre, sed potius secundum humanitatem assumptam a ver-
bo, cōstitutus est ille dominus & hæres super omnem crea-
turam, sicut illi deus pater promisit, dicens: Postula a me,
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tu-
am terminos terræ. Et ipse filius resurgens a mortuis, sic lo-
quit' ex persona humanitatis: Data est mihi (inquiens) om-
nis potestas in celo & in terra. Non ergo diuidimus perso-
nas, sed distinguimus naturas, vnde animaduertēdum est
solerti indagine, Apostolum in hac epistola, nunc de sub-
stantia humanitatis loqui, nūc vero de substantia deitatis.
Nam quod dixit illum constitutum esse a deo patre, hære-
dem omnium creaturarum, ad humanitatem illius retulit:
Volens autem discretionem facere inter diuinitatis natu-
ram & humanitatis eius, & ostendere quid proprie perti-
neret ad vnamquāq; naturam, subintulit, dicens: [per
quem fecit & secula:] Secula dicunt a sequēdo, eo quod se-
sequant' , in semetipsa reuertendo ac redeundo. Hic autem
per secula, debemus intelligere omnia quæ facta sunt in tē-
pore. Vt ergo ostenderet Apostolus eundem nouissi-
mis diebus venisse in mundum, ac temporaliter hæredi-

tatem percepisse, qui ante omnia secula erat cum patre, dixit: Per quem fecit deus pater omnia quæ in tpe facta sunt. Nā quod euāgelista Ioannes dicit: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, hoc Apostolus significauit, dicendo, Per quē fecit & secula, referens hoc ad diuinitatē eius, Deinde vero quibusdā gradibus ascensionum eleganter vtens puenit ad id quod omnib⁹ his maius est, & insonuit dicens: [Qui cū sit splendor glorię, & figura substātię eius:] Deus pater lux est, sicut idem Apostolus ait, loquēs de filio: Qui habet inquit, lucē inaccessibile, & filius lux est, & spiritus sanctus lux, ita & pater splendor, & fili⁹ splendor & spū sanctus splendor. Sed quō lux nascit ex luce, & splendor procedat de splendore, non crescente numero, impossibile est diffinire. Idcirco autem appellatur filius splendor patris, quia sicut in igne tria sunt inseparabilia, ignis videlicet, calor, & splendor, & tamen splendore ostenditur nobis ignis & calor, licet humana non sint comparanda diuinis, ita natura patris & filij & spiritus sancti inseparabiliter cōiuncta & vnita est, & per verbum suū quasi per splendorem dignatus est semetipsum ostendere, & insuper mysterium totius trinitatis, dicente ipso filio: Ego & pater vnum sumus, Et iterum, Baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Mirabili igitur modo. Apo. vnā substātiā deitatis patris & filij ostendit, vt duas personas aperiret in gloria & splendore. Per splendore quippe, vnitatem declarauit essentię cū deo patre: in nomine autem glorię personā dei patris expressit, in splendore autē, personam filij. Et sic est filius splendor de splendore, sicut lux de luce, deus de deo, lumen de lumine, principiū de principio. Sequitur: [& figura substātię eius.] Quantū ad homines pertinet, aliud est figura aliud est substātia, quia dum pingitur imago & figura alicuius hominis in pariete, non est illud figura, quod est substātia. Apo. autē figurā in hoc loco pro ipsa substātia & pro æqualitate essentię posuit: & quā hic dixit figuram, alias dixit formam, inquit: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Phil. 2. Formæ enim illius, & figura hic, vnam declarant æqualitatem essentię, xps ergo splendor patris est, & figura sub

Ioan. 1.

1. Tim. 5.

Ioan. 10.
Ma. 28.

statię eius, quia per illum pater manifestatus, sicut ipse dicit. Pater manifestaui nomen tuum hominibus & æqualis est illi in substātia deitatis, Sequitur [portansq; oīa verbo virtutis suę] Dicendo portās, facilitatem cōtinendi voluit exprimere: posuitq; portās pro eo quod est gubernans & regens, Verbū igitur dei patris omnia quę fecit verbo virtutis suę portat, hoc est, potentia virtutis suę & verbo iussionis suę omnia gubernat & regit. Nō em̄ minus est gubernare mūdū quam creasse. Nam in creādo ex nihilo substātię rerū productę sunt, in gubernando vero ea quę facta sunt, ne ad nihilū redeant, continent. Ergo dū hæc oīa reguntur, & ad inuicem sibi repugnantia coaptantur, magnum & admirabile virtutis dei iudicium declarat. Post tātā diuine maiestatis in filio claritatē, ad humilia incarnationis eius descendit, pariterq; discernit naturā diuinitatis atq; humanitatis, dicens: [purgationē peccatorū faciēs] Nā quod dixit, portans oīa gubernatione sua, & regimine virtutis suę, ad diuinitatem retulit: quod vero subdidit, purgationē peccatorū faciēs ad humanitatē eius proprie pertinet. Quomodo fecit purgationē peccatorū? Per redemptionem vtiq; passionis suę, & per aquā baptismatis iuxta quod Ioannes in Apocalypsi sua dicit: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo [sedet ad dexterā maiestatis in excelsis] Cōsiderandus est ordo verborū. Primum siquidē perhibuit purgationem peccatorū dominum sua passione nobis procurasse ac deinde dixit illum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis. Nam Christus primum nos redemit sanguine passionis suę, & sic postmodum altitudinem cælorum penetrauit, vbi nunc ad dexteram patris sedet. Sedere autem illius pro habitare & esse ponitur isto in loco sicut & dextera pro honore & dignitate summa, Nam non est putandū quod omnipotens pater, qui spiritus est incircūscriptus, omnia replens, dexteram aut sinistram habeat: sicut & nos habemus. aut quod ita sedeat in dextera illius filius eius, sicut solēt filij regū sedere iuxta patrem, apposito sibi folio, sed sicut diximus, dextera pro gloria & dignitatis honore accipitur. Siquidem & pater a dextris esse scribitur CHRISTI, vt in Psalmo habetur: Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suę reges, Ambo ergo a dextris sunt,

quia nihil est in diuinitate sinistrum: quia vnum est cum deo iam in gloria homo assumptus a verbo, & quadragesimo die exaltatus ad celestia. Quid est ergo, sedet ad dexteram maiestatis: nisi vt dicatur, habitat in plenitudine paternae maiestatis. Et cum dicit, in excelsis, ostendit illum hominem in super omnem creaturam angelicam & humanam exaltatum esse. Vnde & sequitur: [tāto melior angelis effectus, quāto differētius prae illis nomen hereditauit] Factum autem vel effectum pro susceptum debemus hic accipere, tāquā diceret: Tāto melius atque honorabilius prae angelis a deo patre susceptus est in gloria maiestatis, quanto prae illo differētius atque excellentius nomen filiationis hereditauit. Nam quāta distantia est inter nomen filii & serui, tāto ille maioris dignitatis est prae angelis, quoniā ille creator, secundū diuinitatem dico, illi creatura. Ipse quoque hō in hoc est maior oīb⁹ angelis omnique creatura, quia potestas quae erat in verbo ante oīa secula, requieuit in illo homine assumpto a verbo ex tēpore cōceptionis. Quapropter illi sunt ministri & famuli sicut in eius tentatione & passione, in resurrectione quoque & ascensione declaratum est. Ille autē filius proprius & haeres extitit, quod nobis & Apost. innuit, dum subiungit [Cui enim dixit vnq̄ angelorū, filius meus es tu, ego hodie genui te?] subaudis nulli angelorū hoc dictum est. Hoc de verbo dei intelligendum est, quod coaeternum & consubstantiale est deo patri. non de qualibet creatura, licet legamus in libro Iob angelos appellatos esse filios dei: in Genesi quoque filios Seth: quod vti que quando fit, abusus fit. Quādo ergo dixit ei, filius meus tuus? Tempore baptismatis & in mōte quā intonuit vox paterna celsitus, dicens: Hic est filius meus dilectus. Et in hoc quod dicit: filius meus es tu, manifestat ex ipsa sua essentia illum esse genitum. Notandū quoque quia nō dixit, ante oīa secula genui te, vel in praterito tēpore, sed hodie, inquit, genui te, quod est aduerbiū praesentis temporis. In deo enim nec praeterita transeunt nec futura succedunt, sed omnia tempora simul ei iuncta sunt, quia oīa praesentia habet: & est sensus, sicut ego semp̄ aeternus sum, neque initium, neque finem habens, ita te semper filium coaeternum mihi habeo, Tale est & istud, quod alibi dicit: ante luciferum genui te, id est, ante angelicam creaturam, & ante

Ioan. i.

oīa secula. [Et rursum, Ego illi ero in patre, & ipse erit mihi in filium] Vides ne quomodo discernit geminam naturam in christo? Nā quod dixit paulo superius? hodie genui te, ad diuinitatis retulit naturam at vero quā subintulit, ego ero illi in patre, ad humanitatis essentiam refert sine aliqua dubitatione. Vnde & cōgrue verbo futuri tēporis vsus est, dicens, ero. Quā deus pater quā dixit ad Dauid. Cū dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum, quod egredietur de lumbis tuis, & firmabo thronum eius super thronum tuum, ipseque erit mihi filius? & ego ero illi in patre, futurum erat adhuc vt verbū dei patris assumeret hominem ex vtero virginæ: si in vnitatem personae suae, qui filius dei in veritate esset, nō adoptiuus, sed proprius. Haec autē sententia & ad superiora potest respicere, vt ita legat sub interrogatione rursum cui angelorū dixit, Ego ero illi in patre? & subaudi nulli: vel certe absolute et affirmatiue hoc modo, rursum de illo dicit deus pater, Ego ero illi in patrem. [Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarū dicit, Et adorent eum oēs angeli dei] Oīs vnigenitus? potest dici primogenitus, eo quod primus aperiat vuluam matris, nō tamē omnis primogenitus vnigenitus, quia habet alios fratres sequentes se, Dñs autem Iesus tam scdm diuinitatem quam secundum humanitatem, & vnigenitus & primogenitus dici potest. Vnigenitus est secundū diuinitatem, quia in natura diuinitatis non habet fratres subsequentes se. Secundū humanitatem quoque vnigenitus est beatæ Mariæ, quia post illum alios nō genuit, sicut calumniatur Heluidius dente viperino. Primogenitus est secundū diuinitatis essentiam, sicut per Salomonem testatur, dicens, Ego sapientia ex ore altissimi, prodiui primogenita ante omnem creaturam. Secundū humanitatem quoque primogenitus est in multis fratribus adoptiuis, de quibus ipse dicit Mariæ, Vade ad fratres meos & dic eis. Quod autem dicit Apostolus, cum iterum introducit deus primogenitum filium suum in mundum, sic videtur hęc verba sonare, quasi iam altera vice introductus esset. Sed quomodo hoc sit intelligendum, euangelista Ioannes ex parte manifestat, dicens, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Verbum ergo dei patris per quod oīa facta sunt vni⁹ essentiae existi-

stens cū deo patre & spiritu sancto, ubiq; est & oīa implet quia cingēdo implet oīa, implendo cingit, gubernādo præsider, præsidente gubernat. Et quia in mundo erat, ubi carnem assumpsit, & tñ inaccessibile erat nostris aspectibus, quia nō videbat, ipsam assumptionē carnis appellat alterum introitum. Dum em̄ qui inuisibilis erat humanis aspectibus, assumpta carne, visibilem se prębuit quasi iterū introduct⁹ est. Notādūq; quia quod Apostolus introitū nominat, hoc in euangelio ipsa veritas exitum vocat dicens: Exiui a patre, & veni in mundū. Merito ergo exitū vocat incarnationis suę assumptionē, manifestationēq; quia nō foris eramus a deo expulsi extra aulā paradisi & palatiū regis eterni positi in carcere huius mūdi, & in exilio relegati, Verbi gratia, sicut excludunt ab aula regia, regis offēsam incurrentes, & destinantur in exiliū, atq; in carcerem includunt: sed sicut bonus mediator volens eis veniā impetrare, nō eos primum introducit in aulam regis, sed ipse foras egreditur ibiq; cum eis miscet sermocinādi negociū, sicq; correctos & castigatos introducit eos in conspectum regis eo modo dñs Iesus exiuit ad nos. Nā egressus est ad nos a conspectu paternę maiestatis carnem assumendo, visibilēq; prębendo, & collocut⁹ est nobiscum præcepta regis æterni, sicq; nos suis prædicationib⁹ & miraculis correctos & castigatos, atq; sua fide confirmatos, suaq; passione a peccatis emendatos, introduxit in aulam, & in cōspectū paternę maiestatis, quando ascendendo ad cælos patefecit nobis aditum regni cælestis. Dicendo autem introducit, introducit eum in orbem terrę, hoc significat cum ei cōmittit orbem terrę, & cū manifestat illum dominum esse totius mūdi. Tunc em̄ possedit orbem, cum ab vniuersis est agnitus dñs totius orbis. Hoc aut non de substantia verbi sed de essentia hominis accipe dictum. Quodq; sequitur, & adoret eum oēs angeli dei, tale est, ac si diceret, oēs angeli mei & ipsius, quia per eum sunt facti. Tūc ergo adorauerunt eum, quādo natiuitatē illius annuntiauerūt, & qñ illo esuriēte accesserunt & ministrauerūt ei, siue quādo sepuhrum ei⁹ custodierunt, quotidie quoq; adorant eum, quia iussioni illius obtemperāt. Sed nunquid solis angelis præcepit deus pater illum adorare? Nō, quin potius omni

creaturę. [Et ad angelos quidem dicit.] Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Quod dicit & ad angelos quidem deus pater, vel scriptura diuina, tale est, ac si diceret de angelis, ad ponens pro de. Non enim seruat Apost. ordinem siue sensum præpositionum & est sensus: Ipse quē præcipiūtur angeli adorare, de ipsis suis spiritibus quotienscunq; vult facit angelos. Ministros etiā suos facit flammam ignis: quia qui in conspectu illius assistunt in amore suo incedentes & inflāmantes reddunt, iuxta quod alibi dicitur, i quem desiderāt angeli prospicere. Nā quod dixit, qui facit angelos suos spirit⁹, præpostero ordine protulit. Debuerat enim dicere, qui facit spiritus suos angelos. Sciendum est autē quod angelus nomen est officij nō naturę, qui semper quidem sunt spirit⁹, sed nequaquā iure semp vocātur angeli, nisi quando mittunt. Angelus etenim nature spiritus est: si officij angelus est. Ex eo quod subsistit, spiritus est, & ex eo quod mittitur, angelus. Verbi gratia, sicut homo nomen est nature, miles autem nomen est officij. Dicitur & alio modo: Angeli & ministri dei omnipotentis sunt sacerdotes & prælati ecclesię, iuxta quod Malachias dicit. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legem requirunt ex ore ei⁹, quia angelus dñi exercitū est. Sacerdotes ergo ecclesię spiritus sunt, quādo gaudia patri cælestis suis auditoribus annuntiat, dicentes, Pœnitentiā agite appropinquabit enim regnum cęlorū, & fulgebūt iusti sicut sol & erunt sicut angeli dei in cælo. Flamma vero ignis sunt, qñ terrorē ignis gehēnæ suis auditorib⁹ minātur: dicētes Omnis arbor non faciēs fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. [Ad filium autē] subaudis dicit Psalmista [Thronus tuus deus in seculum seculi, virga equitatis virga regni tui] Intuere quōd & cū quāta claritate discernat angelicā creaturam a filio qui cuncta creauit. Thron⁹ gręce, latine dicitur sedes regia, sicut & soliu. Per thronū autē vno modo possum⁹ intelligere regnum, per sceptrum autem quod est virga aurea, ptās intelligē regni. Dicit ergo Psalm. loquēs ad filium dei, O deus regnum tuum & ptās imperij tui in seculū seculi manebit. Tale quid & Gabriel Luc. 2. dicit ad Mariam, Ipse regnabit in domo Iacob i æternū, &

regni eius nō erit finis. Istud est regnum, de quo turbę clamabant benedictum quod venit regnū patris nostri Dauid. & de quo ipse dñs Pylato. Regnū meū non est de hoc mundo. Aliter, Thronus siue sedes iudicantium solet esse. Vnde & in lege humana præcipitur, vt nō detur iudiciū nisi sedendo. Quapropter nō incongrue per sedē possum⁹ intelligere iudiciū quod pcedit a sede. Istud est iudiciū, de quo ipse filius dicit: Pater nō iudicat quenq̄, sed oē iudiciū dedit filio; & de quo Psal. ad deum patrem: De⁹ iudiciū tuum regi da. i. Christo. Thronus ergo dei in seculū seculi manebit, quia iudiciū nouissimū quod dabit electis, dicens eis. Venite benedicti percipite regnum vobis paratum, & reprobis dicit: Ite in ignem aternū, aeterna discretionē stabit inter vtroq̄, eo testante in euāgelio ac dicēte. Tunc ibunt hi in supplicium aternū, iusti autē in vitā aternā. Quod vero sequitur. Virga æquitatis virga regni tui per virgā æquitatis intelligitur rectitudo sententię & iudicij illi⁹, siue ptās regni iusta, quę virga regit iustos i iustitia, & percutit impios iuste & recte, sine aliqua psonarū acceptione, cūctos gubernans & iudicās. [Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē] Ista est virga recta, vt diligatur iustitia, & odio habeat iniquitas. Nemo enim perfecte pōt diligere iustitiā, nisi odio habuerit iniquitatē. Iniquitas autē quę & a noīe nominatur, intelligit quicquid cōtra legē diuinā sit. Viritatis etenim amor, odiū est falsitatis. Et quia dñs dilexit iustitiā, q̄a nō peccauit, & odio habuit iniquitatē, quid p̄mij meruerit p̄cipere exponit dicēs [p̄pterea vnxit te deus deus tuus oleo exultatiōis p̄ p̄cipibus tuis] Psal. alloquit filiu dei, & dicit: O deus vnxit te deus pater oleo exultationis, p̄pterea q̄a odio habuisti iniquitatē, & dilexisti iustitiā. Nō ergo est intelligēdū quod filius dei secundū naturā diuinitatis, in qua equalis ē patri possit deū habere, quia ipse cū patre & spūsancto verus est deus. Secundū autē qd̄ hō est, deū patrē habet. deum quia ab illo est factus, ideoq̄ dicit Psalmista, vnxit te deus deus tu⁹ oleo. vnctus est Christus non oleo visibili, sed plenitudine spiritus sancti, qui die baptisimi in specie columbæ super eū requieuit, nec ex tēpore baptisimatis solummodo plenitudo spūsancti in eo māsit, sed potius ex tpe cōceptionis, iuxta qd̄

isaias loquit, dicens. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapiētię & intellectus, spūs cōsiliij & fortitudinis, spūs scientię & pietatis, replebitq̄ eū spūs timoris dñi. Oleo autem exultationis seu lętię dicit illum vnctū, quia Christus qui nunq̄ peccauit, nunq̄ tristitiā habuit ex recordatione peccati. Quid est enim oleo lętię vngi, nisi peccati maculā non habere. Sanctorum etenim conscientia tunc magis ac magis hilarescit, atq̄ in lętiā magis prorūpit, quado nulla peccati grauioris recordatione mordeat. Spūs quidē sanctus q̄ requieuit ī Christo, custodiuit illū vt sine peccato conciperet, sine peccato nasceretur, & sine peccati macula ab hoc mūdo trāiret iuxta quod de illo scriptū est. P̄ctm nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed qd̄ est quod de illo dicit Psal. Vnxit te de⁹ deus tuus oleo exultatiōis p̄ participib⁹ tuis? Qui sunt ergo eius participes? In veteri quidē testamento fuerūt patriarchę participes xpi in hac vnctiōe, quia cū nō essent oleo visibili vncti, sed dono spiritus sancti repleti: appellabānt Christi. i. vncti, iuxta quod in Psal. scriptū est, dicēte domino de Abrahā Isaac & Iacob ad Abimelech, & ad ceteros reges Palestinorū. Nolite tāgere christos meos. Fuerunt quoq̄ reges, sacerdotes & p̄phetę participes illius, quia ad illos specialiter vnctio pertinebat, per quā donū spiritus sancti merebātur accipere. Nam legimus Saulum vnctū a Samuele, & Dauid, Salomon quoq̄ vnctus est in Gyon: Sacerdotes vngebātur, sicut vnctus est Aaron a Moyse dicēte sibi domino. Vnges Aaron & filios eius mihi in sacerdotes iure perpetuo. Propheta nihilominus vngebant, sicut vnctus est Eliseus ab Elia, cui dixit dñs, vnge Eliseum prophetam p̄ te. Isti tres ordines dominū p̄signabant, qui est verus rex, sacerdos atq̄ propheta. In nouo autem testamento participes sunt illius Apostoli, martyres, cōfessores, atq̄ omnes qui p̄ gratiam baptismatis abluuntur, & spiritus sancti donū cōsequuntur, & a Christo Christiani dicuntur. Christus ergo p̄ omnibus participibus suis vnctus est oleo lętię, quia omnes ad mensuram accipiunt spiritum sanctum ipse autem non ad mensuram accepit, sed ad plenitudinem secū dum illud. Non enim ad mensuram dat Deus pater spiritum filio suo, sed in ipso habitat omnis plenitudo diuini-

tatis corporaliter. [& tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli.] Post humanitatis filij dei excellentiam, conuertit se iterum ad aeternitatem eius diuinitatis, dicens: Tu (inquit) dñe in principio creararum terram fundasti: Vbi ergo fundauit terram? Si recte perpendimus, videbimus quia nutu & dispositione diuina subsistit fundata super nihil nisi in semetipsa. Et quod dicit, Opera manuum tuarum sunt caeli, non est putandum quod uerbum dei patris, quod incorporeum est, manibus operetur, quia non habet lineameta corporis in natura diuinitatis, si cut nos habemus. Opera ergo manuum eius, uirtute iussio nis eius debemus accipere, quoniam a uerbo & potentia uirtutis eius suatque iussio nis quaecumque uult operari, iuxta quod Psalmista dicit: ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Virtute igitur uerbi dei caelum & terra subsistunt, quia uirtute iussio nis eius omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed cum Moyses in principio Geneleos, caelum dicat primum factum, ac deinde terram, sic dicens. In principio fecit deus caelum & terram, quaestio oritur, quare Psalmista primum ponit terram, ac deinde caelum quasi terra ante fuerit facta quam caelum? quae ita soluitur, quod ille preposuit caelum terrae, iste supposuit, idcirco factum est, ut ostenderet simul illa duo esse facta, sed quod diuina potestas simul fecit, humana uox simul nequiuir proferre, quapropter necesse erat unum ante alterum dicere. [Ipsi peribunt tu autem permanebis.] positus est hic pluralis numerus, pro singulari sicut multis alijs in locis diuinae scripturae. Non enim de firmamento hoc intelligendum est: ubi sidera continentur, neque de caelo aethereo, per quod cursus septem planetarum agunt, sed de isto caelo aereo, a quo & aues caeli dicuntur: potius accipiendum est. in die ergo iudicij peribit istud caelum aereum, unde anhelitum attrahimus & remittimus, non ut penitus desinat esse a sua natura, sed mutabitur ab hac specie in meliorem: & ab hac densitate in subtilitatem & claritatem aetheris. Unde & Apost. in alio loco dicit. Praeterit figura huius mundi. Si figura praeterit: substantia remanebit. Nam quantum spacium occupauit aqua tempore diluuij, ita ut altior esset quidecim cubitis super omnes montes sub omni caelo; & (ut quidam dicunt) per

ingens usque ad circulum lunae, tantum spacium tenebit ignis in die iudicij, comitans domini aduentum iuxta quod Psalm. dicit: Ignis ante ipsum praecedet qui consumet omnia nubila, omnemque densitatem istius aeris, eritque caelum nouum & terra noua. De hac immutatione & dñs in euangelio, loquitur dicens: Caelum & terra transibunt. Transibunt quidem ab hac figura & specie in melius per inuolutionem & permanebit in substantia propria [& omnes ut uerba uelut uetustas ueterascunt.] uerba uelut hic debemus corpus accipere humanum, quod consumitur longeuitate temporis, & dolore infirmitatis ac redigitur in puluerem. sicut ergo corpus humanum ueterascit quidem, & in puluere redigitur, sed in die iudicij per resurrectionem inuouatur. ita istud caelum aereum praenuntia longeuitate quodammodo iam ueterascit: sed in die iudicij per inflammationem ignis inuouabitur [& uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur] Amictus dicitur ab amictedo. id est a circundando. Bene ergo caelum amictui comparatur quo circundamur, quoniam sicut amictus humanum corpus hinc inde cingit, ita caelum ex omni parte cingit terram, aqua lance librata. Unde & pelli animantis alio in loco comparatur, dicens Psal. Extendens caelum sicut pellem. Mutabis (inquit) caelum sicut amictum: ac si diceret: Sicut amictus facile plicatur si fuerit extensus, rursusque plicatus leuiter extenditur, & si fuerit sordibus coinquinatus, facile potest mundari, ita caelum a te facile est extensum, atque compositum, sicque facilitate incomprehensibili in die iudicij mutabis ab hac figura & specie in meliorem, & ut ostenderet tam deinde facta dñi sub aeternitate mansura, addidit: Et mutabuntur, quasi diceret. Postquam mutata fuerint, in ea nouitate permanebunt, nunquam ad hoc corruptibile redituri. [Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient] Ecce differentia inter creaturam temporalem factam & creatorem in sua aeternitate aequaliter manentem. In omnipotentem etenim deum non cadit praeteritum uel futurum, neque aliqua mutabilitas, sed omnia sunt ei praesentia, semperque est immutabilis: unde Psalm. aeternitatem & immutabilitatem uerbi dei subtili consideratione perpendens substantiuo uerbo praesentis temporis usus est, loquens de illo. Caelum, inquit & terra mutabuntur, tu autem idem ipse es modo qui eras ante omnia secula, & anni tui. id est aeternitas tua non deficiet. ipse ergo

qui semp̄ habet esse, dicit de semetipso ad Moysen: Ego sum q̄ sum, hęc dices filiis Israel: Qui est: misit me ad vos: Quapropter oīs creatura rationalis, quę per se mutabilis est ac temporalis, summopere laborare debet, quatenus ei possit cōiūgi & adherere, qui semp̄ idē manet. [Ad quē autē angelorū dixit aliqñ: Sede a dextris meis: quoadusq̄ ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū] Postq̄ autē maiestatem diuinā eternitatis ostēdit ī filio esse iterū cōuertit B. Apostolus sermonē ad glorificationē ei⁹ humilitatis, dicens: Ad quē angelorū dixit aliqñ, sede a dextris meis: subaudis nullum. Nulli eīm archangelorū nulli dñantiū aut virtutū siue p̄cipatū hęc gloriā cōcessit deus pater, vt ei diceret, Sede a dextris meis, hoc est, hābita, & quiesce mecū ī plenitudine meę maiestatis. Vīctori autē filio & totius mūdi per incarnationis suę dispensationē triūphatori, post resurrectionis gloriā quadragesimo die dicit ei, Laborasti ī passiōe laborasti in redēptiōe gñis hūani quiesce mecū in gloria, quoadusq̄ ponam inimicos tuos, vt sint scabellum pedum tuorum. Quoadusq̄ vel donec, non significat finem alicuius temporis isto in loco, sed pro infinito & semp̄iter no positum est, quasi diceret alijs verbis, Tu semper habitasti in plenitudine maiestatis meę, quia ego subiiciam eternitati tuę inimicos tuos Iudæos, aliosq̄ incredulos. Pedes etenim dñi, stabilitatē eternitatis eius designāt vbi ille tāq̄ in vestigijs firmis virtute oīpotētis suę cōsistit. Possumus & per pedes nō incōgrue mysteriū incarnationis eius accipere. His autē pedib⁹, eternitatis videlicet illius seu fidei, ac potentię incarnationis eius, duobus modis quotidie subiiciunt inimici illius, dum videlicet, vitiorum atq̄ infidelitatis contraritate derelicta, sp̄ōte se subiiciunt illi ad salutē vt sub illo tueant, vel certe dum nolētes in eū credere, cōacti subiiciunt illi & calcantur dñio potestatis eius. Sequit, [Nōne omnes sunt administratori⁹ spiritus in ministeriū missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis?] Si oēs spiritus cęlestium virtutum mittunt ad salutem credētiū quid est quod Daniel dicit, Milia militum ministrabāt ei & decies milies centena milia ei assistebant ei Quomodo eīm oēs mittunt, si decies centena milia ei assistunt? Intelligendum est ergo quod oīpotēs deus qui spiritus est incircūscriptus

omnia implet, & vbiq̄ totus est. Quapropter angelic⁹ spiritus, qui incircūscriptus est, quocūq̄ mittat, intra deū currit, deūq̄ semp̄ presentem habet ideoq̄ ipsi qui mittuntur ipsi etiā & assistunt ei, vel certe ideo oēs mitti dicunt, quia sicut Didimus Græcus in lib. de spū sctō ait. Et oībus ordinibus cęlestium dignitatum mittunt, sicut Gabrielem Michaelē archangelos legimus missos ī volumine Danielis Raphaelē quoq̄ ad Thobiam vnus etiā legitur de Seraphin missus ad Isaiam, quādo calculo tetigit os & labia eius: & sicut frequenter angeli leguntur ad sanctos missi. Generaliter autē (sicut doctores dicūt) vniciq̄ fidelium ab ortu natiuitatis, vel a tempore baptismatis datur a deo angelus ad sui custodiā & q̄ ei suadeat bona agere. Vnde Apostolus hic dicit: Missi sunt (inquiens) in ministerium salutis ppter eos qui hereditatem patrię cęlestis sunt percepturi: In hoc ergo loco, sicuti diximus: oēs mittunt: eiusdēq̄ dignitatis sunt qui mittuntur, cui⁹ & qui assistunt vel certe quia oēs eiusdem voluntatis sunt, & dum illi qui semper assistunt: cōsentiunt cū eis q̄ mittunt, quodāmodo in illis oēs assistunt, omnesq̄ mittunt & est sen⁹: Quid mirum si vnico filio dei ministerium suum exhibent angeli, cum etiā nostrę salutis ministros eos cōstet esse effectos? Quapropter nemini illorum dixit, Sede a dextris meis. Ca. 2.

Propterea abundāt⁹ oportet obseruare nos ea quę audiūmus, ne forte superfluamus] Propterea inquit, quia filius dei excellentior est omnibus angelis qui nobis euāgelium suum dedit vel certe quia angelos nobis ministrat, qui deo semp̄ renuntiant, opera nostra licet ipse vbiq̄ sit, abundātius atq̄ plenius oportet nos obseruare ea quę audiūmus a xp̄o in euangelio, & ab Apostolis eius q̄ in lege solebamus, quę p̄ seruū data est. Et quare abundanti⁹: ne forte superfluamus. i. ne forte peccareamus & a salute excidamus, vel ne forte euanescam⁹ trāsentes in p̄ditionē, more fluminis decurrētis ī mare, dum sensus nostrī per inania quęq̄ discurrunt, Iungit autē p̄sonam suam illis more suo agens. Et quare abundāt⁹. Reddit causam, dū ī sequentibus verbis explicat dicens [Si eīm qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & oīs prauaricatio et iobediētia accepit iustā mercedis retributionē

quomodo nos effugiemus si tantā neglexerimus salutem.] Sermo legis prophetarū per angelos dictus est ad patres nostros: quia per subiectam creaturā locutus est Moyses & prophetis: iuxta quod B. Stephanus in cōtentiōe sua manifestat dicens de Moyses: Hic est Moyses qui fuit cū angelo, & loquebatur ei in mōte Sina. Factusq; est firmus. i. ver^o idē euenerūt, siue bona siue mala, omniscq; puaricatio siue trāsgressio legis: atq; inobedientia cōtra illū sermonē patrata accepit iustā retributionis mercedem, iudiciū. s. æternę dānationis, sicut illis cōtigit, qui murmurādo inobediētes extiterunt. Notādū autē: quia cum merces in bonā partē maxime accipiatur hic pro malo posuit Apost. more solito, non curans de proprietatibus verborū, sed indifferenter vnū pro altero ponens, sicut hic mercedē in malo, & alibi captiuitatē in bono, vbi dicit, In captiuitatē redigite oēm sensū ad obediendū Christo. Facit ergo Apost. cōparationē a sermone legis qui per angelū dict^{us}, ad gratiā euāgelij p filiū datā: et dicit, Si em̄ sermo legis p angelos dictus, verus est in oībus quæ promissit bonis, vel quæ minar^o est malis, quāto magis erit firmus sermo euāgelij datus per filium. Et si illi qui inobedientes extiterunt legi, dānationē æterni iudicij nō potuerunt euadere, quō nos effugiemus vindictā dei, si tantā neglexerimus salutē fidē. s. euāgelij, vitāq; æternā tā magnā vtpote p filiū nobis annūciatā atq; promissam? Subaudis nullo mō. His verbis manifestat Apost. non fuisse tantā salutē in lege, quāta inest euāg. Lex em̄ pmittēbat terrā: dicens: Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis: euāgelij autē pmittit cælum: dicens: Pœnitentiā agite, appropinquabit em̄ regnū cęlorū. Illa prestabat vin dictam de terrenis hostibus, istud prestat de spiritalibus. Illa promittebat vitā lōgā uam temporalē, euāgelij cōcedit vitam sine fine māsūram. [Quæ] subaudis salus, [cum accepisset] initiū enarrari per dñm, ab eis qui audierunt, in nobis cōfirmata est.] Salus ergo quæ in euang. continetur, a dño accepit initiū enarrandi, quia ipse primū annūciauit eam per seipsum, dicens. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cęlorū: & Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Deinde vero cōfirmata est, hoc est credita

est ab eis qui audierunt eā, ab Aposto. videlicet qui cū dño fuerūt, & successoribus eorū: vel certe cōfirmata. i. cōsolidata est & pfecta ī nobis ab eis, qui a ipso dño perceperunt eam, quia salus quæ p spiritū sanctū nobis data est, pmanet in æternum. Causa humilitatis suā iungit personam cū eis, dicens: In nobis cōfirmata est ab eis qui audierunt. Ad hęc poterat aliquis dicere. Quō cōfirmata est ab eis? Cui ille: [cōtestante deo signis & portētis & varijs virtutibus, & spiritū sancti distributionibus secundū suā uoluntatem.] Cōfirmata est: inquit, in nobis eadē salus ab eis q audierūt cōtestante deo. i. simul testimoniū perhibēte eorū dōctrinæ ac predicatiōis: nō uoce: sed exhibitione miraculorū & uarietate linguarū: quia si dicebat aliquis apostolorū mortuo aut infirmo, surge esto uiu^o aut sanus, statim surgebat incolumis. Signa autē & p̄digia & virtutes pro vno hic accipiūtur. Quā uero subiūgit, spū sancti distributionibus affluentiā significat gratiarū, quā nō habuerūt patres veteris testamēti quę fuit data postq̄ glorificat^{us} est dñs Iesus, teste euāgelista, qui dicit: Nōdū erat spūs datus, quia nōdū fuerat Iesus glorificat^{us}. Iste sunt distributiones seu diuisiones quas apostolus alio in loco cōmemorat, dicens: Alii datur p spm̄ sermo sapiētię, alij sermo sciētię &c. quæ ī sequētib^{us} enumerat, vsq; dū subiūgit: hęc oīa opat^{ur} vn^o atq; idē spūs, diuidēs figulis put uult, vñ & hic dicit. scdm̄ suā uoluntatē. Diuinæ em̄ uolūtatē atq; cōsilio cuncta tribuit, ne quis in suis meritis cōsideret. Ipse em̄ spū sanctus nouit quid cuiq; p̄sit, vel quid cuiq; sit cōmodū, [Nō em̄ angelis subiecit deus orbē terrę futurā de quo loquimur.] Ad ea quæ superius dixit deū patrem dixisse filio: Sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū: pertinet hoc quā modo dicit. Orbē autē futurū appellat homines habitantes in orbē. de quibus tunc tēporis futurū erat vt in xpm̄ crederent, vel de quorū salute predictū est a prophetis quā futura esset. Non, inquit, angelis subiecit deus pater orbē crediturū de quo loquimur, dicēdo ex persona dei patris ad filiū ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorū, sed filio suo tradidit illū, cui ipse dicit in psalmo: Postula a me & dabo tibi gētes hereditatē tuam. Vnde & ipse filius cōgratulans sibi traditum orbē crediturum, dicit: Ego autē

cōstitutus sum rex ab eo. i. a deo patre. [Testatus est autē] in quodā loco quis dicens. Quia nomina prophetarū retinet in hac epistola, quorum testimonia ponit, nō causa inuidiā, aut abscondentis affectu hoc agit, sed narrantis voto, & ostendētis intuitu, Hebræos multā habere scientiam diuinarum scripturarū, quib⁹ ista scribebat, in tantū vt nec opus haberet nomē ponere dicentis. Hoc ergo testimoniū ex psalterio Dauidico sumptū est, qualiter loquitur ad deū patrē: Quid est homo? Suppressit & cum despectu pronuntiandū est istud, quid est homo? subaudis fragilis, mortalis, caducus & sequax Adæ, qui ī veteri pctō originali pronitate est deuictus, [quod memor es eius?] subaudis vt mīæ tuæ dona largiaris, tua est gratia, nō illius meritum. Homini memor est dñs, qñ ei pctā dimittit gratuita misericordia, & mīę suæ dona largitur. Sequit̄ [Aut filius hominis] subaudis quid est? Hoc quidē doctores referūt ad christum, qui in euangelio sapiissime filium hominis, i. filiū Mariæ se vocat ac propterea sub interrogatione sursum erigēda est vox, & est sensus, Quid promeruit ille homo assumptus a verbo, vt filius dei fieret? Quodq; sequitur, [quoniā visitas eum] ad gen⁹ humanū refertur, de quo paulo superius sub nomine hominis dictū est, quid est homo? & est sensus. Qm̄ visitas genus humanū per filiū tuum, & perpetua largiris beneficia, nō est meritum illius, sed tua gratia ideo que subsistit: quia a te visitatur. Visitatio ad medicum & egrotū pertinet. Nā visitationis officiū dicitur medic⁹ implere, qñ ad infirmū quēpiam ingreditur. Et genus humanum quod infirmū & languidū erat: deus pater tūc visita uit, qñ misit filium suū, qui verbū caro factū est & habitauit in nobis, de qua visitatione dicit etiam zacharias pater Beati Ioannis baptiste: Visitauit nos oriens ex alto, quidā doctores hoc quod dicit. Quid est homo q̄ memor es eius, aut filius hominis qm̄ visitas eum? totum referūt ad genus humanū, hoc vero quod sequitur, referunt concorditer ad Christum [Minuisti eū paulominus ab angelis] Per mortem corporis & opprobria passionis, minorem facit deus pater filium suum angelis, qui scdm̄ diuinitatē æqualis ei erat in omnipotentia deitatis, quia angeli immortales & impassibiles existunt, Minoratus est autem non necessitate

sed spontanea voluntate, sicut idem Apostolus alias ait Qui cum in forma dei esset, nō rapinā arbitratus se esse se æqualem deo, sed semetipsum exinauit: formam serui accipiens, factusq; est obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Ex ea enim parte qua mori potuit creator angelorum, minor factus est angelis Bene autem dixit paulominus & si mortale corpus assumpsit peccati tamen maculam non habuit [gloria & honore coronasti eū] Psal mista loquit ad deum patrem de humilitate & exaltatione filij dei, dicens: Minuisti, inquit, filium tuū paulominus ab angelis, dū eum mortalem creasti, sed quia ille obediens tibi extitit vsque ad mortem, gloria & honore coronasti eum. Tale est illud quod Apostolus dicit alio loco, propter quod & deus exaltauit illum. & donauit illi nomē qđ est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectat cęlestium terrestriū, & infernorum. Gloria ergo coronauit illū deus pater in resurrectione: honore autem in ascensione: quando quadragesimo die resurrectionis suæ exaltauit illum super omnem creaturā, Aliter: Gloria coronatus est in multitudine credentiū. videlicet cū post resurrectionis triumphū, credulitatem totius mūdi in hoc quod homo est accepit, honore autem in confessione paternæ maiestatis: hoc est, in eo quod in plenitudine paternæ gloriæ habitauit [& cōstituit eū super opera manū tuarum] Per hoc qđ homo factus est, cōstitutus est a deo patre super opera iustionis eius, supra cęlestia videlicet, terrestria, & inferna qui scdm̄ diuinitatis potētā, sicut cū deo patre omnia creauerat, ita cū illo omnia possidebat, Dicēdo enī, constituisti eū super opera manū tuarum oīs creatura mōstratur subiecta esse illi, quia sicut potestate verbi omnia creata sunt, ita ille homo assumptus est a verbo cū verbo possidet cuncta [Oīa subiecisti sub pedibus eius] .i. gternitati illi? & potestati, vt oīs creatura illū adoret, & hoc est quod ipse post resurrectionis gloriā apparens discipulis suis dixit eis: Da Mat. 28. ta est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. [In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei.] In eo. i. in hoc dono vel facto, quod ei oīa subiecit, nec cęlestia videtur excepisse, nec terrestria, vt diceret præter angelicam creaturam, sed ita concludit, dicens, Omnia subiecit ei.

[Nūc autem necdū videmus omnia subiecta ei,] Quid est quod B. Apo. loquit: Nam cū dixisset, omnia subiecta esse Christo, statim subintulit, dicens: nūc necdum videmus omnia subiecta ei: Si omnia sunt ei subiecta, quō non sunt subiecta? Intelligendū est ergo hoc modo vt superioris: vbi dixit: nihil dimisit nō subiectū ei: vt intelligamus vniuersalē subiectionē & volūtariā scilicet per fidē: & necessariā, qua cogit omnis creatura subiecta esse suo creatori. Hic vero vbi dicit, necdum videmus omnia subiecta ei, tū modo de volūtaria subiectione accipere debemus quę p̄ fidem constat qua in eū credere nolūt. Quia em̄ tunc tēporis quādo Apostolus ista loquebatur, euāgelij necdū prædicatione per totū mundū diuulgata erat, necdūq; oēs prædestinati ad vitā credebant recte dixit: necdū sunt ei oīa subiecta, & nō solū tunc, sed etiā adhuc oēs prædestinati nō credūt. [Eum autē qui modicū quā angeli minoratus est: videmus Iesum p̄pter passionē mortis gloria & honore coronatū:] Hic aperte manifestat: quia gloria & honor Christi crux eius fuit p̄ qua modicū minoratus est ab angelismoriēdo p̄ nostrā salute. Vnde & Apo. alibi cū dixisset, factus obediēs est patri vsq; ad mortē, mortē autē crucis, statim subsecutus est, dicens propter quod & deus exaltauit illū, & dedit illi nomē quod est super omne nomen & c. Sic etiā ipse dñs puocabat Apo. dicens: vt glorificet filius hominis. Sed si ille qui dominus est ea quę pro seruis passus est gloriā vocat: multo magis tu homo quę pro domino pateris: tibi ad gloriā sēpiternā p̄tinere nō dubitare debes. Eū, inquit, lesum videm⁹ coronatū nō oculis corporis: sed oculis mētis: dū sedet in plenitudine paternæ maiestatis [vt gratia dei pro omnibus gustaret mortē.] Gratia dei patris appellat filius, eo quod nobis a deo patre gratis sit dat⁹. & quā gratia p̄ nobis mortē sustinuit. Nō enim debebat p̄ nobis nostro merito, vt filius dei pro nobis gustaret mortē: sed inefabilis gratia hoc fecit. Quod autē dicit pro omnibus illum gustasse mortem, quidam doctores ita absolute intelligūt vt dicatur pro omnibus pro quibus gustauit id est pro electis ad vitā æternā prædestinatis. At vero quidam ita generaliter accipiūt: vt dicatur p̄ omnibus fidelibus atq; in fidelibus mortem gustasse: dicentes: ipse quidem pro omni

bis mortuus est, licet oēs nō saluētur. Et si oēs nō credunt ille tamen quod suū erat fecit. Vnde B. Prosper hanc ponit similitudinē, Et quilibet medicorū peritissimus qui veniēs in ciuitatē populosam: vbi multi infirmi habēt, tēperat portio nē cōtra oīa genera infirmitatū, & cōuocat omnes, dicens: Venite oēs populi qui varijs infirmitatibus laboratis, & bibite ex hac potioe, quā causa salutis vestræ p̄parauī, sp̄o deo vobis cū obtestatione, quod si quis biberit ex ea medelā statim cōsequetur. Qui credūt verbis illius, accedunt bibūt & sanātur: qui vero renuunt bibere, nō sanātur. sed in sua infirmitate cōtabelcūt. Quantū ergo ad medici deuotionem pertinet pro omnium illorū salute potio nē temperauit, licet alijs nō profit, nisi his qui ex ea biberunt. ita & Christus quantū in se fuit pro omnibus mortuus est, quantū nō p̄sit eius passio nisi solūmodo his qui in eū credere voluerūt: simulq; notandū quia non dixit Apostolus, subiacuit morti, sed p̄prie gustauit mortem, per quod velocitatem resurrectionis voluit ostendere. Breui etenim tēpore a morte potuit retineri: vt ea deuicta, cōfesti victor resurgeret. [Decebat enim eum propter quem omnia, & per quē oīa qui multos filios in gloriā adduxerat, autorem salutis eorum consummari per passionem] Decebat, inquit, eum autorem salutis eorum per passionem consummari id est perficere omnium salutem per passionē Christi, qui est autor salutis omnium credētium, & qui ante passionem suā multos filios adoptiuos adduxerat in gloriā fidei, spei, & charitatis, qui certā sp̄e habebāt gaudia patriæ cælestis & æterni regni hereditatē se posse percipere vel certe per passionem decebat eum perficere omnia, quę de illo prædicta erāt. Vnde ipse dixit pendens in cruce, consummatum est, propter quem omnia, id est, per mortem eius restaurata sunt omnia cælestia & terrestria: homo scilicet redemptus & numerus angelorū reintegratus. Per quem omnia subaudi, facta sunt, iuxta quod loānes dicit, omnia per ipsum facta sunt. Videsne quātū est in medio nostri, nobiscū coniunctus est? Ipse filius & nos filij, ille prius, & nos adoptiuus: sed ille saluat, & nos saluamur. Vides quomodo nos coniungit & discernit? Nam cum dicit multos, filios adduxit in gloriā, hic coniunxit: cum vero addit, autorem salu

tis eorum hic discernit. [Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, ex vno omnes.] Quis est qui sanctificat? Christus per fidem passionis suæ, & per donū baptismatis. Qui sunt qui sanctificantur? Omnes credentes qui sanctificantur fide passionis Christi & gratia baptismi. Sed quæ sanctificat Christus, & nos qui sanctificamur, ex vno deo patre omnes sumus, quia ab illo omnia originem acceperunt. Vnus est enim deus, per quæ & in quo omnia. Sed aliter ille, aliter nos. Ille quasi proprius filius potest sanctificare, nos vero quasi adoptiui ab illo sanctificamur, Attamen vnū habemus patrem in cælis, ille proprium, nos adoptiuum [Propter quæ causam] subaudis, quia & ipse & nos ex vno deo patre sumus, licet discretè [non confunditur fratres vocare eos] qui sunt filij adoptiui [dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis] Cum dicit, nō erubescit fratres eos vocare, ostendit non esse eandem fraternitatem nostræ humanitatis, sed in misericordia eius multa, & humilitate maxima qui nos fratres elegit sibi: hoc quoque prophetico affirmat testimonio ne quasi nouum putaretur, & nō multo ante prædictum, Ait enim Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Post sacram passionem & venerandam resurrectionem promittit se gloriam diuinitatis paternæ, & nomen eius quo pater dicebatur toto orbe diuulgaturū. Nuntiabo dicit, id est narrari faciam a prædicatoribus meis mihi a te datis. Nā resurgens a mortuis dicit mulieribus: Ite, nuntiate, fratribus meis. & ad Mariam: vade ad fratres meos, & dic eis. Fratres autem dicuntur & qui diligunt & qui diliguntur, addit vero [In medio ecclesiæ laudabo te.] in medio ecclesiæ, hoc est, in cœtu fidelium laudauit deum patrem filius quādo Apostolis reuersis a prædicatione dixit Confiteor tibi pater dñe cæli & terræ. i. laudo & glorifico te. quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ipse quoque quotidie in medio ecclesiæ laudat deum patrem, dum fideles quicquid eius passione & resurrectione redempti, eiusque baptismate abluti, indefessas laudes deo patri referunt corde. ore & opere. His enim tribus modis laudandus est deus, [Et iterum Ego ero fideus in eum] hoc est, in deum patrem. Vox est filij dei de deo patre ex parte humanitatis loquentis. Eam homo su-

ceptus a verbo, totā cōfidentia suam in deum patrem positam habebat, vnde dicebat. Pater clarifica filium tuū. Et p̄ fidelib⁹ suis supplicās aiebat, Pater volo vt vbi ego sum & isti sint mecum. Quos etiā exhortans vt cōfidentia haberent: dixit, Confidite ego vici mūdum. [Et iterum, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus] Hæc duo testimonia sumpta sunt ex oraculo Isaiæ propheta loquentis in p̄sona filij dei. Isti autem sunt pueri, scilicet videlicet apostoli, qui bus dñs ait. Pueri, nunquid pulmētariū habetis? Qui bene pueri vocātur p̄pter innocentia et humilitatē, de quibus ipsa veritas dicit. Sinite paruulos venire ad me, taliū est enim regnum celorum. [Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem.] Hoc de apostolis, cōb⁹q; fidelibus dictū est, quia p̄ hoc fratres fuerūt dñi, quia verū corp⁹ & sanguinē habuit, sicut & illi habuerūt. Quo loco cōfunditur Manichæus cū suis, qui ausus est dicere deū verū corpus nō habuisse, cum Apostolus dicat, quia assumendo carnem particeps extitit illorū. Sicut enim illi pueri, & nos carne & sanguine cōstam⁹, sic & Christus participauit carni & sanguini, hō fact⁹, & sicut xp̄s cōmunicauit nostræ substantiæ per assumptionē hoīs, sic & nos p̄ticipes eius sumus p̄ assumptionē corporis sanguinis eius. Quare autē cōicauerit xp̄s carni & sanguini, in sequentibus manifestat dicens [vt p̄ mortem destrueret eum qui habebat mortis imperiū. i. diabolū, & liberaret eos qui timore mortis per totā vitam erāt obnoxij seruituti] Admirabile, quoddā hic demonstrat apostolus, ostendens diabolū per hoc deuitum a Christo, per quod potestatem tenebat in mundo. Arma quæ fuerūt illi quōdam fortia aduersum mundum: hoc est mors, per ea illū Christus percussit, sicut David abstracto Goliæ gladio, ex eo caput illius amputauit, in quo quōdam victor ille solebat fieri. Quia ergo diabolus per mortē hominis in mundo principatum p̄ferat, per mortem Christi temporalē vinci debebat. Quapropter participauit Christus carni & sanguini, vt mori potuisset ad tempus, sicque dum mortuus est, qui peccatū nō fecerat, destruxit diabolū qui peccatum attulerat. p̄ quod mors in orbem venerat. Siue etiā in hoc destruxit diabolū & mortem, quia semper mortuus est p̄c̄dō, dum

non peccauit. Destructo aut imperio diaboli liberauit ele-
ctos suos, qui timore mortis per totam vitam suā quandiu
uiuēbant in hoc seculo: obnoxii. i. debiti & astricti erāt ser-
uicuti mortis & diaboli. In hoc em̄ timebant mortē, quia
serui erant mortis, dū omnes morti subiacebant, [Nusquā
em̄ angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehēdit.]
Quod superius dixerat, pueros communicasse carni & san-
guini, & quia Christus participauerit eis exequitur am-
plius hunc sensum, volens ostēdere vnde participaret eis,
& dicit: Nusquam. i. in nullo loco, neq; in cælo neq; in ter-
ra angelicā creaturā assumpsit, sed corp⁹ humanū de semi-
ne Abrahæ assumpsit. Quibus verbis fauet illis blandiēdo,
quod semen illorum assumpsit. Quia ergo homo redimē-
dus erat morte filij dei, nō angelus: idcirco non angelicam
naturam assumpsit, quæ mortem nō potest pati, sed huma-
nam in qua mori potuisset. Nec angelis tanta est dignitas
collata, vt in vna persona eorū naturæ filius dei cōiunge-
retur: q̄ dignitatē siue honorē humanæ naturę diuina gra-
tia cōtribuit, vt de⁹ & hō vna esset persona. Et quare di-
xit: apprehēdit, quod pertinet ad fugientē quia nos quasi
recedētes a se, & lōge fugiētes infecit⁹ apprehēdit [Vnde
debeuit per oīa fratrib⁹ assimilari] Pro hac, inquit, ratione
quia nō assumpsit angelicā naturā sed humanā de semine
Abrahæ, debeuit p̄ oīa assimilari fratrib⁹. Quid est p̄ oīa, i.
natus est: educatus, creuit, efuriit, passus est ac mortuus, vt
per omnia ista similis esset fratrib⁹, q̄ huiusmodi cōditioni
subiecti sunt & connexi. Sed fortasse querit aliquis, quare
hō sit reparatus potius q̄ angelus lapsus? Cui respōdendū
est, hominem nō tantum deliquisse, quantum diabolum. Il-
le enim diabolo suadēte peccauit, diabolus vero nullo sua-
dente, sed superbiendo corruit. Homo quoq; quia corpus
habebat, manducare indigebat: diabolus autē quia spirit⁹
est: totus inexcusabilis est. Fuit & tertia causa, videlicet
quia homo nec dum peruenerat ad locum vbi æternaliter
cum deo regnaturus erat: sed in paradiso terreno moraba-
tur, de quo transferendus erat in cælum completo nume-
ro electorum diabolus autem in cælo iam erat collocatus,
[vt misericors fieret & fidelis pontifex ad eum, vt repro-
pitaret delicta populi] Misericors dicitur a misero corde,

videlicet quia miseriam sustinet & cognoscit per experi-
mentum misereri: Itaq; nō fuit alia causa illum per omnia
fratribus assimilari, nisi vt misericordiam nobis præstaret
nos redimendo, & fidelis fieret: verusq; & potens pōtifex
ad deum patrem interpellando pro nobis, nostrisq; propi-
tiaret peccatis. Hæc enim huius miserandæ dispensationis
causa fuit: Vidit quippe humanum gen⁹ humo intentum,
peccatorum vinculis ligatū, & misertus est eius sicut fide-
lis pōtifex reconcilians nos deo patri, & recōciliando pur-
gans. Ministerium etem̄ sacerdotis atq; pontificis est fide-
lem esse, vt possit eos quorum sacerdos est liberare a pecca-
tis. Pōtifex quoq; dicitur eo quod pōtem, i. viam præbeat
suis sequacibus suo bono exemplo, ita & dominus pōtem
fecit nobis, i. bonam viā ostendit, cum diceret: Discite a me
quia mitis sum & humilis corde. Pontem etiam nobis fecit
quando aperuit nobis ianuā regni cælestis. Vbi modo cō-
sistit, deum datrē interpellans pro nobis [In eo in quo pas-
sus est, ipse & tentatus potens est eis qui tentantur auxilia-
ri.] In eo, inquit, i. in homine i quo tētatus est ipse a diabo-
lo, sed nō superatus, & passus a ministris illius, potens est
vincos liberare, tentatosq; adiuuare ne vincant: quia ten-
tationes nostras & passiones: non solum sicut deus cognō-
scit, sed etiam sicut hō experimento probauit, ac propterea
nō solum per hoc quod deus est: potest nobis auxiliari, sed
in super per hoc quod hō est, quoniam eiusdem potestatis
est homo assumptus a verbo, cuius erat & idem verbum.

CAPVT III.

Nde fratres sancti vocationis cælestis participes,
V considerate Apostolum & pontificem cōfessionis
nostræ qui fidelis est ei qui fecit illū, sicut & Moy-
ses in omni domo illius.] Fratres eos vocat tam carne quā
spiritu, qui ex eodem genere erant, eandemq; fidem habe-
bant, Sanctos quia sanctificati fuerant fide passionis Chri-
sti & aqua baptismatis, qui participes erant cælestis vo-
cationis, hoc est, patriæ cælestis, ad quam dominus omnes
vocat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onera-
ti estis, & ego reficiam vos. Cōsiderate Apostolum & pon-
tificem fidei nostrę Iesum. Apostolus græce, latine dicitur
missus. Et dominus Iesus Apostolus noster est, quia gratis

a deo patre nobis missus est, sicut ipse testatur: dicens. Nō sum missus nisi ad oves perditas domus Israel, et sicut misit me pater & ego mitto vos. Vnde & idē egregius prædicator alio in loco dicit: Misit deus filiū suum factū ex muliere. Pōtifex autē cōfessionis nostræ est: quia cōfessionem fidei nostræ prætendit ante deum patrem qui fidelis est ei. i. deo patri qui fecit illū, iuxta quā alibi dicitur, quia factus est ei ex femine David scđm carnē. Notādum autē de humanitatis essentia hoc esse dictū in qua ipse fidelis fuit deo patri, obediens ei vsq; ad mortē. Nōne fidelis erat deo patri, quando oīa quæ agebat, nō suæ gloriæ reputabat, sed patri dicens Pater in me manens ipse facit opera? Sicut & Moyses, inquit: fidelis erat ī omni domo eius. Domū dei hic populū debemus intelligere, plebē. s. Israeliticā, cui Moyses præpositus erat a deo, de qua domo dicit Isaias: Vinea dñi fabaoth domus Israel est, & iterū exhortando. Domus Iacob venite & ambulemus in lumine dei. In qua domo Moyses fidelis fuit. i. deuotus & bonę volūtatis, defendens ea quæ dei erant, sibiq; nō vsurpans gloriā dei [Amplioris em̄ gloriæ iste præ Moysē dignus habitus est, quāto ampliorē honorem habet domus, qui fabricauit illam.] Hoc in loco aut erit hypallage in sensu, aut satis necessaria subauditio supponēt hoc modo. Tanto maioris gloriæ Christus præ Moysē dignus inuentus est, quanto maiorem honorem habet fabricator a domo, quā ipse fabricauit. Reditq; causā quare maioris glorię sit fabricator domus quam domus ab eo fabricata. [Omnis nāq; domus fabricat̄ ab aliquo. Qui autē oīa creauit, deus] subauditus est. Hic factorē a factura discernit vtriusq; domus autorē deum esse intelligi volens, & populi. s. Israelitici, et gētilis [Et Moyses quidē fidelis erat] hoc est, deuot⁹ & bonę volūtatis [in tota domo ei⁹, tanq̄ famulus ī testimoniū eorū] subauditus verborū [quę dicenda erāt. Christus autem tanq̄ filius in domo sua] habitat, ordinans & disponēs illā Quāta differentia est inter famulum quē paterfamilias pōnit domui suę, et filium quem dereliquit hēredē, tāta distātia est iter Moysen & xp̄m, Moyses em̄ fidelis et deuot⁹

famulus fuit ī domo dei omnipotētis: hoc est, in plebe Israelitica in testimonium eorum verborū, quæ per illū dicēda erāt ad populū, qm̄ testis erat verborum domini ad populū, iterumq; populi ad deum. xp̄s vero libere ordinat domum suam: hoc est, ecclesiā suā, tanq̄ filius hēreditatē paternam. De qua domo subiungit Apōsto. dicens. [Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriā in vobis ad finem firmam] retineamus, Hortatur iterum Apōst. Hebręos fortiter stare in fide, & perseuerare in bono opere, iungens se more solito illis. Domus, inquit, dei sum⁹, si fiduciam. i. fidē rectā, & gloriā spei nostræ firmam retinuerimus vsq; ad finē mortis nostræ vel vsq; ad diē iudicij. Gloria spei nostræ est, qua gloriāmur nos in spe iā esse filios dei & quod modo tenemus in spe, credimus nos possessuros in re. Bona enim quę nobis p̄missa sunt, in hac p̄nali vita habere nequaquam possumus, quamobrem habentes fidem rectā, spem certā, expectemus patienter præmia nobis a domino promissa. Sequitur: [Quapropter dicit spiritus, hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra & c.] vsq; si intrabunt in requiem meam, De spe paulo superius locutus fuerat B. Apōstolus quā oporteat sperare ea quæ futura sunt, & dat inde testimoniū propheticum sub cōparatione quodāmodo illi perierunt, qui desperauerunt de potentia dei, & quid promeruerūt pauci qui sub spe certa p̄missis dei crediderunt. Quia ergo obscure B. Apōstolus locutus est, necesse est ei replicare historiam veteris testamēti, vt manifestior fiat oratio. Eductus popul⁹ Israelitic⁹ de Aegyptiaca seruitute in signis & mirabilibus dñi cū multam viam deserti perambulassent, pasti a domino manna aqua de petra potati, eiusq; protectione tutati, consiliū inierunt omnes mittere de singulis tribubus principes speculatores, qui deberent speculari atq; considerare terrā a domino sibi p̄missam. Qui pergentes lustrauerunt terram: reuersiq; sunt post spatium quadraginta dierum ad multitudinem, nuntiantes terram fertilissimam, magnorumq; fructuum procreatricem, sed habere vrbes munitas: virosque inexpugnabiles esse in ea, vtpote de stirpe Enachim, hoc est gygātum. Israelitē vero ingrati & insensati, quos oportebat recordari, tantorum DEI beneficiorum, quo-

modo eos clausos in medio tanti exercitus Aegyptiorum, eripuerit de periculis, fluuiorumque fontes de petra sine de effectu donauerit, manna tribuerit, aliaque innumerabilia beneficia eis contulerit, nec deo crediderunt, desperantes de eius potentia, nec horum aliquid rememorati sunt, sed timore desperabili perterriti, murmurando dixerunt, Vtinam non introductus nos dominus in terram illam, reuertamur in Aegyptum. Deus igitur iratus quod sic cito obliti fuissent beneficiorum ac mirabilium eius iurauit quod non esset intratura generatio illa in requie & patriam olim patribus promissam: sicque illa sexcenta milia quae egressa sunt in Aegypto perierunt, praeter duos tantummodo Caleph videlicet filium Iephone, & Iosue filium Num, qui seditionem populi comperere nisi sunt, creduli promissionibus domini. Notandum autem tres requies ab Apostolo in hac epistola commemorari. Vnam sabbati, qua requieuit deus ab operibus suis. Secundam in Palestina, in qua ingressi Israelitae requieturi erant a miseria & laboribus multis. Tertiam quoque quae vera est requies, regnum videlicet caelorum, ad quam quos peruenire contigerit, plenissime requiescent a laboribus aerumnisque huius seculi, de qua hic Apostolus prophetando spiritualiter loquitur, dicens: Quapropter subaudis, quia domus dei sumus, si fidem rectam & gloriam spei firmam retinuerimus, nolite obdurare corda vestra, ne similia patiamini, qualia progenitores vestri passi sunt priuati requie promissa. Hortabatur his verbis Apostolus Hebraeos, ut non essent infideles & increduli, ne perderent requiem aeternam sibi a domino promissam, sicut perdidit patres eorum requiem temporalem. Nolite, inquit, hodie obdurare corda vestra, sicut subaudis, obdurauerunt patres vestri in exacerbatione, in amaricatione, quando me ad amaritudinem prouocauerunt secundum diem tentationis eorum in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri multis modis dicentes. Numquid poterit deus parare mensam in deserto? Et nunquid poterit nos introducere in terram patribus promissam? Quod autem dicit hodie, non loquitur iam Psalmista ad illos qui mortui sunt in deserto murmurando contra dominum & increduli existendo, sed potius ad illos qui dominice praedicationis tempore fuerunt Apostolorumque & usque ad finem seculi futuri sunt. Hodie, inquit, i. in die noui testamenti

vel omni tempore quoad dicit hodie nolite obdurare corda vestra. Hodie namque pro sempiterno ponitur, i. donec mundus & vita praesens manet. Sequitur [probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis.] Quod dicit probauerunt opera & mirabilia ea, non est ita intelligendum, ut dicat probauerunt, i. elegerunt causa gratiarum actionum, sed potius probatio haec ad curiositatem est referenda & tentationum. Probauerunt (inquit) opera mea hoc est, curiositatis causa exarserunt tentantes utrum opus essem. Sed quid factum est? viderunt illa per quadraginta annos, & permanerunt ingrati. Potest quod dicit quadraginta annis, & ad sequentia iungi. Quadragenarius autem numerus mysticus in diuina scriptura habetur: Quadraginta diebus dominus in deserto ieiunauit, ut triumpharet de illo per quem illi quadraginta annis murmurauerunt in eremo contra dominum, consummataque tota gloriae victoriae in passione & resurrectione quadraginta diebus fuit cum discipulis, antequam caelorum altitudinem penetraret. Primis vero diebus quadraginta tentationem huius seculi ostendit posterioribus quadraginta diebus consolationem, qua consolandi sunt in patria. Corpus enim eius, i. ecclesia necesse est ut tentationes patiat in presenti seculo, ut postmodum peruenire possit ad gaudia patriae caelestis. Tamen & in presenti non deest ille consolator, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Sequitur [Propter quod] subaudis quia tentauerunt me causa curiositatis, & opera mea quadraginta annis probauerunt [offensus fui generationi huic.] Plus est dicere offensum siue insensum quam dicere iratum, quam qui irascitur facile potest ab ira remoueri qui vero insensus siue offensus fuerit, aut vix aut nullo modo potest placari, ita opus dei offensus, i. valde & implacabiliter iratus fuit illis sexcentis milibus qui perierunt in deserto. Et dixit ad Moysen & Aaron, vel etiam ad Iosue. Semper hi errant corde. Multis modis castigauit eos dominus omnipotens, sed illi semper corde errauerunt, a via veritatis & rectitudinis deuiantes. Quicumque enim voluntati dei non obsequiatur errat a rectitudine iustitiae. [Ipsi vero non cognouerunt vias meas] Non cognouerunt dicit, hoc est non approbauerunt, nec elegerunt, actiones meas & precepta mea, vel non cognouerunt quia noluerunt ad hoc cognoscere ut tenerent & obser-

uarent illa [quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.] Si aliquando ponitur pro affirmatiōe, aliquando pro dubitatione, aliquando pro negatione, vt in presenti loco pro nō, & in Psalmo dicente propheta: Si reddidi retribuentibus mihi mala, i. non reddidi. Ordo verborū est. Nō introibūt in requiē meā, sicut iuravi in ira mea, hoc est, in vindicta mea. Ira enim dei, vindicta est illius. Loqui deū, magnum est iurare vero, minus metuendum. Cum enim omnis sermo, illius p iuramēto accipi debeat, quoniā semper verus est, dicitur aliqui iurare ad exaggerādā vim rei, & vt terrorē incutiat auditoribus. Sic dicit & irasci more humano, cum semper ipse idem maneat, quatenus dum audiuius illū iratū, metuamus peccare. Quod autem dicit, Nō introibūt in requiem meā, hic (sicut supra dictum est) geminā requiē debemus intelligere vnā, s. terrā repromissam Abrahā, quam illi perdidērūt propter infidelitatē suā alteram vero, vitā ęternā de qua Apost. spiritualiter loquitur dicens: In quā non introibūt Iudēi in infidelitate manentes. [Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis discedendi a deo viuo.] Hortatur iterū Apo. eos blandiendo, vocans eos fratres, & dans consilium quomodo intrare possint in requiem verā, Fratres mei carne fratres etiam fide, videte, id est caute, summaq; diligentia attendite, ne forte sit in aliquo vestrum voluntas non bona, & cor malum incredulitatis discedendi a Deo viuo, sicut fuit in illis qui errauerūt in deserto adorando idola, & pereatis, sicut illi perierūt. [Sed exhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt nō obduret quis ex vobis fallacia peccati.] Quia illis Iudæis scriberat, qui iā crediderant & inter quos tales erant qui alios si de, in spe, honisq; operibus exhortari poterant, ideo taliter loquitur: Exhortamini, inquiēs, vos inuicem, & corrigite vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, i. omni tēpore præsents vitæ in quo est spatium pœnitēdi. Si quisq; peccauerit, nō desperet de venia quā diu viuit, nec obduretur aliquis vestrū fallacia peccati, i. desperatiōe deicipiente peccato infidelitatis, quasi per pœnitentiā nō possit promereri indulgētiam, ille enim qui satis pfecte non credit, solet plerūq; in desperationē ruerē, reddiditq; causam

quare nemo debet desperare de venia dicens. [Participes enim Christi effecti sumus] Christo participamur & cōiugimur, vt pote vnū cū illo existētes. Siquidē in hoc participamur illi, quia ipse caput nostrum, & nos membra illius, cohæredes & cōcorporales illi secundum spiritalem hominem qui creatus est in ipso. In eo etiā participamur illi, quia corpus & sanguinem eius sumimus ad redemptiōem nostrī, quapropter nō est desperandum, [si tamen initium substantiæ vsq; ad finem firmum retineamus, dū dicitur]. Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. [cōtra deum in infidelitate quemadmodum in illa exacerbatione] subaudi obdurauerunt patres vestri corda sua. Initium substantiæ Christi dicit fidē Christi, per quam subsumus, & renati sumus, quia ipse est fundamentum, omnium virtutum. Et bene substantiam eam vocat: quia sicut corpus anima subsistit & viuificatur, ita aīa fide subsistit in domino & viuificatur, ac sine fide quasi nihil est. Vnde dicit per prophetam. Iustus autem meus ex fide viuit. Et idem egregi⁹ prædicator, Sine fide (inquit) impossibile est placere deo. Substantia autem Christi appellatur fides, vel quia ab illo datur, vel certe quia ipse per eam habitat i cordibus fidelium, iuxta quod idē Apostolus alias dicit, optādo in interiore homine habitare Christum per fidē in cordibus vestris. Tunc ergo veraciter CHRISTI participes sumus, si fidem eius vsq; ad finem mortis nostræ, vel vsq; ad diem iudicij firmam retinuerimus omni videret tempore, quādiu dicitur nobis per prophetam. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, [Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non omnes qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen.] Illius historie tacite mentionem facit, quando reuersis exploratoribus, dixerunt murmurando. Vtinam non introducat nos dominus in terram illam, Iosue autem & Caleph glorificauerunt Deum, dicentes ad omnem multitudinem: Potens est dominus introducere nos ad terram illam. Quidam ergo audientes verbum DEI de promissione & sermone exploratorum, ad amaritudinem prouocauerunt eum ob incredulitatis & desperationis malum, sexcenta videlicet milia, quorum corpora prostrata sunt

in deserto, sed tamē exacerbauerunt eum omnes qui profecti sunt ex Aegypto, quā Iosue & Caleph ex tanta multitudi-
 tudine glorificauerunt illum, vnde & meruerunt terram repromissionis non solum possidere, sed etiam alijs per se-
 rem diuidere. Quare autem Apost. hoc prosequatur sensus est. Audierunt alij omnes verbum dei de pmissiōe terrae repromissionis, sicut & nos adiuuim⁹ de patria caelesti. Sed quid profuit illis sermo audit⁹? Nolite ergo putare quod ex auditu tantū praedicationis introitus sit in requiē dei, nisi adhibita fuerit fides de corde puro. Quibus autem infensus est quadraginta annis? nōne illis qui peccauerunt quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit nō introire in requiē suam nisi illis qui increduli fuerunt? .i. illis qui dubitauerūt quod potuisset eos dominus inducere in terram repromissionis. [Et videmus] .i. intelligimus [quā non potuerunt intrare in requiem ipsius] illa sexcentamilia propter incredulitatem. Caput. 4.

Ineamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiē ipsius, existimē aliquis ex nobis deesse] Timeamus, inquit, perditionem illorū iustumq; iudicium dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua ne forte relicta & neglecta pollicitatione fidei, quā deo dedimus in baptisate introeundi in requiem patriae caelestis, & reuertamur iterum ad opera infidelitatis, quae abdicauimus corā multis testib⁹. Potest & de illa pollicitatione intelligi, quae dñs pmissit nobis dicēs: Discite a me quā mitis & humilis sum corde & inuenietis requiē in aīabus vestris. Et ipse ergo vobis illā requiē promissit & nos spondimus nos intraturos in eā tēpore baptismatis. Quamobrem laborate, ne existimē aliquis ex vobis deesse ab illo regno hoc est, ne aliquis vestrū minus dignus inueniat in troeundi in requiē dei. Loquitur Apo. more viatorū proficiscentiū de vna regione in aliā, quibus solet dicere is qui omnibus dicit. Videte ne quis vestrū in itinere remaneat, vt simul oēs peruenire possim⁹ quo tēdim⁹. Sed & si cui⁹ iumētū pre lassitudine defecerit, subleuate inuicē ei⁹ sarcinas, ne forte ob hoc in via remaneat. Electi em̄ in p̄senti seculo, quasi i via sūt tēdēte ad patriā. Sed ne aliq; remaneat qui nō possit puenire ad patriā eglestē, simplices quiq; &

infirmi subleuādi sunt ope & auxilio fortium, iuxta illud. Alter alterius onera portaret. [Etenim nobis nuntiātū est quemadmodū & illis.] More solito iungit se Iudaeis, qui Gal. 6. tūc temporis erāt, & dicit: Etenim omnibus nobis Iudaeis nuntiātum est vt intremus in requiem patriē caelestis quē admodū & illis qui egressi sunt ex Aegypto, nūtiātum est vt intrarent i requiem terrē repromissionis: nobis tamē p filiū, illis aurem p famulū, sed non profuit sermo auditus nō admixtus fidei ex his quae audierunt: Sermo quem audierunt illa sexcentamilia per Moysem de requiē terrae Palaestinae, nō profuit illis, quia nō fuit admixtus & cōiūctus fidei, & cōtemperatus fide ex his pmissiōibus quas audierunt. Tunc em̄ prodesset sermo auditus si credidissent, quā tunc esset cōtemperatus fide. Quā vero nō crediderunt, nō fuit cōiūctus fidei, ideoq; nihil eis profuit quod audierūt quā in eam intrare nō meruerunt. Post hęc verba exhortationis, subiunxit Apostolus, dicens [Ingre-
 diemur em̄ in requiem eius, qui credidimus quemadmodū dixit sicut iurauit in ira mea si introibunt in requiem meā.] Isto in loco ad cōpletionem sensus, necesse est aliquid adicere. Ingre-
 diemur (inquit) in requiē patriae caelestis, a deo nobis promissam subaudis, ne forte dicat nobis si increduli fuerimus quemadmodum dixit illis qui nō introierūt, si introibūt. .i. nō introibunt in requiem meam. Quibus verbis hortatur omnes intrare in requiem dñi, ne forte nobis dicatur ob infidelitatem quo d illis dictum est. Nam sicut certū est quod increduli non introibunt, sic certum fixumq; habet quod creduli introibunt [Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis,] .i. ornatu mundi perfecto, dixit quodā loco de die septima sic: Et requieuit de⁹ die septima ab omnibus operibus suis. [In Genesi dixit deus per Moy-
 sen istud,] His verbis vult Apostolus ostēdere, aliam esse requiem meliorem ad quam vocati sumus, quam fuerat illa in Palestina, ad quam Iudaei vocati sunt, nec dicit nos intraturos in illam quae fuit i Palestina, sed ostendit illos nō intrasse propter duritiam cordis sui, nec in Palestinā, nec in requiem caelestem. Dicit ergo de prima requiē sic: Requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Requieuit quidem a cōditione nouarū creaturarū, sed nō requieuit

uit a gubernatiōe eorum quę fecerat, & vt quotidie ex ip-
 sis etiam noua producat vnde veritas in euāgelio Iudæis
 dicit, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Nō
 enim pius est deo mundum ex nihilo creare, quam factum
 gubernare. Præmissa ergo prima requie septimi diei in
 qua requieuit deus, subiunxit secundam quę promissa est
 populo dei dicens: De illa quidem quodam loco ita dixit
 deus per Moysen. [& in isto] loco [rursum] dicit, [si intro-
 ibunt in requiem meam] Si vero coniunctio sicut iam su-
 pra dictum est, pro affirmatione, pro dubitatione, & p̄ ne-
 gatione accipi potest. Superius nanq; pro negatione duos
 bus in locis posita est, vbi ait iurasse deū propter incredu-
 litatem illorum, si introibunt in requiem meam, id est, nō
 introibunt: hic vero pro affirmatiōe potest accipi, sub alio
 sensu, sicut Ioannes Chryostomus alijque doctores expo-
 nunt, quasi diceret: Si introibunt in requiem meam, subau-
 dis bene habebunt, & hoc de requie quę fuit in Palestina
 accipe. Vnde protinus additur: [Quoniam ergo superest
 quosdam introire in eam, & hi quibus prioribus annūtia-
 tum est, non introierunt propter incredulitatem] ideo di-
 cit, Quoniam superest vel restat quosdam intrasse ī requiē
 terrę repromissionis: & quia pauci intrauerunt in eā re-
 quiem quę fuit in Palestina, id est, duo tantum Caleph &
 Josue, ex omnibus illis qui de Aegypto exierunt, hi, id est,
 sexaginta milia quibus prioribus annuntiatum est, nō in-
 traerunt in eam, sed cadauera eorum prostrata in deserta,
 [iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicē-
 do] post tātum temporis, sicut supra dictum est: [Hodie si
 vocem ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vestra] Ordo
 verborum est: Post tātum temporis quo illi murmurauerunt
 & mortui sunt in deserto: terminauit: hoc est, statuit
 & definiuit spiritus sanctus iterum quēdam diem: tempus
 videlicet noui testamenti: dicendo per Dauid Hodie: sicut
 supra dictum est: vbi Apostolus ex persona prophetę
 locutus est. Hodie si vocem eius audieritis. & c. quasi dice-
 ret aliis verbis: O Iudæi conciuēs mei: nolite putare quod
 istud quod DAVID dixit: Hodie si vocem eius audie-
 ritis nolite obdurare corda vestra: ad illud tempus perti-
 neat: quo illi murmurauerunt in deserto: vel quod causa

salutis illorum dixerit, qui iā mortui erāt: quoniā ad aliud
 tempus pertinet, ad tēpus videlicet noui testamenti: A die
 enī murmuratiōis eorū in deserto, multū tempus est vsq;
 ad Dauid, & vsq; ad nos, quibus Dauid ista præloquebat
 Considerandūq; simul, diem pro tempore: dñici aduentus
 nouiq; testamenti accipiēdum & quid dicit in Dauid: tale
 est quasi per Dauid. Mutauit enim præpositionē more so-
 lito. Potest & ita intelligi quod dicit, Terminat diem quē-
 dam hoc est, terminū & finē imponit spiritus sanctus præ-
 terito tempori, quod fuit a die murmuratiōis illorū, &
 dat initium alteri tempori, dicendo per Dauid Hodie & c.
 Sequit: [Nam si eis Iesus] fili⁹ Naue ductor populi Israeli-
 tici, [præstitisset requiem,] subaudis veram [nunquam de
 alia rege loqueret.] Dauid, [posthac, die] .i. deinceps, post
 quam illam adepti essent. Hic ostendit tertiam quandam
 requiem de qua Dauid dixit, Hodie & c. non illam signifi-
 cans, ad quam Iesus filius Naue populum introduxit, sed
 aliam quandam multo excellentiorem, ad quam non typē
 Iesus, sed verus introducit quotidie eos qui sunt Iesus. Si
 enim Iesus filius Naue verā præstitisset requiem populo,
 cuius ductor extitit, nequaquam de alia requie loqueret
 Dauid postea. Certum est enim quia futurum est quosdā
 accipere quę per illam significata est, quę fuit in Palestina,
 [Itaq;] subaudis quia Iesus filius Naue nō præstitit veram
 requiem populo cui præerat, [relinquit] .i. reseruat in fu-
 turum [sabbatismus populo dei] verā requiem patrię cę-
 lestis, sabbatismum vocat, alludens ad nomen, quoniam Iu-
 dę requiem sabbatismum dicebant. Requies ergo cęlestis
 sabbati, populo dei credenti veraciter reseruat in futu-
 rum, vita scilicet æterna, quę præcellit sabbatū legis: quō-
 niam in illo quiescebant tantum corpora in istā autem
 animę populi dei. Vnde sequitur, [Qui enim ingressus est
 in requiem ipsius,] hoc est, dei omnipotentis, quę est vita
 æterna [etiam ipse requieuit ab operibus suis.] terrenis
 omnib; laborib; [sicut a suis deus.] requieuit die septi-
 ma. Requies dei perfectio operum illius intelligēda est, vi-
 delicet dum sexto die finita primordiali rerum creatione,
 in septimo cessauit a creatione nouarum rerum. Per illam
 vero requiem Dei, quę non est æterna, studiosę prouocat

nos vt ad requiem æternę beatitudinis illā, quā sabbaptifmū appellat, totis nisibus anhelemus. Quisquis ergo istud dei sabbatum intrauerit, requiescet perpetuo ab omni labore & opere, sicut de⁹. regeuit a creatiōe nouarū rerū, [Festinemus ergo ingredi in illā requiē vt ne idipsum quis incidat incredulitatis exemplū] Magna quidē res & salutaris est fides, quoniā sine hac nō est saluari possibile alicui sicut scriptū est, sine fide ipossibile est placere deo. Quisq; deo non credit, nō saluatur sed ad salutē nō sufficit sola fides, Necessarium est etenim cooperari per dilectionē fidei, & conuersari digne deo, quia fides sine operibus mortua est. Proinde Apostolus cōsiderans fœlicitatem perpetuę vitę, hortat̄ dicens, Festinemus fide recta, operatione sancta introire in illā requiem patrię cęlestis nobis pmissam, ne aliquis nostrum icidat in idipsum incredulitatis exemplū & desperatiōis, in quod illi ceciderūt. Festinemus, inquit, quoniā nō sufficit sola fides, sed debet addi & vita fidei cō digna. Sufficiēter enim exemplo parentum nostrorū docemur, ne in idipsum infidelitatis exemplū incidētes, in quod illi ceciderunt, talia patiamur, qualia illi passi sunt. [Viuus em̄ est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti] Apostolo dicente & hortante, festinemus ingredi in requiem patrię cęlestis, fide & operatione, ne aliq; nostrum incidat in idipsum infidelitatis exemplū, in quod illi ceciderūt, & eueniant nobis talia qualia illis euenerūt, q; prostrati sunt in deserto, poterāt illi Iudei respondere: Ne quaquam nobis talia euenient, quia non habemus prophetas & iudices, per quorum ora nobis loquatur dñs, sicut illi habuerūt ideo quicquid egerim⁹, excusabiles erimus Ad hęc Apostolus volens ostendere eundem habere nos iudicem, quem illi habuerunt, qui illos ppter incredulitatē dā nauit dixit. Nō est ita. Viuus est enim sermo dei & efficax sermo dei patris & verbum filius est, qui potēcialiter iter fecit illa sexcenta milia in deserto ob infidelitatem, quia ei noluerūt credere. Hic est sermo qui nunq; moritur, sed semper idem manet, iuxta quod Psal. dicit: Tu autem idē ipse es, & anni tui, id est, anni æternitatis tuę nō deficient. Hic est sermo qui de seipso dicit: Si quis sermonem meū serauerit, mortem nō videbit in æternum, Si enim illi istū ser-

monem dei seruaissent recte credendo & bene viuendo, viuerēt vtiq; tēporali & æterna vita, terrāq; repromissiōis intrarēt. similiter & nos si seruaerimus sermonē eius, viuemus requiēq; cęlestē intrabim⁹ iste sermo dei patris, q; semper viuūt cū deo patre, & p quē pater oīa iudicat, efficax est, hoc est, ad operādū facilis, quia sine labore operat̄. Ipse enim dixit, & facta sunt: & oīa quę ipse voluit, fecit. Penetrabilior quoq; est omni gladio ancipiti, hoc est, ex vtraq; parte acuto, quia gladi⁹ materialis vtraq; parte acutus, mēbra quidē diuidere potest a corpore & penetrare secreta carnis, adeo vt animā a corpore faciat exire, ipsumq; corpus in mortē redigat, sed tū ipsam non potest diuidere minuatim, neq; secreta eius penetrare. Vnde dñs dicit. Non time eos q; occidūt corpus, quia animā nō possunt occidere. Sequitur [ptingens idem sermo dei vsq; ad diuisionē animę ac spiritus, cōpagum quoq; & medullarū, & discretor cogitationū & intētionū cordis] Anima viuimus spiritu, i. rationabilitate intelligim⁹. Vita nobis carnalis cū bestijs cōmunis, ratio spiritalis cum angelis. Et sunt quedā peccata quę ptinent specialius ad corpus quā ad spiritū, vt est homicidiū, fornicatio, adulteriū, furtū, sacrilegiū, & cętera talia, quę actu corporis perpetrātur. Iterum sunt alia quę ptinēt specialius ad spiritū quā ad corpus, vt est odiū ira, dolositas, inuidia, cęteraq; huiusmodi quę sine actu corporis cōstant. Et quia corpus anima viuificatur, nō incongrue p aiām possumus itelligere peccata corporalia: p spiritū vero peccata spiritalia, quę in secreto mētis versantur Iterū p cōpages debemus itelligere cogitatiōes quę sibi inuicem compaginātur & coniunguntur, dum vna alterā subsequitur: per medullas vero subtiles intentiones, & hoc est quod subiungit, discretor cogitationum & intentionū cordis, cogitationes referens ad compages, intentiones ad medullas: Ita autem iūgendus est iste versiculus: Viuus sermo dei est efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animę & diuisionē spiritus, & pertingens vsq; ad diuisionem compagum & diuisionem medullarum, & discretor est cogitationū & intentionum cordis. Sermo ergo dei patris tantum est efficax & penetrabilior oī gladio ancipiti, vt discernat inter

opera carnis & opera spiritus, inter carnalia peccata & spiritalia, inter cogitationes bonas & malas, siue & intentiones bonas vel malas: Potest etenim cogitatio utcuq; bona esse, & intentio mala. Verbi gratia, vt sub comparatione loquamur: Est quaedam vidua, cuius possessio hereditaria a fortiore inuaditur, accedens autem ad iudicem, legisclorem, deprecatur quatenus suscipiat eius causam sitq; ei in auxilium, quatenus obtinere hereditatem sibi abstractam possit permittens ei, aut centum solidos aut etiam non modicam partem hereditatis eiusdem. Qui iudex ingrediens ecclesiam dei, proferunt se in facie, orans & dicens, Deus eterne, qui omnia iuste iudicas, & qui dixisti, iudicate pupillo, defendite viduam, prebe mihi hodie auxilium, quatenus causam huius vidue obtinere possim. Hec dicens cogitatio quidem & verba bona sunt sed intentio nequa: quonia nisi vidua aliquid permisisset quod ille speraret se accepturum, nequaquam eam illius suscepisset. Hanc subtilitatem cogitationum & intentionum cordis discernit & diiudicat sermo dei, considerans quo animo vel quo desiderio quis seruiat in corde, tam penetrabilis est sermo dei, & eius intuitus, vt omnia nostra que aguntur vel cogitantur certius ab illo quam a nobis ipsis cognoscantur. Nunc ergo habeamus semper in testimonium actuum nostrorum, cogitationumque vel intentionum nostrarum, quem iudicem habituri sumus. Timeamus eius presentiam, cuius scientiam nullatenus effugere valeamus. Vnde sequitur: [Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius] neque angelica creatura, neque humana inuisibilis est in conspectu eius [Omnia autem nuda], .i. manifesta [& aperta sunt oculis eius] hoc est, presentiam illius, Quomodo ergo potest illi aliqua res incognita esse, a quo omnia facta sunt? Nec mirum si totus vbiq; tota sua cognoscat creaturam. Hic maxime terruit Apostolus Iudeos, dicens: Omnia nuda & aperta esse oculis eius [ad quem nobis sermo,] Quis est ad quem nobis sermo? ad quem nisi filium, cui ipsi reddituri sumus rationem actuum nostrorum simulque cogitationum & intentionum. [habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit celos, Iesum filium dei teneamus spei nostre confessionem], .i. fide nominis eius. Paululum in superioribus de diuinitate filij dei disserens dixit, omnia nuda esse & aperta oculis eius. Nunc autem, quia de carne loquitur, & de ponti-

ficatu illius disputat, quod semetipsum obtulit in ara crucis causa nostrae salutis. Ipse enim pontifex siue sacerdos, ipse & sacrificium. Pontifex namque dicitur eo quod pontem & viam praebet populo. Et ipse dominus viam rectitudinis nobis exhibuit per quam ambulare debemus, dicens nobis, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et potest ad patriam caelestem peruenienti praestitit sanguine passionis suae, & per vnam baptismatis: vel quia ipse primus celos penetrauit. Ergo Moyses ductor populi, cui promissa est requies transitoria non intrauit in requiem, quam sepius populo permisit. Iste vero noster sacerdos melioris permissionis sponsor, faciens viam credentibus in se, primus intrauit in requiem, populo sibi credito promissam, vnde & magnam pontificem eum appellat, qui habet sempiternum sacerdotium, semper viuens ad interpellandam pro nobis. Sic enim dixit de illo angelus ad Mariam: Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Ostendens etiam illum esse filium dei, dixit Iesum filium dei, quod nusquam de Moysse dicere voluit: sed potius eius famulum dixit. Sequitur: [Non enim habemus pontificem qui non possit compatii] siue condolere [infirmis] nostris] Hoc est dicere: Non ignorat quem nostra sunt: venit enim per viam humanae conditionis per omnia sine peccato. Quapropter non solum per hoc quod deus est, & omnia nouit, cognoscit infirmitatem fragilitatis nostrae, & potest misereri, verumetiam per hoc quod homo est nostri particeps factus in fragilitate carnis abique peccato, & cognoscit & indulgere valet. Multi pontifices ignorant eos qui in tribulatione sunt constituti, neque oue sit tribulatio in quolibet. Impossibile est quippe afflictiones afflictorum scire, qui experimento afflictiones non habuit, & sensibilibus omnia non sustinuit. Pontifex autem noster compententer omnia sustinuit quae fuerunt illata humanae miseriae: post peccatum primi hominis & tunc in interiora uelamina ad thronum paternae maiestatis ascendit. Vnde & sequitur [Tentatum autem] habemus pontificem [per omnia] tentamenta [pro similitudine] subaudiis carnis peccati [absque peccato]. Tentatus quidem est CHRISTVS multis modis per omnia tentamenta, sed non est superatus in tentationibus, quin potius probatus victor gloriosus extitit. Tentamenta autem quibus tentatur sunt haec,

Esuries, sitis, tentatio diaboli, persecutio, plurimorum sputa, accusatioes, calumnie, repulsio a propria gente, ad vltimum crucifixio. Tentatus est siquidem his modis pro similitudine carnis absque peccato. Sed cum in veritate Christus vera carnem habuisset, quare dicit pro similitudine carnis absque peccato illum esse tentatum? In hoc enim quia homo factus est, veram carnem habuit: in hoc vero quia peccati carnem non habuit: absque peccato similitudinem carnis nostrae habuit quae est caro peccati, Nam peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ipsius. Quod si peccatum habere potuisset, haberet utique iam non similitudinem carnis peccati, sed proprietatem carnis peccati. Caro enim nostra, caro peccati est, quia cum peccato concipimur, cum peccato nascimur: illi? autem caro non fuit caro peccati, sed munditiae & castitatis atque innocentiae, quia sine peccato natus est, conceptusque, & sine peccato ab hoc mundo transiit. Quapropter non est tentatus in carne peccati, ut peccatum faceret, sed in similitudine carnis peccati, ut absque peccato maneret. [Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius? ut misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.] Quia pontificem habemus qui scit concipere infirmitatibus nostris, per hoc quod similia sustinuit, & potest adiuuare per hoc quod deus est, quia iam penetrauit per priam virtute altitudinem caelorum, hortatur Apostolo. accedere nos ad thronum eius cum fiducia, & dicit: Adeamus mente & contemplatione, per fidem quoque bonis operibus exornata ad thronum gratiae, hoc est, ad sedem filii dei, qui nobis gratis datus est a deo patre: & qui sedens in plenitudine paternae maiestatis, gratis potest dimittere nobis peccata nostra. Gratia namque dei filius illius appellatur, nobis gratis datus, iuxta quod idem Apostolo. in hac eadem epistola manifestat dicens: Gratia dei pro omnibus gustauit mortem. Et quare debeamus accedere ad thronum eius fide & deuotione, subsequitur, inquit: Ut misericordiam consequamur, id est remissionem peccatorum et gratiam donorum spiritus sancti, siue indulgentiam inueniamus in auxilio opportuno, id est in presenti seculo. Nunc enim opportunum tempus est auxilii & misericordiae ipsius de quo idem Apostolo. alias dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & de quo propheta. Tempo re, inquit, accepto exaudiui te. Cui enim in presenti seculo misericordiam praestat, dimittendo ei peccata, & gratia donorum

spiritualium replet illum utique in futuro regno secum regnare promittit. Et quia pontifex noster est sedens in throno gloriae paternae, omnia tribuit quae nobis ad salutem prouenire certissimum est.

CAPVT V.

Mnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituit in his quae pertinent ad deum & offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui possit condolere his qui ignorant & errant quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quae admodum & pro populo ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. In his verbis quaedam ponit Apostolo. communia Christo & sacerdotibus legis quaedam vero altera, pertinentia proprie ad Christum, & iterum quaedam humiliora pertinentia solummodo ad sacerdotes veteris legis. Nam quid ait, omnis pontifex ex hominibus assumptus, sicut Aaron & Christus, pro hominibus constituitur in his officiis quae ad deum pertinent, orando pro illorum salute, hoc commune est Christo & illis sacerdotibus. Pontificis enim officium est, inter deum stare & populum, & deum deprecari pro populi delictis. Hoc & Christus per hoc quod & homo & deus est, fecit seipsum offerens pro peccatis nostris semper viuens ad interpellandum deum patrem pro nobis. Semel quidem ex hominibus assumptus, semper pro hominibus interpellat, iterum quod dicit, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, ex parte commune est, & ex parte minime, atque dissimile. Nam in hoc quod Christus sacrificium obtulit pro populi delictis, quod & illi agebant, quaedam communio est: sed in hoc quod ille pro se non obtulit, sicut illi pro suis delictis hostias offerebant, iam non est communio. In hoc quoque dissimilitudo existit, quia illi irrationabilia offerebant sacrificia, boues, & arietes, hircos, & caetera alia. Christus vero rationabile animal pro totius mundi salute obtulit hoc est, seipsum qui est agnus immaculatus iuxta quod Ioan. dicit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Reliqua quae iam sequuntur, non sunt communia. Et enim quod dicit, Qui possit condolere his qui, ignorant & errant, hoc est qui ignoranter peccat & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate carnis, in qua tentari potuit per omnia pro similitudine carnis peccati absque peccato. Hic iam excellentia est pertinens ad Christum, de qua paulo superius plenius disseruimus, Per hoc enim quod firmiter

lia passus est, potēs est cōpati, & per hoc quod deus est, in vtraq; substantia potēs est misereri. Quod vero adiunxit et propterea debet quemadmodum et pro populo, ita etiā p̄ semetip̄so offerre pro p̄ctis, hoc ad sacerdotes legales, siue nosiri tēporis magis pertinet q̄ ad x̄pm, qui p̄ctm̄ nō fecit p̄ct̄ & illud quod dixit, qm̄ & ipse circūdat⁹ est infirmitate, referri ad sacerdotes legis, siue ad nostros ita, vt infirmitas accipiat p̄ p̄ctō, & quia ip̄si circūdati sunt infirmitate carnis, hoc est p̄ctō, indigēt vt pro populo, ita & p̄ se offerre. His verbis ostendere voluit Ap. quid sit p̄t̄ifex & demōstrare quē pertineāt ad p̄t̄ificē, & quid sit ei⁹ ministeriū, & quē sint signa p̄t̄ificat⁹, videlicet vt offerat dona & sacrificia pro p̄ctis, sciēs cōdolere his qui ignorāt & errant. Ac deinde disputare aggressus est, quō quis ad sacerdotiū accedere debeat: dicens [nec quisq; sumet sibi honorē sacerdotij, sed qui vocatur a deo tanq̄ Aarō] subaudis vocatus est signo florentis virgē, siue signo incēditū illorū, qui eius p̄t̄ificatui inuidētēs, dignitatem sacerdotij affectando inuadere moliebātur. His enim duobus signis ostensus, demōstratus est sacerdos a deo electus. Confundit autē ac percussit beatus Apostolus sacerdotēs cupidos honoris, & sacerdotij auidos, qui sponte immittunt se & ingerunt ad ministerium sacerdotale, non vocatione dei vel voluntate, sed potius interuentu munerum, quia non pro salute populi, sed pro ambitione seculi hoc agunt [sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed ille qui locutus est ad eum. Filius meus es tu ego hodie genui te.] Glorifico, honorifico, clarifico, tria quidē sunt verba, sed vnum sensum habētia, quod vno verbo grēce concluditur, dicēdo edoxasē: vnde in interptū varietate aliter, atq; aliter in latino positum habetur, nam quod in euangelio euangelista dicit dñm dixisse. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, hic Apost. clarificationem nominauit. Christus ergo semetipsum nō clarificauit, i. nō glorificauit, vt a semetipso pontifex fieret, p̄t̄ificatusq; honorē haberet, quia non erat a meipso. Et hoc est quod ipse in euāgelio dicit. Nō veni a meipso, sed ille me misit, & iterum, Ego gloriam meā nō quero, est qui glorificat me pater meus. Sicut ergo a se ipso nō venit, quia a seipso non erat, suamq; gloriam non

querēbat, ita semetipsum nō clarificauit, vt p̄t̄ificatus honorē a seipso haberet, sed a patre clarificatus est qui locutus est ad eū die baptismatis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quæ clarificatio siue glorificatio multo ante per p̄phetā spiritu sancto inspirate prædicta est loquentē in persona filij dei, & dicētē: Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Et quia oipotētē Deo omnia futura, quasi iam præterita aut presentia sunt, quod ei post baptismū diciturus, quasi iā dictū habebat. Quapropter merito præterito tēpore vsus est, inquit. Dñs dixit ad me. Nomine autē domini deū patrē intelligere debemus Et vt in Christo vnā personā esse credamus, adiecit. Ego hodie genui te: hoc est dicere, Ego semp̄ & eternaliter manēs semper te habeo filium coæternum mihi. Hodie nāq; aduerbium est præsentis temporis, quod proprie deo competit. Sequitur. [Quemadmodū & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū secundū ordinem Melchisedech] Ex superiori versiculo ista pendent, vbi dicit Apostolus, quia Christus nō semetipsum clarificauit vt pontifex fieret sed deus pater q̄ locutus est ei, Filius meus es tu, ipse clarificauit eum, quemadmodū & in alio loco dicit ipse ad filium Tu es sacerdos in eternū &c. Cōsiderādum autem Christum non esse sacerdotem secundum id quod genitus est a deo patre ante omnia secula, coæternus gignenti & cōsubstantialis verus deus manens apud patrem, sed secundum hoc quod natus est ex vtero virginali in fine temporū homo factus, necnon propter victimam quam pro nobis obtulit a nobis acceptam, carnem videlicet ac sanguinē suū. Sed quare scđm ordinem Melchisedech, & nō secundū ordinem Aaron dicatur existere sacerdos, diuersæ causę existunt: Et prima quidem est, quia Melchisedech secundum legalia mandata non fuit sacerdos, sed secundum cuiusdam singularis sacerdotij dignitatem, panem offerens deo & vinum, & non brutorum animalium sanguinem. In cuius ordine sacerdotij Christus factus est sacerdos, non temporalis sed æternus, nec offerens victimas legales, sed instar illius, panem & vinum, carnem videlicet ac sanguinem suum, de quibus ipse dixit, Caro (inquit) mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ista quoq; duo mune

ra, panē videlicet & vinū, cōmisit ecclesiæ suę in memoriã sui offerenda: vnde patet sacrificium pecudā perisse, quod fuit ordinis Aaron & illud manere potius, quod fuit ordinis Melchisedech: quia & Christ⁹ illud corroborauit, & elefē suę tenēdū reliquit. Secūda autē causa est, quia Melchisedech rex & sacerdos fuit vnctusq; fuit nō oleo visibili sicut sacerdotes legis, sed oleo spiritus sancti. Et christ⁹ gemina dignitate insignitus manet. Nam quod regiã dignitatē possideat, ipse manifestat dum dicit, Ego autē cōstitut⁹ sum rex ab eo. i. a deo patre, Et post resurrectionē suã qd dixit Data est mihi oīs potestas (inquit) in celo & in terra. Psal. quoq; dicit ad deū patrem. Deus iudiciū tuū regi da. Quod vero sacerdos existat, satis patet, quoniã seipsum obtulit in ara crucis pro nobis, & nunc interpellat deum patrem p̄ nostra salute. Quod etiam vnctus sit, non oleo visibili, sed plenitudine spiritus sancti, Psalmista nobis innuit, dicēs ad ipsum. O deus, vnxit te deus deus tuus oleo lētitiæ præ cōfortibus tuis, hoc est plenitudine spiritus sancti. Tertia quoque causa est, quare secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron Christus dicatur sacerdos, videlicet quia sicut de Melchisedech semel legitur in diuina scriptura, & de eius sacerdotio, ita Christus semel semetipsum obtulit immolādum pro nobis. Sequitur: [Qui in diebus carnis suæ, præces supplicationesque ad eum qui posset illū saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerēs exauditus est pro sua reuerentia.] Hoc non de Melchisedech dicit Apostolus, sed de Christo, volens certius exprimere quod p̄tiffex noster egisset in suo vero sacerdotio. Quid est: In diebus carnis suæ? Hoc est, quandiu habitauit in corpore mortali, præces, supplicationesq; cum clamore valido & lachrymis offerens ad eum hoc est ad Deum patrem. Dies carnis domini nostri, dies sunt in quibus carnem assumpsit, in quibus tentatus est & passus, & in quibus mortale corpus inhabitauit. Omnia autem quæ ipse egit in carne, præces, supplicationesq; fuerunt pro peccatis humani generis. Sacra vero sanguinis eius effusio, clamor fuit validus, in quo exauditus est a deo patre pro sua reuerentia. hoc est voluntaria obedientia, & perfectissima charitate, nonne cum la-

chrymis præces fundebat, dicēs. Tristis est anima mea vsq; ad mortem: & pater, si fieri potest, transfer calicem istum a me. Et quia volūtarie obediens fuit deo patri vsq; ad mortem, exaudiuit illum deus pater: die tertia eū suscitando: iuxta quod Psal. dicit. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Dicit autem fuisse præces, supplicationesq; nō timore mortis, quam sp̄tē suscipiebat, sed potius causa nostræ salutis, voluntatem paternæ dispensationis præposuit voluntati carnis suæ, vt veram ostenderet in seipso naturā humanitatis nostrę. Notādum autem, quia reuerentia secundum Cassiodorum duplici modo accipitur. Aliquando, p̄ amore, aliquādo pro timore, hic vero pro summa ponitur charitate, qua filius dei nos dilexit & p̄ summa obedientia qua fuit obediēs patri vsq; ad mortē. [Et quidem cū esset filius dei, didicit ex his quę passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternę, appellatus a deo p̄tiffex iuxta ordinem Melchisedech.] Cum esset inquit, filius dei in veritate didicit obedientiã ex his opprobrijs & tormentis quę passus est, hanc volūtariam iam exhibuit patri obedientiam, expertus illā ex parte humanitatis. Hanc obedientiam quam hic didicisse dicit Apostolus filium dei, hoc est volūtarie suscepisse, alio loco ostendit, vbi dicit. Cū in forma dei esset: semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, factusq; obediens patri vsq; ad mortē. In eo vero quod ait, Et cōsummatus. i. p̄fectus in sacerdotio omnib; obediētia factus est omnib; obtemperantibus sibi causa salutis æternę, ostendit quātū lucrum sit eius passio eius obedientia, quę omnibus credētib; sufficit ad salutem æternam. Sequit̄ [De quo]. i. non de Melchisedech, sed de Christo [grandis nobis sermo & interpretabilis ad dicendū, quoniã imbecilles facti estis ad audiendū] Illa difficultas interpretandi sermonem quē de filio incarnato instituit, non fuit in eius ignorantia cui reuelata sunt mysteria a seculis abscondita sed potius in illorum tarditate, qui imbecilles. i. infirmi in fide & fragiles sensu ad intelligēdum profunda mysteria fuerūt, qui etiã pro tempore magistrī debuerant esse, vnde & ipse reddidit causam dicens, Quoniã imbecilles facti estis ad audiendū ac deinde subiungit. [Etenim cum deberetis magistrī esse

propter tempus] subaudis quo pene ab initio legē habuistis & prophetas. [rursum indigetis vt doceamini] a me alijscq; Apo. [quę sint elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo] Ad eos loq̄ qui diu morātes in lege, exercitati sensum debuerāt habere de aduentu Christi per dicta legis, & prophetarū, p̄ gratiā quoq; quę per eū credentibus allata est. Qui certe cū de huiusmodi magistri esse gētiliū propter rēp̄s p̄teritū, in quonia superius memorata habuerūt rursum indigebāt vt docerent ab illo ceterisq; Apostolis quę sint elementa sermonū dei. Elementa dicuntur quasi eleuamēta eo quod ex ipsis cetera originem sumāt, initia videlicet & fundamenta creaturarū. A quibusdā etiam dicuntur elementa p̄ i quasi fabricamēta, ab eo quod est elimo climas, quasi ex eis fabricata sunt oīa. Hic autē elimēta siue elementa duobus modis possumus intelligere. i. vt ipsos caracteres & pronūtiationes literarū, a quibus exordium sumunt sermones vel certe ipsa initia & fundamenta fidei. Quasi diceret. Hoc indigetis vt doceamini quę sint elementa literarum vel initia fidei, cum deberetis profunditatem mysteriorum intelligēdo scrutari, & p̄fecti esse in fide. Facti estis, inquit, quasi infantes, quibus lacte opus sit. i. simplici & rudi doctrina, nō solido cibo. i. p̄fecta doctrina, p̄fundisq; sermonibus vel mysterijs, B. Apo. hāc habet consuetudinē, vt simplicē doctrinā lactis nomine designet, p̄fectā autē, solidum cibū appellet. vnde dicit Corinthijs adhuc minus p̄fectis. Lac vobis potū dedi, non escam, quia necdū potestis capere. Lac ergo simplicis doctrinę est incarnatio filij dei passio, mors, resurrectio illius ascensio in cęlos. Solidus vero cibus p̄fecti sermonis, est mysterium trinitatis, quomodo filius cōternus sit patri, quomodo spiritus sanctus p̄cedat ab vtroq; & quō tres sint in personis, & vnus in substantia deitatis. Sed qui nō potest intelligere quod Euangelista ait, verbū caro factū est quomodo poterit ad altitudinem sermonis eius peruenire, vbi ait. In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum? Sequit̄, [Oīs enim qui lactis est particeps]. i. simplicis tātū doctrinę [expers est sermonis iustitię] hoc est alien⁹ est a discretiōe p̄fectę iustitię, quia nondū potest penetrare arcana mysteriorū

nec scit ita vt expedit, discretionem facere inter bonum & malum, redditq; causam quare. [Paruulus est em̄,] subaudis sensu & intellectu. [P̄fectorum autem] hominū [est solidus cibus]. i. qui p̄fectos habent sensus, illorū est alta & obscura sentire mysteria de diuinitate omnipotentis dei vnde et sequitur [Eorū] dico esse solidum cibum [qui pro cōsuetudine] lectionis [exercitatos habent sensus] hoc est studijs literarum extētos, [ad discretionem boni ac mali.] nec non ad discretiōē veritatis ac hareticę prauitatis. Sicut em̄ paruulus; inter cibum & cibum discernere nescit, & sepe in noxijs sumendis cibis periclitatur si nō prohibeatur a seniore, ita indoctus quisq; qui discretiōē doctrinarū nescit, facile decipitur, atq; in via erroris periclitatur. Quapropter dicit. quia omnis qui lactis est p̄iceps, expers est sermonis iustitię quod em̄ in lacte & solido cibo in indocto & sapiente differt. Sicut lac paruulis cōgruit, & solidus cib⁹ ætate p̄fectis, ita indoctis humilis sermo, & sapientibus arcanum mysterium nosse cōuenit, qui exercitatos habent sensus studio lectionis. Ex vsu quidem lectionis & frequenti meditatione diuinarum scripturarū, efficiūtur sensus nostri exercitati & extēsi ad maiora intelligēda, vnde Psalmista beatum esse virum dicit, qui in lege domini meditatur die ac nocte. CAPVT VI.

Vapropter intermittētes inchoationis Christi sermonem ad p̄fectiora feramur] quapropter, quia exercitatos sensus decet nos habere in lege domini, intermittentes sermonem inchoationis Christi ad profunda & alta mysteria deitatis eius ducamur. Sermonem inchoationis Christi vocat initium fidei, instructionem videlicet de natiuitate Christi humana, de passione de resurrectione, atq; ascensione eius, & gratia baptismatis. Sicut enim eū qui literis est imbuendus, elementa literarum oportet primū audire sic & Christianus debet his instrui primo omnī, & post modū ad mysteria diuinitatis venire [nō rursum iacentes fundamentū p̄nitentię ab operibus mortuis & fidei] fundamentum subaudis nō rursum iaciētes [ad deū] Fundamentum p̄nitentię vocat vnde primum instrui debet qui baptizādus est, si tamen ad ætatem intelligibilem peruenit, hoc est, vt credat dominum Iesum x̄p̄m genitū

ex deo patre ante omnia secula, natum de maria virgine in fine temporū pro salute generis humani, sine semine viri passum, mortuum, resurrexisset tertia die, ascēdisse ad cœlos venturum ad iudiciū vt reddat vniciq; secundū opera sua resurrectionem corporum, & immutabilitatem animarū bonos in gloria, malos in pœnis manere omnipotentē deū trinitatem habere in personis, vnitatem in substantia. Postq̄ ista omnia confessus fuerit se credere, debet confiteri peccata sua, sicut iniungenda est ei pœnitētia aut, 40. aut, 20. aut 7. dierum sicut in passionibus sanctorū legimus, ac deinde debet baptizari, abrenuntians diabolo & omnibus pōp̄is eius oībusq; operibus eius. Baptizatus vero debet plenius instrui de diuinitate, vt credat patrem ingenitum filiūq; genitum, spiritum sanctum nec genitū nec ingenitum, sed ab vtroq; procedentem: regula quoq; viuendi secundū doctrinam euāgelicam atq; apostolicā quæ debeat agere bona, & vitare mala. Quia ergo Iudæi quibus Apost. ita scribebat iam baptizati erāt, iāq; fundamentum superius descriptum perceperāt hortatur illos ad ista maiora tēdere, & opus nō esse vt iterum illud fundamentum pœnitentiæ & fidei ad deum iaciatur in illis. Idcirco autem fundamentum pœnitentiæ, id vocat, quia sicut dictum est baptizādis pœnitentia prius iniungebatur. Vnde in Acti. Apo. B. Petrus dicit Iudæis ad fidem cōcurrentibus. Pœnitentiā agite & baptizetur vnusquisq; vestrum, fundamentū quoq; fidei ad deum est, quia fides qua accedimus ad deum, fundamentum est omnium virtutū. Nō debet esse, inquit, necesse vt iterum iaciamus fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fundamentum fidei, per quam acceditur ad deū qđ in vobis iactū ē anteq̄ ad baptisimū gratiā venissetis. Pœnitentiā ab operib; mortuis agere, est ipsa opera mala p̄ pœnitentiā delere quæ aīam mortificabāt. Opera nāq; mortis sunt pœnitentiā. Nam sicut anima viuificatur fide aliisq; virtutibus, ita insidelitate moritur & peccatis. Sequitur. [Nō rursus iacientes fundamentum] baptismatum doctrinæ. Fundamentum baptismatum doctrinæ est institutio & doctrina baptismatis, videlicet quid contineat in se baptismus, & quid conferat ac fidem accedentibus. Sed quod dixit plurali numero baptismatum fundamentū, pro varietate accipiētū posuit,

nō quod plura baptismata debeāt intelligi, sed vnū: quia sicut vnus est deus, & vna est fides, ita vnū baptismata [impositionis manuū] fundamentū nō debemus rursus iacere. Impositionem manuū appellat cōfirmationē per quā plenissimē credidit accipiēd; spūscētus, quod post baptismū ad cōfirmationē vnitatis in ecclesia a pōtificibus fieri solet. His igitur perfecte in ecclesia perceptis, fides resurrectionis & iudicii futuri habenda est. vñ subiūgit Apo. dicēs [ac resurrectionis & iudicii futuri] fundamentū nō debetis iacere, iterū vt instruamini de fide gñalis resurrectionis & iudicii quod dabit iustis pariter & iniustis, quasi iā nō sitis de his instructi. Notādūq; ad oīa semper subaudiendū esse & nō rursus iacientes fundamentū. [Et hoc faciemus si quidem permiserit deus] hoc est, & ad maiora vos duceamus, & de his oībus quæ enumerauimus, plenissime docebimus vos, vt non sit iterū necesse ex toto & a capite ponere fundamentū. Ne vero vllatenus quis secundū vel tertium existimaret post pœnitentiā fieri baptismum, mox subintulit dicēs: [Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati] subaudis, per gratiam sancti spiritus baptismate fidei [gustauerunt etiā donum cœlestē] hoc est remissionē pœnitentiæ perceperunt in baptismate, siue cōmunicauerunt corpori & sanguini domini post baptismū [& participes facti sunt spiritu sancti] in distributiōe. s. donorum [gustauerunt nihilominus bonum dei verbum]. i. doctrinam euāgelicā intellexerūt [virtutesq; seculi venturi]. i. glorificationē resurrectionis, vitāq; futurā [& prolapsi sunt] a fide Christi, negādo illum, aut etiam ad criminalia peccata prolapsi [renouari iterū ad pœnitentiā] hoc est, nouos fieri per pœnitentiā, subaudis a superioribus, impossibile est. Impossibile est, inquit, iterum renouari posse eos per pœnitentiā & per baptismū, qui postq̄ omnia quæ superioribus memorata sunt perceperunt, prolapsi sunt ad immunditiam criminalium pœnitentiā aut etiā ad infidelitatem. Nō dixit difficile est, sed impossibile. Quod enim difficile est, vtrūq; potest agi. Impossibile vero est, qđ nullo modo fieri potest. Quid ergo? Exclusa est pœnitentia post baptismum & venia delictorum? Absit Duo siquidē gña sunt pœnitentiæ, vnum quidē ante baptismū, quod & preparatio baptismi

potest appellari de quo superius dixim⁹ quia inhiugitur illis qui instruunt anteq̄, ad baptismū perueniāt, qđ B. Apostolus hic excludit dicēs, nō posse iterū renouari p̄ p̄nitentiā, quaten⁹ p̄nitentiā peracta iterū baptizent: Alterū autē genus p̄nitentiā est quo post baptismū delent p̄ctā, quā B. Aposto. minime excludit. Terret ergo oēs vt timeat post baptismi gratiā grauioribus peccatis se implicare quia nō potest fieri secūda vice renouatio per lauacrū baptismatis. Nam sicut Christus semel mortuus, & semel resurgēs, iam non moritur, ita semel gratia baptismatis agēda est, nec potest iterari, nisi dubium fuerit, vtrumnam quis captus ab hostibus sit baptizatus. Renouari autem dixit nouū fieri, Nouum autem fieri hoīem sacri baptismatis est, de quo p̄pheta dicit: Renouabitur vt aquilę iuuetus tua. Impossibile est, inquam iterum renouari posse aliquē per p̄nitentiā quę sit ante baptismū ad hoc vt iterū baptizetur p̄nitentiā expleta. Qui ea quę supra cōmemorata sunt percēperunt, virtutesq; seculi venturi gustauerunt. Quod dicit, gustauerūt virtutes seculi venturi, tale est, ac si diceret. Si cognouerunt quod in resurrectione vēturi seculi sunt electi sicut angeli dei in cęlo: & quod iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorū, nullo modo possunt iterum ita renouari per p̄nitentiā, & per baptismū iteratū si peccauerit criminale p̄ctū, sicut in primo & baptisate noui effecti sunt. Erant enim qui volebant baptismū iterare dicentes, Quicquid peccauero non est mihi curā, qm̄ p̄cipiam me baptizare rursus & renouabor tot⁹ sicut pri⁹. Quod Apostolus denegat ex toto nullo modo posse fieri. Et quia virtus baptismatis in cruce & sepultura Christi maxime cōfrat, proinde subiūxit: [Rursus crucifigentes sibi metipsos filiū dei & ostētui hñtes.] Tamen nō ideo denegat p̄nitentiā quia licet nō renouētur in baptisate iterum indulgētiā tamē valebunt accipere per cōfessionē peccatorū, per humilitatem, per p̄nitentiā, per elemosinā si habetur facultas, & si dimiserint fratribus in se peccantibus. Qui iterum baptizari volunt, quantū in se est, Christum quoq; iterum crucifigere volunt, & derisioni habere, hoc est, enim illum ostentui habere, sed nō potest fieri, quoniā sicut Christus semel mortuus est in carne in cruce, ita & nos semel mo-

ri possumus in baptisate peccato. [Terra enim sepe super se venientē bibens imbrē, & generans herbā opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionē a deo] Hoc paradiigmate arguit Iudęos qui sepe biberūt imbrē cęlestis doctrinę sed nunq̄ germina fidei bonorūq; operū protulerūt. Ponit autē primū comparationē de bona terra, ac deinde de mala, Terra, inquit, bibens imbrem. i. sanctę & bonę voluntatis anima accipies gratiā spiritus sancti, imbrēq; diuinorū eloquiorū & generas herbā opportunā, hoc ē, virtutes bonas, fidēq; perfectā p̄ferens suis p̄dicatoribus, a quibus excolit, siue sibi metipsi accipit benedictionē vitę eternę: vel abundantiam virtutum, & refert fructus tricesimos, sexagesimos, pariterq; centesimos. Nihil enim opportunius fructu de perfecta fidelium dei cū vita optima. Proferens ergo Apostolus hoc exemplum de anima florente in virtutibus, deiq; benedictione digna, mox subiūxit aliud paradigyma de illa quę suam negligit salutem, dum frequēter imbrē cęlestis doctrinę possit suscipere [proferens autem spinas ac tribulos, reproba est & maledictioni proxima] Per spinas ac tribulos p̄ctiōnes peccatorum possumus intelligere, quibus p̄gitur anima, de quibus dominus dixit Adā. Terra tua spinas ac tribulos germinabit tibi, id est, ca. Gen. 3. ro tua p̄ctiōnes peccatorum & aq̄leos vitiorum proferet tibi. siue p̄ spinas & tribulos, curas superfluas, sollicitudinesq; istius seculi debemus accipere, de quibus dominus in euangelio dicit: Cura istius seculi & sollicitudines diuitiarum suffocant verbum, ita vt infructuosum reddatur. Anima igitur proferens p̄ctiōnes peccatorum, curisque seculi & sollicitudinibus diuitiarum occupata, reproba est: hoc est: laude indigna & maledictioni proxima. Notandumq; quia non dixit maledicta est: sed maledictioni proxima. Quandiu enim referuatur ad p̄nitentiā quasi nō est maledicta. sin vero p̄nitentiā noluerit agere: iā maledicta erit, vnde & sequitur [cuius cōsumptio] id est, si nis illius animę in prauo opere & perseuerantia in malo vsq; ad exitum vitę [in cōbustionē] subaudis ignis eterni erit quasi diceret: Non quidem quādiu spatium p̄nitēdi habet maledictioni proxima est: sed si permanserit in iniquitate sua, combustioni eterni supplicij subiacebit. Hęc

enim cōbustio non erit nisi his qui vsq; in finem vitæ suæ permanerint in peccatis suis: quia in quacūq; die cōuersus fuerit peccator, vita viuet, & nō morietur. Postquā sufficiēter increpauit eos, terruit ac percussit blandiendo iterum alloquitur eos, ne desperatos redderet: sed tñ neq; in omnibus adulaſt, neq; in omnibus pcutit. Dicit ergo [Cōfidimus autē de vobis dilectissimi meliora & viciniōra saluti tamen: si ita loquamur] Quia non habuit vnde eos ad presens laudaret, laudat eos de spe futurorū quā habebat de illis quasi diceret: Non dicimus hoc veluti putantes vos spinis plenos, sed timētes ne tales efficiamini. Melius est em̄ vos verbis terreri, quā de rebus doleatis. Optima quēq; opa de vobis cōfidim⁹, vestreque saluti p̄ficua: quā ita loquamur. Nā quod superius diximus de reprobā terra & cōbustionibus p̄xima nō de vobis hoc diximus, quā meliora de vobis credimus. Reduxit quoq; eis p̄terita bona opera illorū in memoriā: & quaten⁹ ex p̄teritis posset adducere ad bona quēq; ideo subiūxit [Nō em̄ iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis, quā ostendistis in noīe eius, q̄ ministratis sanctis & ministratis.] Ecce quō recreauit animos eorū & reformauit: p̄ctā bona opa ad mentē reuocās quia in omnipotētē deū obliuio nō cadit, ideo nō obliuiscitur operū & laborū fidelīū suorū, & in hoc est iustus, quia remunerat electos suos p̄ se laborantes, si em̄ obliuisceretur operum illorum, nec eos remuneraret. Vt cūq; iniustus putaretur, quod omnino nefas est dicere. Vnde Apo. dicit Nō, inquit, iniustus est deus, vt obliuiscat operis laborisq; vestri & dilectionis, quā ostendistis p̄ amore nominis eius in inuicem & in oēs, qui ministratis sc̄tis, & adhuc secūdū vestrū posse ministratis. De illis sanctis dicit, qui veniētes ad fidē Christi, expoliati sūt ab alijs Iudæis, quos laudat in hac epistola, dicens: Rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis: & de quibus Isaias lōge añ p̄dixerat: Et qui recessit iniquiens, a malo Iudæorū p̄dæ patuit. Istis talibus expoliatis, qui nō fuerant expoliati, prout poterant ministrabant. Quale vero quātumue desiderium haberet de salute corū sequentibus verbis ex parte exprimit. dicens [Cupimus autem vnūquēq; vestrū eandē ostendere sollicitudinē] subandis quā retro habuistis [ad expletionē spei vsq; in finē] vi

et vestrē, siue diei iudicij [vt nō se gnegessiciamini] hoc est pigri & desidēs in bono opere, & in mādatīs dei p̄ficiēdis. Desideram⁹, inquit, vos nō tātū circa verba, sed etiā in virtutibus cōuersari, non quasi p̄terita opera vestra, culpātes, sed vt de futuris solliciti sitis admonentes, hoc est, quales fuistis primū, tales cupimus & modo esse & in futurū. Et non dixit volo, quod est autoritatis diuinæ, sed quod erat paternæ dilectionis, hoc est, cupimus vnūquemq; vestrum eandem erga fratres semper ostēdere dilectionem, quam olim habuistis ad cōpletionē spei in æternam resurrectionem. Expletio em̄ spei, est adeptio rerū quas nos cōsecuturos speramus [Verum imitatores eorū] subaudis cupimus vos esse [qui fide & patientia hæreditabūt promissiones] Hortatur iterum eos vt fide non ficta & patientia perfecta, expectent promissiones dei, & hæreditatē quam sanctis suis promissit. Quod dupliciter accipi potest, scilicet vt referatur ad patriarchas & sanctos veteris testamenti, qui multas promissiones acceperunt de Christo, & de hæreditate terræ repromissionis. Qui fidem habentes perfectam, qua crediderunt deum implere posse quæ promissit: & patientiam solidissimam, qua non in se, sed filijs suis promissiones expectauerunt implēdas meruerunt amici dei esse, & in filijs suis easdē promissiones hæreditare. Potest & ad Apostolos aliosq; sanctos referri, qui per fidē & patientiam meruerunt consequi, & hæreditare promissiones æternæ benedictionis a domino sibi omnibusq; fidelibus promissas. [Abrahæ namq; promittens deus, quoniam neminem habuit maiorem per quē iuraret, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicā tibi, & multiplicās multiplicabo te.] Vt firmiter corroboraret ea quæ superius dixerat de sanctis quos hæreditabant promissiones dei fide & patientia: idcirco vtitur exemplis. Sed mira est sapientia eius. Aliquando enim laudibus extollendo blāditur eis, aliquādo terroribus terret. Nā in superioribus terret eos ne infideles essent, & minus creduli promissionibus dei, nūc autē exemplis hortat ad patientiā & fidē vt indubitātē credāt, non solū deo dicente, verum etiā iurante per se metipsum. Si p̄mittente deo iniquū est nō credere, quam impium est deo iurante fidem non accommodare? iurauit

Gene. 13.
Gene. 22.

aút deus pater Abrahę per semetipsum, quia neminẽ habuit maiorẽ p̄ quẽ iuraret, dicẽs: Nisi bñdicẽs benedicã te &c. Repetitio verbi, cõfirmatio est rei. Nisi in hoc loco affirmatiue ponit̄ pro certe siue p̄ quia, & est sensus, Certe semp̄ benedicã te in filijs tuis semp̄q; multiplicabo te [& sic lō ganimiter serēs adeptus est repromissionẽ] hoc est, diu p̄ patientiã credẽdo sustinens cõsecutus est promissionẽ in filijs suis de terra repromissionis, quã ei promisit, dicẽs: Terrã hãc tibi dabo & filijs tuis, & insup̄ p̄missionẽ de Christo, de quo ait, In semine tuo benedicent̄ oēs gentes. Sequit̄ [Homines enim per maiorẽ sui iurant, & ois cõtrouersia eorũ finis ad confirmationẽ est iuramẽtum] quasi diceret: si hominibus in futurum credis de quibus per prophetã dicis, ois homo mendax, quãto magis dei iuramento credi debet, qui est veritas, & qui nec falli potest nec mētiri: & cui insup̄ sine iuramẽto credi oportet? Homines, inquit, per maiorẽ sui iurant, hoc est, per deũ, qui est eorum creator. Iuramentũ quoq; est finis cõtentionis eorũ ad confirmationẽ quia per iuramentũ credẽdum est, nec debet post modũ querela fieri iuramẽto cõpleto, sed finis cõtentionis debet esse iuramẽtum sub cõfirmatione. [In quo] subaudis iuramento, vel propterea quia confirmatio rei, iuramentũ est. [volens deus ostẽdere abundantius immobilitatẽ con filiĩ sui hæredibus pollicitationis] id est, patribus siue promissionis hæredibus. [interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est deum mentiri, fortissimum solatiũ habeamus,] id est, firmiter illi credamus [qui confugimus credendo ad tenendã propositã spem.] hoc est, ad accipiendã promissam remissionem vel remeurationem. Duas res immobiles hic debemus accipere promissionem dei de Christo qua dixit. In semine tuo benedicentur omnes gentes, & iusiuradum illius quod dixit Per memetipsum iuravi tibi. Promissio enim illius est immobilis, quia non potuit mutari, & iuramentum illius veridicũ est. Quidam enim rem immobilem, vnam intelligi volunt promissionem & iuramentum illius: alteram autem completionem ipsius rei. Propositam vero spem, dicit veritatẽ rerũ gestarum promissionem videlicet patrie celestis, ad quam percipiendam cõfugimus per fidem [quã] spem

Ibidem,

[sicut ancoram habemus aĩę tutam ac firmã] Sicut ancora proiecta a nauĩ non permittit eam circumferri neq; periclitari, licet v̄tĩ cõmoueant eam, sed iactata firmiter tenet nauem inter pcellas & fluctus ita fides spe futurorum honorum roborata, firmat mentẽ nostrã inter prospera huius seculi & aduersa, & introducit nos in spem rerũ, quam modo fide & spe tenemus. Ideoq; addit Apost. dicens. [& incendẽtẽ vsq; ad interiora velaminis.] Interiora velaminis vocat secreta regni cælõrũ & grauidã patrie celestis. Psa. 4. Velũ enim quod erat ante sancta sanctorũ, significat cælũ. Quã vero erant intra velũ, secreta sunt regni cælõrũ. Spes aut̄ interiora velaminis penetrat, dũ per mentis cõtẽplationẽ futura bona cõspicit, dũ celestia p̄mia absq; vlla dubitatiõẽ credit sibi prouenire, sperat, amat, operibusq; ostẽdit quod credat & quid speret. Si hãc spem non habuerimus, vtq; submergeremur, nõ tantum in spiritalibus, verum etiã in carnalibus sicut submergetur nauis nõ habens iactatã ancorã. Sed si voci prophetæ obaudierimus dicẽti, iacta super dñm curã tuã, & ipse te enutriet, tũc nostra spes fixa i interiora velaminis, nulla infidelitate mergi poterit. Sequit̄ [vbi præcurfor p̄ nobis introiuit Iesus, p̄t̄ifex factus] & cõstitutus a deo patre [in eternũ secundum ordinẽ Melchisedech.] Vt firmiorem nobis spem adderet, ideo hoc de Christo subiixit. Præcurfor autẽ dicitur a præeundo & præcurrẽdo, & est alicuius præcurfor, sicut Ioãnes Christi. Cõsiderandũ autem, quia nõ dicit simpliciter, Introiuit Iesus in interiora velaminis, sed cum additamento, dicens: vbi præcurfor pro nobis introiuit, veluti absq; dubio nos oporteat prosequi præcurforem nostrũ. Præcurforem vero & cõsequẽtes, in eadẽ via esse cõuenit. Christus itaq; resurgẽs a mortuis, præcurrit nos ad altitudinẽ cælõrum, factusq; est nobis præcurfor, aperiendo nobis cælum & gaudia patrie celestis reddẽdo. Si ergo volumus subsequi præcurforem nostrum, debemus sicut ille, & ipsi ambulare. Hoc autem ad naturam humanitatis filii dei refertur, in qua semetipsum obtulit deo patri in ara crucis sacrificium salutis nostrę. Quare Christus secundũ ordinẽ Melchisedech dicat̄ existere sacerdos, satis aperte (vt reor) paulo superius ostẽsum est. Sed quod dicit introisse illum

in interiora velaminis more pontificum Iudæorum loquitur, qui semel in anno ingrediebantur intra velum in sancta sanctorum oraturi in templo pro populo, sic & Christus secreta regni cælorum penetrās, orat assidue pro salute fidelium suorum.

CAPVT VII.

Id enim Melchisedech rex Salem, sacerdos dei summi [qui obuiauit Abraham] subaudis fuit, [qui obuiauit Abraham regresso a cæde regū, & benedixit ei, cui & decimas oīm diuifit Abraham] Tradunt hebræi ipsum Sem primogenitum Noe filium, qui eo tēpore quo nat⁹ est Abraham habuerit annos ̄tatis ducentos nonaginta duos, eoq; tēpore quo mortuus est Abraham, habuerit annos quingētos sexaginta quinque & ita superuixerit Abraham annis trigintaquinque. Quibus expletis, facti sunt omnes dies vitæ suæ sexcēti anni. Nec est mirum, si Abraham obuiā processerit, eiq; panem & vinū obtulerit, quod abnepoti suo iure paternitatis debebat, & benedixerit ei, decimasq; prædæ atq; victoriæ ab eo acceperit, sicut sacerdos summi dei excelsi nō falsorum deorum & idolorum, qui fuit etiam rex salem. Salem autē (sicut Beatus Hieronymus dicit) Nō est putanda Hierusalem, vt Iosephus historiographus, nostrorumq; arbitrāt plurimi, sed iuxta opidum est Scytopolim, quæ vsq; hodie appellatur salē siue salim, de quo (teste beato Hieronymo) in euāgelio legitur. Erat autē Ioannes baptizans in Ennō iuxta salim quia aquæ multæ erāt ibi. Idcirco autē fit ista varietas noīm, quia hebræi multis in locis per cōsonantes solūmodo scribūt, subtractis vocalibus, atq; ita secundū arbitriū legētis pronūciatur, non vno semper eodemq; modo ostēditur autē in eodem oppido palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarū ostēdens veteris operis excellentiā, ad quā ciuitatē siue oppidū legitur etiam Iacob descēdisse, quæ fuit in terra canaā regionis sicheim. Considerandum quoq; quod Abraham de cæde hostiū reuertens quos persecutus est vsq; Dan, nō in via reuersionis habuit Hierusalem, sed potius salem oppidū supra memoratum. [Primum quidē qui interpretatur rex iustitiæ, deinde rex salē quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem habens vitæ.] Sæpe beat⁹ Apostolus Melchisedech in typū domini saluatoris intro-

ducit. Quauis em̄ pene omnes sancti & patriarche & phete prioris tēporis, in aliqua re figuram xp̄i expresserint tñ Melchisedech specialius, qui nō fuit de gñe Iudæorū, i ty po præcessit sacerdotiū filii dei, de quo deus pater dicit in Psal. 110. Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretari possumus, sicut iā supradictū est, s. quod solus rex fuerit & sacerdos: & ante circumcisionem functus sacerdotio vt nō gentes a Iudæis, sed Iudæi a gētibus sacerdotiū acciperent neq; vnctus oleo visibili, vt mosaica præcepta cōstituunt, sed oleo exultatiōis fideiq; puritate, neq; carnis & sanguinis victimas imolauerit, sed pane & vino simplici puroq; sacrificio Christi dedicauerit sacerdotium, sed primum (vt Apo. dicit) in hoc assimilatur filio dei quia interpretat⁹ rex iustitiæ, melchō etem̄ siue melchiregē sonat sedec vero, iustus siue iustitia. Et quis est ver⁹ rex iustitiæ, nisi xp̄s, qui dicit in Psal. Ego autē cōstitutus sum rex ab eo. Ipse enim iuste & recte regit & gubernat electos suos, iustitiæ amatores effectos, deinde autē assimilant⁹ filio dei p hoc quod dicit⁹ rex pacis, quod pertinet ad Christū. Salē interpretat⁹ pax, Christus igit⁹ nos iustificat, qui est rex iustitiæ, & ipse pacificat oīa quæ in cælis & quæ in terra sunt q nascēdo & moriendo & resurgendo atq; ascendēdo pacem attulit mūdo qui scdm̄ diuinitatē sine initio & sine rex est æterno patri cōternus, quāuis ex temporalī matre tēporalis esset. Sicut em̄ istius Melchisedech nō legimus initium vel finē, in scriptura sacra: sic nō nouimus filij dei initium vel finē quia nō habet aliquid horū in natura deitatis, & in hoc est similitudo, quod nec illi⁹, nec istius initium legitur vel finis, illi⁹ quidem quia nō est scriptū: istius autē, quia omnino nō est. Neq; em̄ sub quo nat⁹ est Melchisedech legit⁹, neq; qñ mortuus est narrat⁹, sed subito introducit⁹, sicut & Elias. Nec oīno credendū est quod Melchisedech sine patre, aut sine matre esset, sū xp̄s quoq; secundū vtrāq; naturā, & patrē habuerit & matrem, sed propterea hoc dicitur de illo, quia subito introducit⁹ in diuina scriptura, sicut diximus, & genealogia illius non commemoratur de quo etiam dicitur quod assimilatus filio dei, in his omnibus superioribus dictis [manet sacerdos in æternum,] non in se, sed in Christo

Nam Melchisedech mortuus est, sed figura eius aeternaliter in Christo manet. Similitudo autem hic non pro equalitate ponitur, sed pro figura [Intuemini autem quatus sit hic cui decimas dedit de principibus Abraham patriarcha,] convertitur fermonem suum ad eos qui gloriantur se filios esse Abraham & nobilitate generis ab illo ducere se iactant, unde in euangelio. Dominus eum proponere conabantur, cum dicerent. Numquid tu maior es patre nostro Abraham? Ut ergo illorum confunderet superbiam Apostolus dixit, Intuemini & attendite diligenter, quatus fuerit hic Melchisedech sacerdos dei summi, cui decimas dedit Abraham patriarcha de principibus id est de melioribus spolijs. Quibus verbis vult ostendere, maioris dignitatis & honoris fuisse Melchisedech quam Abraham ac per hoc maius & sanctius fore sacerdotium Christi quam Iudaeorum, quasi diceret. Quem vos excellentiore omnibus hominibus estimatis, hic decimas obtulit Melchisedech qui in figura Christi precessit. [Et quid de filiis Leui sacerdotium accipientes mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem], id est a fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Tanta est inquit excellentia sacerdotij, ut etiam ipsi qui eundem habuerant progenitorem, & ab uno patre descenderant propter excellentie meritum quo meliores erant fratribus suis, utpote Aaron, qui inter viuos & mortuos stans, iram domini placavit, sacerdotij dignitatem adipisci mererentur, ac propterea nisi Melchisedech maioris dignitatis esset quam Abraham, nequaquam Abraham alienigenae decimas dedisset, sicut Aaron maioris meriti fuit quam fratres illius reliquarum tribuum. Dicit ergo. Et quidem de filiis Leui accipientes sacerdotium, sicut accepit Aaron & filij eius, mandatum & praeceptum habent secundum legem sumere decimas a populo, quasi meliores illis, & hoc a fratribus suis, cum vnum eundemque habuissent progenitorem iuxta quod Apostolus manifestat, dicens, Quamquam & ipsi fratres Leui exierint de lumbis Abraham. [Cuius autem generatio] id est Melchisedech, [non annumeratur in eis] id est in filiis Leui [decimas sumpsit Abraham, & hunc], id est Abraham [qui habebat repromissiones] de filio dei [benedixit.] Ille Melchisedech: Hic ostendit incircumsusum sacerdotem: circumsusum sacerdote multo esse sublimiorem. Quomodo ergo hoc ostenditur? Vtique, quia ipse

Leui ex quo sacerdotale genus ortum est, decimatus est a Melchisedech in lumbis progenitoris sui iamque erat Abraham circumcusus, iamque promissionem a deo acceperat quod in semine eius benedicentur omnes gentes: quando benedictus est a Melchisedech sacerdote incircumsus, dans ei decimas totius praedae. Benedicens autem eum Melchisedech, dixit. Benedictus Abraham deo excelso, quo protegete, hostes in manu eius prostrati sunt, & alia quae sequuntur in eodem loco. [Sine vlla enim contradictione quod minus est a meliore benedictus] quasi diceret. Omnibus luce clarius videtur, quod minor a maiore benedicitur. Unde Abraham quasi minor a Melchisedech tanquam a meliore benedictionem percepit. Proinde maior ac melior est typus Christi, quam illiusque promissiones de Christo habebat [Et hi quidem morientes homines decimas accipiunt, ibi autem contestatur, quia viuit.] Hic, inquit hoc est, in presenti seculo vel in templo quod adhuc stabat, morientes homines: filij videlicet Leui qui mortales ac moribundi sunt decimas accipiunt, ibi autem, id est in alia vita, vel loco ubi dicitur de Christo, Tu es sacerdos in aeternum, contestatur deus pater cum iuramento, quia viuit Christus. Unde dicit Psalmus, iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. [& ita dictum sit, per Abraham & Leui qui decimas accepit,] In filiis suis, vel accepit haec a fratribus suis [decimatus est] a Melchisedech [adhuc enim in lumbis] hoc est propagine seminis. [patris erat Leui quando conuiauit ei Melchisedech.] Quomodo dicit Leui decimatum a Melchisedech, cum nondum natus esset, praesertim cum & filius fuit naturalis Iacob? Vtique non est in se decimatus, sed in Abraham, de cuius progenie descendit. Quando enim Abraham decimas obtulit Melchisedech, in illo omnes filij eius dederunt quapropter dicit Apostolus, quia Leui eius decimas accepit in filiis suis a fratribus suis, decimatus est per Abraham siue in Abraham, quibus verbis declaratur quia nisi sacerdotium Melchisedech qui in figura sacerdotij Christi precessit maioris dignitatis esset, nequaquam Abraham, omnemque filij eius ab illo decimati essent. Dum enim sacerdotium a sacerdotio decimatur, maioris dignitatis vnum altero ostenditur. [Si ergo consummatum per sacer-

dotium Leuiticum erat populus enim sub ipso legem accepit quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium exurgere sacerdotem & non secundum ordinem Aaron dicitur. Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. [Hinc incipit iam plenius differentias noui testamenti ostendere dicens, Si consummatio, i. perfectio vite atque iustificatio, per sacerdotium leuiticum fuit quid necesse fuit alium exurgere sacerdotem secundum ordinem Melchisedech? Nam quia Aaron primum post legem datam sacerdotem fuisse de tribus leui, nulli dubium est, ideo sacerdotium quo functus est, Leuiticum nominauit sacerdotium, vel certe, quia ipse Leui in filiis suis iunctus est ipso sacerdotio. Nam abnepotes illius susceperunt illud Moyses, & Aaron cum reliquis fratribus suis ex eadem tribu. Nam Leui genuit Caath, Caath vero Amram: Amram autem genuit Moysen & Aaron. Ideoque dicit populum sub ipso sacerdotio legem accepisse, quia Moyses & Aaron principes erant illis temporibus in populo, qui ipsam legem administrauerunt de tribu sacerdotali existente ergo sacerdotio leuitico multo melior est ordo sacerdotij Melchisedech, quod tyrum gerebat sacerdotis nostri nequaquam enim dixisset secundum ordinem Melchisedech, si illud sacerdotium Aaron melius esset, sub quo populus Iudaeorum legem accepit. Si autem sacerdotium legis translatum est ad Christum secundum ordinem Melchisedech, necesse est ut & legis translatio fiat hoc est a lege Moysi necesse est transire ad legem euangelij. Neque enim potest sacerdos sine lege & sine testamento esse & sine preceptis. Summis nisibus laborabat Apostolus ut a lege Moysi faceret eos transire ad legem euangelij, a carnalibus ad spiritalia.] In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario prebito fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. In quo enim ait, hæc dicuntur, i. de quo hic dicuntur, quod est sacerdos in æternum dominum significans saluatorem, de alia tribu est, quam sacerdotali, de illa videlicet de qua nullus altario prebito fuit, hoc est, de tribu Iuda. Non enim ordine tantummodo, neque testamento vel preceptis, mutatum est, sed etiam tribu. Et quomodo translatum est sacerdotium de tribu in tribum, de sacerdo

gali videlicet ad regalem, ut eadem ipsa sit & regalis & sacerdotalis in Christo, quod est rex & sacerdos? Intuere mysterium. Primo fuit regale sacerdotium in Melchisedech, secundum consequentiam huius sermonis, secundo autem fuit sacerdotium solummodo sacerdotale in Aaron, tertio autem fuit iterum regale sacerdotium in Christo, sicut & primo. Unde & ecclesia modo regale sacerdotium habet dicente Petro. Vos enim genus electum, regale sacerdotium. Tribus ergo Iuda ex quo dominus ortus est per virginem Mariam, cum semper regia esset, & nunquam sacerdotalis in Christo fuit utrumque & regalis & sacerdotalis translato ex toto sacerdotio a tribu Leui, quæ antea sacerdotalis erat [Et amplius adhuc manifestum est, si secundum ordinem Melchisedech exurget alius sacerdos qui non secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim] deus pater loquens ad filium [quonia tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.] Defectus dictionis isto in loco habet satis necessarius, quapropter nunc dicatur ita. Et amplius adhuc manifestum est, subaudi, destructum esse sacerdotium legis per hoc quod Christus non secundum ordinem Aaron dicitur sacerdos esse in æternum: sed secundum ordinem Melchisedech quam per hoc, quia de tribu Leui non fuit. Quod etiam dicit, si secundum ordinem Melchisedech exurgeret alius sacerdos: non dubitative loquitur: sed affirmatiue quasi diceret, Amplius adhuc per hoc demonstratur destructum esse sacerdotium legis, quia secundum ordinem Melchisedech surrexit Christus alius sacerdos, qui non secundum carnalis mandati legem factus est sacerdos sicut Aaron. Legem carnalis mandati vocat, quia ex maxima parte carnalis erat, carnalia precipiens, in circumcisione: in mutatione corporis, in hostijs & oblationibus carnalibus, in discretione ciborum dierum ac temporum, dicens, Mane extra castra, laua corpus tuum, offer hoc vel illud, abstine ab his cibis, obserua ista tempora: ceteraque his similia, quæ omnia morte finienda erant Christi autem sacerdotium spiritale est, & secundum virtutem vitæ insolubilis, i. secundum potentiam vitæ indeficientis, quæ nullo interueniente mortis metu solui poterit. Habet enim Christus in se vitam insolubilem: quia quantumuis ad tempus mortuus esset in carne tamen viuit in æter-

num diuinitate, & insuper humanitate, postquā victor a mortuis resurrexit vnde deus pater cōtestatur iurādo quā viuūt dicens per Psalmistā. Tu es sacerdos in æternum [Reprobatio quidem fit præcedentis mandati] hoc est legis Moyssi [propter infirmitatem eius & inutilitatē.] Infirmitatem vtriq; in hoc habebat lex: quia operātes non valebat adiuuare, inutilitatem vero in hoc, quia nemini regnū cælorum valebat aperire. Vnde sequitur [Nihil enim ad præstū adduxit lex.] Quid enim. Nihil profuit lex, profuit quædam aliquid corpora mundādo, peccata leuia relaxādo: sed nihil ad hoc profuit, vt perfectos facere potuisset seruientes in ea, quoniam grauiora peccata nō tollebat, nec ianuā regni cælestis alicui aperiebat. Quapropter reprobata est, vt gratiæ daretur locus, in qua perfectio cōstat: vtilis quidē fuit fidem habētibus in Christo, non illis qui totā sp̄ suam in eius carnalibus obseruationibus ponebant [Introductio vero melioris spei] subaudis, est modo in gratia [per quā] sp̄m [proximamus ad deū.] Habuit quidē lex sp̄m, sed non talem qualē gratia præstitit. Sperabant enim beneplacentes legemq; custodientes possidere terrā, & iuxta illud, si volueritis bona terræ comedetis, nihilq; erūnosum patri prospere viuere, sicut dictum est, q; fecerit eam iuet. Hic autem speramus, quia placentes & euangelia præcepta custodientes, non terrā possidebimus: sed cælum, insuper etiā quod cælo multo melius est speramus proximi deo cōsistere, ad ipsum paternum solū peruenire, & ministrare ei cū sanctis angelis, iuxta quod saluator ait in euāgelio. Fulgebūt iusti, sicut sol in regno patris sui, erūtq; sicut angeli dei in cælo. Hoc vero sacerdotium, per quod hāc gloriā possessuri sumus, non est sine iureiurādo, vt firmā dei promissionem credamus. Vnde Apostolus subdit [Et quantum est] subaudis firmū istud sacerdotiū Christi de quo loquimur vtriq; multum est: quia [nō sine iureiurādo] firmatum est [Alij quidem sine iureiurādo facti sunt sacerdotes] vt Aaron filijq; eius, quibus deus nō iurauit quod essent sacerdotes in æternum secūdum ordinem legis [hic autem] id est Christus [cū iureiurando] sacerdos factus est [per eū] hoc est per deū patrem [qui dixit ad illum, iurauit dominus] & non poenitebit eum] .i. non mutabit iuramentum suū, que

niam [tu es sacerdos in æternum secūdū ordinem Melchisedech. Inquantū melioris testamenti sponfor] siue sponfor [factus est Iesus] .i. inquantum cum iureiurādo dei patris suum sacerdotium tenet. Inquantum sacerdotiū Christi quod iuramento dei est sanctum, sua dignitate præcellit sacerdotium legis veteris, intrin præcellit etiam gratia euāgelij legem Moyssi. [Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes idcirco quā morte prohiberent permanere, hic autē] .i. Christus cui pater dixit cum iureiurando, tu es sacerdos in æternum [eo quod maneat in æternum sempiternū habet sacerdotium] duas ponit hic differentias, B. apostolus quia sacerdos noster non habet finē sicut sacerdos legis, & quia cum iureiurando suum sacerdotium possessus est, quia enim sacerdotes legis mortales erant, plures facti sunt sacerdotes in ipsa lege, sicut Aaron & filij eius, idcirco quod morte pūcti prohiberentur permanere in sacerdotio. Mortuis enim patribus succedebant filij in locum ipsorum, Iesus autem solus, quia immortalis est, sempiternum habet sacerdotium, nec vllum habere poterit subsequenter, eo quod ipse maneat in æternum. Sequitur, [Vñ & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandum pro nobis,] vnde, inquit, quia Christus in æternum manet, & sempiternum habet sacerdotiū semper interpellat pro nobis semperq; potest saluare. Quia vero quidam codices habēt accedēs per semetipsum ad deum, quidam vero populi numero, accedētes, vtrūque recipi potest. Christus ergo pontifex noster, non per aliū pontificem maiorem se accedens ad deum patrem, sed per semetipsum, ideoque potest saluare in se credentes. Potest & ita intelligi quod dicit, saluare in perpetuum potest accedēs per semetipsum ad deum. Nos qui puri homines sumus, per illum accedimus ad deum patrem, quia mediator noster existens assistit dei vultui pro nobis, dirigens per illū preces nostras ad deum patrem. Vñ & sacerdotes ecclesiæ altari assistentes dicūt. Suscipe dñe sancte pater preces populi tui per dñm nostrum Iesum Christum filium tuū, Et quia semper viuūt, semper interpellat pro nobis. Alij vero pontifices qui nō semper erunt, non semper interpellāt, interpellat autem pro nobis per hoc quod naturam as-

sumpsit humanam, quam assidue ostendit vultui dei p nobis, vt miseretur secundum vtrancq substantiam. [Talis enim dicebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, im pollutus, segregatus a pctōrib⁹, & excelsior cælis factus] Nō eramus digni, nec promerebamur talem habere pontificem, sed necesse erat nobis vt talem haberemus pontificem, qui esset sanctus in interiori homine innocēs manib⁹ impollutus corpore, segregatus a peccatoribus. i. ab omni peccato immunis & a conuersatione peccatorum separat⁹ In hoc em̄ fuit separatus a peccatorib⁹, quia alij homines cum peccato concipiuntur & nascuntur, atq; ab hoc seculo cum peccato trāseunt, hic autem sine peccato est cōceptus sine peccato natus & sine peccato ab hoc mundo trāsiuit, quoniam pctm̄ nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, Factus autem est excelsior cælis, quādo quadagesima die admirandæ suę resurrectionis super omnes cælos, & super omnes ordines cælestium spiritu eleuatus est ad cōsēssum paternæ maiestatis vbi sedet nunc in plenitudine honoris & gloriæ, Potest & ita intelligi qđ dicit, talis decebat vt nobis esset pontifex quasi diceret, Iudei velut serui p timorem legis deo seruientes, legales pontifices habuerunt sibi conseruos mortales ac peccatores, qui pro semetipsis similiter indigebant offerre, nos autem quibus dictum est, Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos, & qui filij dei sumus seruendo illi amore filiationis decet vt habeamus pōtificem immortalem segregatum a peccatoribus. Sequitur [Qui nō habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes legis prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel seipsum offerendo] dñs noster Iesus Christus. Quid fecit? Vtiq; obtulit sacrificium non pro suis delictis, sed pro nostris, & semel hoc fecit non amplius, quia semel mortuus pro peccatis nostris iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Magnitudinem sacrificij Christi hic ostendit, quod semel oblatum tantum præualuit, quantum omnia sacrificia legalia non valuerunt. Vnum enim fuit, & semel oblatū & sufficit in sempiternum ad tollenda omnia peccata credentium. Pontifices autem Iudæorū peccatores erant, & ideo necesse habebāt p suis delictis hostias offerre, & ideo sacrificia illa ho-

minem iustificare non poterant, quia inconueniēs erat, vt pro homine rationali irrationale animal offerretur. Quærebatur pōtifex sine peccato, & hostia rationalis, nec inueniebatur: Inuentus est autē vnus sine pctō, Deus & homo, & obtulit seipsum rationale sacrificiū pro salute hominis rationalis, [Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes] dicit enim dominus ad Moysen in lege, Vnges Aarō & filios eius mihi in sacerdotes: sed quia illi infirmitatem, hoc est peccata habebant, quibus infirmabatur illorum anima, necesse habebant, vt pro populi, ita etiā pro suis delictis hostias offerre. Iste aut tam potens est, vt nō indigeret pro se offerre, sed insuper semel obtulit suę carnis sacrificio, omnium saluti sufficeret [sermo autē iurifurandi qui post legem est, filium in æternum perfectū.] subaudis ostendit, siue perfectum constituit sacerdotē non infirmitate grauatum: sicut lex constituit eos. Post legem factus est sermo dei patris ad Dauid de Christo cum iure iurando vbi dicitur, Iurauit dominus & non penitebit eū & c. Ponit hic Apostolus filij nomen ad distinctionem seruatorū, qui fuerūt in lege, qui serui infirmi fuerūt, siue quia pctōres, siue quia mortales erant, filiū vero pfectum ostendit, qui semp̄ viuuit, & semp̄ sine pctō est. Caput viij.

Apitulum autem sup ea quæ dicuntur] hoc est, C repetitio super ea quæ dicuntur de Christo. Quod dicto significat aliquid summum & magnū & quasi per recapitulationem præcedentis disputationis ad rem ipsam deducit auditorem [Talem habemus pontificē] qualem subaudis diximus sanctum videlicet, innocentem, impollutum segregatum a peccatoribus & qualem adhuc dicturi sumus in sequentibus [qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & tabernaculi veri quod fixit deus & non homo.] Sedem magnitudinis in cælis debemus accipere plenitudinem paternę maiestatis, in qua filius dei sedet, quę etiā designatur per dexteram. Nec est pueriliter accipiēdum, quod deus pater dexterā aut sinistram habeat qui spiritus est omnia implēs, vt ita sedeat filius in dextera illius, sicut solet filius sedere iuxta patrem suum regem: sed sic diximus, plenitudinē maiestatis, summāq; gloriā beatitudinis & prosperitatis

debemus per dexteram intelligere, in qua filius dei sedet, Sedere aut filij pro habitare ponitur. Pontifex ergo noster qui confedit in summa gloria paternæ maiestatis in caelis sanctorum minister est, Quod duobus potest modis accipit: Veniens quippe dominus in mundum per incarnationis exhibitionem, ministravit sanctis apostolis, alijsque fidelibus, & etiam qui adhuc futuri sunt panem refectionis verbi spiritibus & potum doctrinæ euangelicæ, dicens. Si quis sitit veniat ad me & bibat, & Venite ad me omnes qui laborati & onerati estis & ego reficiam vos. Ministravit illis etiam documentum fidei & gratiam baptismatis: & insuper quod maius fuit sacramentum redemptionis per passionem suam & cognitionem mysteriorum in lege & prophetis, ac postea sua ascensione ministravit nobis aditum patriæ cælestis. Ecce quomodo & quid ministravit electis suis apparatus mundo. Dicitur & aliter: Sanctorum minister erit in futurum, quando semetipsum ministrabit illis ut cognoscant eum cum patre & spiritu sancto sicuti est, cum tradiderit regnum suum Deo & patri. Unde in euangelio de se sub persona patrisfamilias loquens dicit: Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere. & transiens ministrabit illis. Transire enim dicitur, quia electos suos de iudicio ad regnum transire faciet vel a contemplatione humanitatis ad cognitionem diuinitatis suæ. Ministrabit illis cum se & patrem cum spiritu sancto eis monstrabit. Nam cibus & vita illorum visio sanctæ trinitatis erit, sicut ipse dicit ad patrem. Hæc est vita æterna ut cognoscant te cum spiritu sancto, & Iesum Christum quem misisti unum & verum deum, Tabernaculi quoque veri minister est quod constituit siue composuit deus & non homo. i. cæli quod ipse nobis administrat ut claritate siderum illius illustremur. Tabernaculum enim quod Beseleel composuit in deserto, siue quod a Salomone factum est in terra repromissionis non fuit verum quia carie & vetustate consumptum est, nec semper durare potuit, ideoque tabernaculum verum cælum vocat, quoniam in æternum stabit, nullaque vetustate consumetur. Potest & altiori sensu intelligi, ut tabernaculum verum accipiantur animæ istorum quibus ipse filius dei gaudia patriæ cælestis administrat, & in quibus ipse habitare dignatur, iuxta quod per prophetam

dicitur, Inhabitabo in illis & inambulabo, & APOSTOLVS: In interiori hominem habitare CHRISTVM per fidem in cordibus vestris, & Templum Dei sanctum est, quod estis vos. [Omnis enim pontifex ad offerenda munera constituitur unde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat] non enim potest esse sacerdos, nisi habeat quod offerat. Pontifices vero veteris sacerdotij secundum præceptum legis munera & hostias pro suis & pro populi offerrebant delictis, CHRISTVS vero, cum in sempiterna diuinitatis suæ natura non haberet quod offerret, sumpsit ex nobis quod pro nobis offerret id est, carnem humanam, seipsum videlicet quem obtulit in ara crucis. Quid ergo tam aptum immolationi, quam caro rationalis pro rationali? Et quid tam mundum pro immundis, quam carnem sine vili contagione offerre? Et quoniam quatuor in omni sacrificio considerata sunt, videlicet cui offerat, a quo offeratur, quid offeratur pro quibus offerat hæc etiam possumus hic reperire satis eleganter, Quod enim nulli sacrificium debetur, nisi soli vero deo, pontifex noster mundam hostiam pro nobis deo patri obtulit, idem existens sacerdos & sacrificium. Offerit enim sacrificium deo patri acceptum per ecclesiam suam, Dum enim nos offerimus sacramenta corporis eius, ipse offert [Si ergo esset super terram,] subaudi sacerdos terrenus secundum ordinem Aaron, [nec esset sacerdos,] secundum ordinem Melchisedech [cum essent] sacerdotes Leuitici generis [qui offerret secundum legem munera, qui exemplari & umbræ deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moyse cum consummasset] ac perfecisset [tabernaculum] oraculi. Si esset terrenus pontifex super terram, sicut Aaron, vel aliquis secundum eius ordinem immortalis & sine peccato, qui suis sacrificijs potuisset mundare genus humanum, perfectumque reddere, non esset utique sacerdos secundum ordinem Melchisedech in æternum quia satis essent qui offerrent legalia munera. Sed quia Aaron & filij eius mortales erant & peccatores, quapropter non poterant genus humanum perfectum reddere, ideo venit CHRISTVS sine peccato, qui in æternum suum sacerdotium teneret, suoque sacrificio genus humanum perfectum sine mundaret, non talis quales fuerunt illi qui exemplari

& vmbre deseruiūt caelestium. Exemplar & figura & si-
 militudo per quod alia ostenditur, sicut imago expressa in
 pariete, exemplar est & figura veri hominis. Sacerdotes
 igitur iudaeorum exemplari, i. figure & vmbrae caelestium
 mysteriorum deseruiebant, quia omnia illa similitudines
 & figurae erant istorum, quae in ecclesia modo in veritate
 aguntur. Caelestia autem mysteria dicit spiritalia, quod
 obseruatores suos in veritate ad caelestia ducunt. Nonne
 caeleste altare est fides nostra, in qua offerimus quotidie
 orationes nostras deo? [Vide (inquit) omnia facito secundum
 exemplar quod tibi ostensum est in monte.] Quonia
 auditus noster minus aptus esse videtur ad disciplinam per-
 cipiedam quam visus: non enim ita animo commendamus quae au-
 dimus, quod illa quae ipso visu percipimus, ideo non solum audi-
 tu, verum etiam visu demonstratum est Moysi a domino in monte
 tabernaculi quod facturus erat cooperare Beseleel. Unde
 dicit ei: Vide ut omnia facias secundum illam similitudinem quae ti-
 bi in monte ostensa est. Quod autem dicit, intelligendum est tam
 de tabernaculi constructione vasorumque eius, quam de sacrifici-
 is & hostijs quae ibi oblaturi essent [Nunc autem melius forti-
 or est ministerium,] sacerdotij videlicet dignitatem, [quanto &
 melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repro-
 missionibus sancitum est] hoc est firmatum, statutum, & corrobora-
 tum. Vides, inquit, quanto melior est ista celebratio illa quae
 tunc temporis agebatur. Siquidem illa exemplar, & figura,
 ista veritas est, sicut in euangelio dicitur: Lex per Moysen da-
 ta est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Nunc, hoc
 est, in hac nouissima mundi aetate tanto melius ministerium sa-
 cerdotij sortitus est Christus: quam fuisse illud legale, quanto
 & melioris testamenti est mediator. Quanto meliora sunt cae-
 lestia terrenis, aeterna temporalibus, tanto melioris testamen-
 ti dator & mediator est Iesus, & tanto melioribus promissi-
 onibus confirmatum est istud. Testamentum etenim vetus, ter-
 rena ac temporalia promittebat, dicens: Si volueritis & audie-
 ritis me, bona terrae comedetis. Et: Obserua quae percipio tibi,
 ut sis longinquus super terram ceteraque his similia, promittens
 temporalia atque terrena. Nouum vero quod per Christum
 datum est, promittit ac tribuit caelestia & aeterna, vitamque
 perfectam per gratiam baptismatis, & fidem dominicam passionis

remissionem videlicet omnium peccatorum, dicit namque euangelio.
 Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Et
 Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et: Quia
 erunt electi sicut angeli dei in caelo. Et in super quod maius est,
 quod dicitur in euangelio. Ioan. Quotquot, inquit, receperunt eum
 dedit eis potestatem filios dei fieri: Ecce quomodo melioris
 testamenti mediator & dator est Christus, & quod meliori-
 bus promissionibus confirmatum est. In hoc quoque melius sa-
 cerdotium sortitus est, quia illud temporale fuit, istud est aeter-
 num, illud non poterat hominem iustificare: nec regnum caelorum
 suis obseruatoribus referare: istud vero perfecte iustificat
 hominem, statimque ei regnum caelorum aperit. Mediator autem
 testamenti appellatur dominus, quia sicut Moyses mediator fuit
 inter deum & populum, verba dei ad populum referens
 iterumque populi ad deum: ita & Christus verba dei patris no-
 bis retulit, iterumque nostra refert ad deum. Transiens Apo-
 stolus a sacerdote & sacrificio, tunc demum testamentum dif-
 ferentiam facit, dicens [Nam si illud prius] testamenti [cul-
 pa vacasset, non utique] secundi] testamenti [locus inquirere-
 tur] hoc est, si aliud testamentum legis peccata posset aufer-
 re, ut obseruatores sui inculpabiles essent, non secundi testa-
 menti locus nunc inquireretur. Sed quia illud non fuit perfe-
 ctum, illo sublato, inuentus est locus aptus secundi testamen-
 ti, sicut [vituperans eos] id est, non approbans dignos lau-
 de, [dicit] per prophetam [Ecce dies venient, dicit dominus,
 & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda
 testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci
 cum patribus eorum in die qua apprehedi manu illorum
 ut educerem eos de terra aegypti, quoniam ipsi non permansi-
 serunt in testamento meo, & ego neglexi eos ait dominus deus]
 Ecce dies noui testamenti: & vltimae seculi aetatis venient,
 dicit dominus, & consummabo, i. perficiam super domum
 Israel & super domum Iuda testamentum nouum. Quan-
 tum ad literam pertinet per domum Israel decem tribus in-
 telligunt, quae separauerunt se a domo Dauid temporibus Ie-
 roboam: per domum autem Iuda: duae tribus Iuda & Benjamin
 cum tribu sacerdotali: quae adhaeserunt domui Dauid Altiori
 autem intellectu per vtramque domum debemus intelligere om-
 nes tam ex Iudaeis quam ex gentibus credentes, qui dei re-

Et confitendo (quod interpretat̄ Iudas) veri Israelit̄e sunt hoc est: deū mēte vidētes, quibus dñs perfecit atq; compleuit nouū testamētū, gratiā scilicet euangelij. Testamentū aut̄ nouum dicit̄ ad differentiā veteris. Vt vero altius dicamus, veteris testamētum ob hoc dicitur, eo quod hominē in vetustate peccati positum, nouū reddere nō valebat: at vero nouum testamētum dictum est, eo quod veterē hominē, i. peccato veteris hominis Adē cōmaculatū, nouū efficit in baptisinate per fidē dñicę passiois, quod nō est simile testamēto veteri, quod fecit cū patribus eorū: quia illud terrena p̄mittebat ac tēporalia, et p̄cipiebat carnalia, istud vero eterna & celestia p̄mittit p̄cipiēs spiritualia. Quā vero dicit̄: In die qua apprehēdi manū illorum, vt eos ducerem de terra ægypti, magnā familiaritatem suam omnipotens deus ostendit, quā exhibuit illi populo. More em̄ mulierū loquit̄ sermo diuinus, quæ apprehendere solent paruulorum manus, & plerunq; ad se conducere plerūq; etiā huc illucq; sustentando ne labantur, vt pote firmos gressus nō habentes adhuc. Sic omnipotens deus cum ille populus puerilis ac paruul⁹ esset: quia neq; gressus bonæ operationis habebat, neq; fortitudinem qua se posset exoluere a iugo opprimētium, tetendit manū suam eis: magnum videlicet auxiliū pietatis suæ: & extraxit eum de fornace ferrea trahens ad cognitionem suam: & amplius amore eum diligens gratissimo: simulq; deducens per deserti vastitatem: introduxit in terram omnibus meliorē. Sed quia non permanferunt in testamēto eius, id est, nō obseruauerunt quæ p̄cepit in testamento suo: neglexit eos: hoc est: dimisit eos ire secundum desideria cordis sui, iuxta quod Psalmista dicit. Notandum autem quia cum dixisset sermo diuinus: Perficiam testamētum nouum: non secundum illud quod pepigi cum patribus eorum, ne forte Iudæi possent oblatrando dicere illud testamētum destruendum esse de quo dixit ad Abraham deus. In semine tuo benedicentur omnes gētes, discrete manifestauit, de quo loqueretur, cum subintulit, dicens: In die qua apprehendi manū illorum vt educerem eos de terra ægypti. De lege enim dixit hoc, quā quinquagesimo die egressiois illorū de terra ægypti, datam esse constat in monte Sinai, in qua non perman-

serunt patres eorum, sed fecerunt vitulum conflatilem in Oreb, & adorauerunt illum, Nam illud quod pepigit cum Abraham, in Christo completum est, in quo benedicentur oēs gentes [Quia hoc est testamētū quod disponā domui Israel] scilicet credentibus [post dies illos, dicit dñs, dabo leges meas in mēte eorum, & in cordibus eorū superscribam eas, & ero eis in deū, & ipsi erunt mihi in populum, & nō docebit vnusquisq; proximum suū, & vnusquisq; fratrem suū, dicens, Cognosce dñm quā oēs cognoscent me a maiore vsq; ad minorē eorū quia propitius ero iniquitatib⁹ eorū, & peccatorū eorū nō recordabor amplius.] Magna distantia est inter legē & legē, inter scripturā & scripturam, inter doctores legis doctoresq; euāgelij, inter literā & gratiam spiritalis intelligentiæ. Nā literā legis scripta est in tabulis lapideis, gratia aut̄ spiritalis intelligentiæ data est fidelibus per spiritum sanctū per quē charitas dei diffusa est in cordibus fidelium. Hoc autem quod dicit: Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum superscribam eas, specialiter ad sanctos Apostolos pertinet, qui gratiam noui testamenti non habuerunt scriptam in tabulis lapideis, neq; in membranīs, sed in mente & in cordibus suis diuinit⁹ exarata habuerunt. Primum quidem ante dominicam passionem quando sicut Mattheus narrat, ascendit in montē, ibiq; cum illis illum prolixum sermonem habuit, vbi institutio totius perfectę vitæ continetur. Secundo vero post resurrectionem suā, quando sicut Lucas testatur, apparuit illis sensum vt intelligerent omnia quæ scripta erant in lege Moyse & prophetis & psalmis de ipso, deinde vero decimo die ascensionis suæ adueniente spiritu sancto in linguis igneis sup̄ eos reuelauit eis vt cognoscerēt quicquid mortalibus de deo sciendum erat. Quomodo enim possent euangelista tanta miracula & verba celestia post eius ascensionē scribere, nisi ea in tabulis cordis diuinitus exarata haberent? & p̄cipue B. Ioan. qui sexagesimo quinto anno post dominicā ascensionem euangelium scripsit, quomodo posset tanta de diuinitate illius proferre, quæ ipse domin⁹ eis protulit: maxime ea nocte qua cōprehensus est? Nos aut̄ partim in cordibus, plen⁹ autem in membranīs scriptum habemus ab illis nobis relictum vt in illis meditando exer-

ceamur. Quod autem subiungit, Non docebit vnusquisque proximum suum & vnusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce dominum, non ad præsens tempus referendum est, vbi inuicem docemur, sed (sicut dicit beatus Augustinus) dum loqueretur propheta Ieremias de primo domini aduentu, subito conuertit oculū mentis ad secundum, postquā nemo docebit proximum suum vt cognoscat deum, quoniā electi positi in eius contemplatione videbunt & cognoscent eū sicuti est. Nā in præsentī (sicut diximus) docemur in inuicē. Postea etiam peccatorū illorum non erit memor quoniā omnes expoliati ab omni fece mortalitatis & corruptionis corporis, & mutabilitate atque peccato resurrectionis gloria donati fulgebūt sicut angeli dei in cælis. [Dicens aut nouum veterauit prius.] Sumens Apostolus fiducia & auctoritatē ex dictis propheticis, vbi dicitur, Cōsummabo testamentū nouum super domum Israhel, ostēdit vetus iā liquidus esse finiendum. Dicendo aut, Consummabo nouum testamentū, ostendit in vetustatem redigi siue vetustū effici illud quod erat prius, vnde subiungit. [Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.] quasi diceret, Quia sermo diuinus per hoc quod dixit testamentum nouum futurum, & vetustum esse prius: datur intelligi, quia si antiquatur: & vetustum est prius testamentū, in proximo est vt intereat finemque recipiat. Hoc vero intelligendum est non de præceptis vitæ ac morum, in quibus lex manet concordans cum euangelio, sed de mandatis sacrificiorum carnalium, in quibus adueniente Christo quem figurabant, finem acceptura erat lex. Caput. ix.

Abuit quidem & prius iustificationes culturę et sanctum seculare. Prius quidem testamentū habuit iustificationes culturę, quia per diuinū cultum iustificabantur homines a leuioribus culpis: habuit & sanctum seculare, in quo seculi homines, hoc est gentiles ad iudaismum transcentes recipiebāt. Patebat enim non solū Iudeis, sed etiam gentilibus. Sanctum ergo seculare vocat locum: atriorum vbi gentiles stabant ad adorandum post Iudeos. [Tabernaculum enim factum est primum, in quo candelabra & mensa, quę] subaudis mensa vel propositio panum, [dicitur sancta] Nō de illo tabernaculo disputatū

us est hic Apostolus, quod Moyses fecit in eremo, vbi tãgummodo vnum candelabrum fuit: sed de templo quod post ea Salomon edificauit in Hierusalem, vbi fuerūt plura candelabra. Vnde quod dicit primum, non est referendum ad tempus, sed potius ad locum. Diuidit enim illud templum Salomonis B. Apostolus in duo tabernacula: & primum quidem tabernaculum appellat illam partem templi vbi erāt candelabra & mensa, sup quā ponebātur duodecim panes callidi sex hinc, & sex inde, & sup panes duę patinę aureę, plene thure: vna hinc: & altera inde, eratque ibi a sabbato vsque ad sabbatū & erat ibi altare aureum, vbi offerebatur incensum thymiamatis mane & vespere, cum qua parte templi cōprehendit altare holocaustorum, quod erat sub diuo ante fores templi dñi, in quod tabernaculū licite ingrediebantur quotidie sacerdotes, & reliqui ministri. secundū aut tabernaculum vult intelligi sancta sanctorū illā videlicet partem templi quę diuidebatur pariete, 2. obibitorum & velo, quod pendeat ante parietē vbi intrinsecus erat arca Moysi, continens in se tabulas legis & vnam aureā, in qua erat manna, virga quoque Aaron quę fronda erat. Ipsa autē arca pleno schemate erat facta, id est quoque sup ipsam erat tabula aurea quę appellabatur propitiatorij, eo quod inde loqueretur dominus Moysi & sacerdotibus, & super ipsam archam erant duo Cherubin quę alis suis obumbrabant tabulam propitiatorij, versisque vultibus respiciebant in propitiatorium. In istud secundum tabernaculum, hoc est, sancta sanctorum nemo audebat ingredi, nisi si solus pontifex semel in anno, qui accepto sanguine in vasculo ingrediebatur intus oraturus pro populo, septimadecima videlicet die septimi mensis a festiuitate paschali, quę dies appellabatur quidem propitiationis, in crastinū autem sequebatur festiuitas tabernaculorum. Spiritualliter autem illud primum tabernaculum vbi sacerdotes licite ingrediebantur, statum præsentis ecclesię significat, vbi sunt plura candelabra, sancti videlicet prædicatores, qui sibi & aliis lucent verbo & exemplis, vel etiam vbi sunt dona spiritus sancti, quibus fidelium corda illuminantur, qui per fidem in ecclesia consistunt. Et de mensa, diuina videlicet scriptura, de qua Psalmista dicit, Parastris in conspe-

specu meo mensam. Est & propositio panum in mensa, in tellectus videlicet sacre scripturae, quo quotidie reficiunt animam fidelium. Possumus & per panem intelligere corpus & sanguinem domini, quod in ecclesia consecratur. [Post velamentum autem secundum tabernaculum] subauditur est [quod dicitur Sancta sanctorum aureum habens thuribulum & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro in qua vna aurea habens manna & virga Aaron quae fronderat & tabulae testamenti.] De his singulis quomodo & qualiter essent ordinata, secundum literam paulo superius elucidatum est, quapropter spirituaia mysteria videamus. Velum post quod erat tabernaculum, quod appellabatur sancta sanctorum, causa suae dignitatis, sicut & caetera sanctorum, significat caelum, post quod sunt interiora patriae caelestis. Eleuato velo, ingrediebatur pontifex cum sanguine in sancta sanctorum, oraturus pro populo, & dominus noster pontifex cum sanguine passionis suae eadem passione perfecta, referato caelo, sancta sanctorum penetrauit, vbi assidue deum patrem exorat pro nobis. In sancta sanctorum erat thuribulum, quia Christus in secretis patriae caelestis consistit per quem orationes nostras ad deum patrem dirigimus. Arca testamenti circumtectata ex omni parte auro, caro est domini nostri saluatoris, qui autor est vtriusque testamenti, & qui interius plenus erat diuinitate, & exterius refulgebat virtute miraculorum verborumque celestium. In auro enim solet claritas sermonis designari, sicut sapientia dicit. Concupisce sapientiam sicut aurum. Vna aurea habens manna Christus est in quo manna diuinitatis est, qui dixit. Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Virga Aaron quae fronderat sacerdotij dignitas est, quae semper floret in Christo siue potentia imperialis. Duae tabulae testamenti in arca, duo sunt testamenta consistentia in Christo. Sequitur [super quae erant] id est, super arcam [duo Cherubin glorie: obumbrantia propitiatorium] Duo Cherubin regentia arcam, quae interpretantur plenitudo scientiae, duo sunt testameta, in quibus plenitudo est scientiae quae regunt Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris, quia in diuina scriptura latet. [de quibus] omnibus subauditur quid mysterij in se habeat [non est modo dicendum p

singula.] Fortassis ideo reticuit, quia multis sermonibus opus habebat, siue quia necdum erant capaces omnia capere [His vero ita compositis] & ordinatis, quae diximus esse tam in primo tabernaculo quam in secundo, hoc est, in sanctis sanctorum [in priori quidem tabernaculo] hoc est in illa parte templi in qua altare incense erat, & ante cuius etiam fores erat altare holocaustorum [semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes.] Non est ita intelligendum quod in templo super altare incensi hostias offerrent aut, vbi perficerent sacrificia victimarum, sed potius sacrificiorum officia possumus accipere incensum, ad quod offerendum semper ingrediebantur sacerdotes mane & vespere, siue consummato & perfecto ante templum in altari holocaustorum, semper ingrediebantur in templum, cum incenso. Potest & tertio modo intelligi, vt (sicut superius diximus) cum templo: altare etiam holocaustorum comprehendit, ac per hoc a parte totum voluerit comprehendere. Vtrunque tamen pro vero accipi potest. [in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia.] Secundum autem tabernaculum in quod solus pontifex cum sanguine ingrediebatur, significat interiora patriae caelestis ille vero pontifex significat Christum, qui semel ingressus est sancta sanctorum intra velum, completa passione sua, vt adisset nunc vultui dei pro nobis orans, non pro suis: sed pro nostris delictis nisi forte dicatur orare pro suis, propter communionem, quam habet cum corpore suo, quod est in ecclesia vnde dicit in passione. Deus deus meus, vt quid me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum inuenerunt. Quae sunt enim verba delictorum nisi corporis eius, quod nos sumus? Ipse enim peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius [hoc significante spiritu sancto nondum pro palata esse sanctorum via] .i. hoc significante spiritu sancto ad Moysen, nondum venisse Christum qui semel cum sanguine passionis suae ingrederet caelorum secreta. q. d. alijs verbis. Ideo solus pontifex cum sanguine intrabat in sancta sanctorum, vt discamus quia caeleste regnum inaccessibile erat adhuc mortalibus, quoad usque veniret Christus qui expleta, passione sua aperiret nobis ianuam patriae caelestis, referato velo. i. caelo. Nondum enim erat mani

festata sanctorum via ingrediendi in patriam caelestem, siue non manifesta via intelligentiæ, quia ignorabant homines quid significarent illa mysteria, Nec putemus illuc nos non posse ingredi quo pontifex, noster prius ingressus est. Ipse namque dicit ad patrem. Pater, volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum, & alibi, ubi sum ego, illic & minister meus erit. Et quia adhuc templum stabat quando apostolus ista loquebatur, & munera legalia, quæ quis sine causa ibi offerebantur, ideo subiunxit, dicens: [Adhuc priore tabernaculo habete statum, quæ] subaudis res [parabola est] hoc est, figura & similitudo [temporis instantis] siue presentis. Quod enim agebatur in templo tunc temporis, figura erat & similitudo illius veritatis, quæ iam in ecclesia complectitur. Sequitur [iuxta quam] subaudis parabolam siue figuram, [munera & hostiæ offeruntur,] adhuc ibi a sacerdotibus, [quæ] munera vel hostiæ [non possunt perfectum facere seruientem iuxta conscientiam,] Conscientia dicitur cordis scientia per quam intelligitur mens hominis. Illa, inquit, munera carnalia non poterant perfectum reddere seruientem in lege iuxta perfectionem mentis: quia non valebant mentem iustificare: dum non tollebant grauiora peccata. Neminem enim ad perfectum adduxit lex. Sed in quibus ex maxima parte mundatio legis constabat, subsequenter ostendit, inquit, [solummodo in cibis & potibus & varijs baptismatibus: & iustitijs carnis] subaudis: videbatur perfectum facere seruientem, [usque ad tempus correctionis] .i. meliorationis & emendationis [impositis] istis scilicet iustitijs carnis. Hæc iustitiæ carnales in differentiâ ciborum & potuum, ac variorum baptismatum siue lauacionum usque ad tempus dominici aduentus impositæ fuerunt, sicut & reliqua quæ agebantur in figura. domino autem adueniente correctæ sunt, hoc est, emendatæ ac in melius mutatæ. Nam per munda animalia quæ lex præcepit ut edantur significantur munda opera, per immunda vero animalia, immunda opera intelliguntur, a quibus abstinendum est. Per potus vero mundos, doctrinam ecclesiasticorum virorum, per immundos vero, doctrinam hæreticorum nihilominus debemus accipere. De baptismatibus vero Iudæorum plenius in euangelio Marci legitur, ubi vituperabant pharisæi do-

minum & discipulos eius: non lotis manibus manducare. Omnes enim lauaciones illorum, nomine baptismatû designantur. Aliquando autem manus solummodo lauant, aliquando pedes, aliquando totum corpus quando aut aliquid immundum contingunt, aut etiam si ad mortuû accedunt. Sed frustra lauant manus corpusque totum, dum continentur fonte saluatoris ablui. Nam quod propheta dicit, Lauamini mundi estote: & mundamini qui fertis vasa dñi, illi solummodo carnaliter intelligebatur: cum potius de lauacione baptismatis Christi & munditia operum dictum sit. Ista omnia imposita erant usque ad tempus correctionis: hoc est, usque ad tempus dominici aduentus. Postea vero immutata sunt a Christo in melius: quia dum carnaliter obseruabantur, munditia corporis adimplebant, dum vero spiritualiter coeperunt obseruari, munditiam animæ pariter coeperunt operari. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis. Pontifex Iudæorum qui semel in anno cum sanguine introibat intra velum in sancta sanctorum oraturus pro populo, Christum significabat sicut iam multis in locis declaratum est, qui cum sanguine passionis suæ reuerato celo ingressus est secreta patriæ caelestis, ubi nunc assistit vultui dei patris, orans pro nobis. Pontifex autem futurorum bonorum, duobus modis appellatur. Futura enim bona quæ nobis ipse administravit, fuerunt verba caelestia, passio illius, resurrectio, baptismus, remissio peccatorum: perfectaque iustificatio, quæ idcirco futura bona appellabatur, vel quia mysterijs præfigurata sunt, vel etiam quia prædicta sunt in diuinis oraculis. Altiori autem intellectu, futura bona possumus accipere gaudia patriæ caelestis, quæ nobis per Christum administrata sunt. Vnde & pontifex appellatur, eo quod pontem, .i. viam iustitiæ, viamque ad patriam caelestem ascendendo nobis exhibuerit. Alia translatio habet, Christus adueniens pontifex futurorum bonorum. Nisi enim aduenisset, nequaquam hæc futura bona nobis administrasset, neque assisteret vultui dei patris pro nobis. Notandumque quia non dixit simpliciter apostolus illum assistere, sed per tabernaculum vsus etiam comparatio gradu, dicens: Pater amplius & perfectius, Tabernaculû autem per quod

assistit deo patri, humanitas illius est, quā nisi hō fieret, ne quāq̄ deo patri assistere posset. Tabernaculū ergo corporis dominici, amplius est tabernaculo Moyſi, tabernaculo quoq̄ salomonis, quia illa manibus carnalium hōim facta sunt, hoc vero intra vterum virginis, sine semine virili, totius trinitatis opere effigiātū est. Siue in hoc est ampli⁹ & maius illis tabernaculis, quia diuinitas verbi, quę tota nō pot̄ cōprehendi in tabernaculo manufacto, in illo hōie plenissime requeſcit. Perfectius siue sanctius in hoc est illis tabernaculis, quia cū neutrum illorū sibi ministrātes sanctificā care perfectosq̄ facere posset, istud vero tabernaculū ad se accedētes & a peccatis mundare, & perfectos facere potest. Quod dixit nō manufactū, exposuit ipse, dicens, Id est, non huius creationis cuius nō sumus, quia nos fuit semine virili cōceptū. Iste est lapis quē vidit Daniel abscisum de monte sine manibus hoc est, de populo ludgorum, datū sine semine virili & coitu masculino [Neq̄ per sanguinē hircorum aut vitulorū sed per proprium sanguinē semel introiuit in sancta eterna redēptione inuēta] non cū sanguine le galii animalii, a quo perfecta iustificatio nō poterat dari: sed cū sanguine passionis suę introiuit in patriā cęlestem, quo sanguine omnes sunt redēpti, perfecteq̄ iustificati nō rēporali, sed ęterna redēptione. De hac redemptione dicit per zachariam, patrē beati Iohannis. Visitauit nos & fecit redēptionem plebis suę. Redemptio autem ad captiuos p̄tinet, & nos captiuī eram⁹ captiuati a diabolo in primo parente nostro. [Si enim sanguis hircorum & taurorū & cinis vituli aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationē carnis, quāto magis sanguis Christi, qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiēdum deo viuētī?] Si sanguis animalium irrationabiliū poterat carnem mundare, & (sicut tunc temporis videbatur) sanctificabat si quis immūsus aspersus fuisset illo sanguine multo magis sanguis Christi poterat mūdare animam nostrā & plenissime iustificare. Sed ne quis putaret plenam iustificationem & emundationem prouenire asperſione illius sanguinis legalis, subintulit Apostolus carnis emundationem secūdam legem per illum dari, q. d. Sanctificatur qui

Luce. i.

dem caro & mūdatur propter legis p̄ceptum, sed tamen anima nō expiatur. Addidit quoque differentię causam, per quam demonstrauit illum sanguinem animalium non esse immaculatum, dicēs de Christo, Qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. Spū sanctus, qui repleuit illū hominem in vtero virginali, custodiuit eum vt absq̄ peccato ab hoc mūdo trāsiret, essetq̄ immaculatum sacrificium in odorem suauitatis deo patri. Emundabit conscientiam nostram, i. mentem nostrā ab operibus mortuis. Opera mortua sunt peccata, quę animā occidunt. Sicut enim anima viuuit virtutib⁹, quę opera vitę appellātur, ita moritur vitiis & peccatis, simulq̄ trahitur ad mortem ęternę perditionis. Et bene dixit ab operib⁹ mortuis: si quis enim in lege t̄gebat mortuum, polluebatur, tamē asperſione sanguinis postea mūdabatur. Similiter qui imitatus fuerit opus mortuę anime, inquinatur, tamē per fidē dñicę passionis mūdatur. Qui enim tetigerit picē, inquinabitur ab ea tamē per fidem dominicę passionis mundabitur, hoc est, si per penitentiā & gratiā baptismatis quis fuerit ablutus ab operibus mortuis, si eadem iterum attigerit, cōtaminatur. Sequitur. Ad seruiendum deo viuenti. Hic a pertissimē ostēditur, quia opera mortua habētes non possunt seruire viuo & vero deo, quia illi mortui sunt & falsi. Si enim quis mortuum aut aliquod immundum t̄gebat, non oportebat eum intrare in templum, quāto magis quis opera mortua habens, non poterit intrare in cęlum? [Et ideo noui testamenti mediator est, vt nō morte intercedente] siue interueniēte [in redemptionē earūdem pręuaricationū, quę erāt sub priori testamēto repromissionē accipiāt qui vocati sunt ęternę hęreditatis, vbi em testamētum est, mors necesse est intercedat] seu interueniat [testatoris. Testamentū enim in mortuis confirmatum est, alioquin] i. aliter [nondū valet] firmum esse testamētū [dum viuuit ille qui testat⁹ est] Leges humanas hic videtur Apostolus tangere, quę solent testamētū quod alter alteri de hęritate sua facit, infirmum facere, quousq̄ testator ipsius testamenti morte interueniente discesserit mortuo vero illo testatore qui testamentum fecit, omnino iam firmum manet. In hunc modum testamētum vitę ęternę

quod a Christo accepimus non aliter nobis firmū manere poterat, nisi ipse morte sua illud roborasset. Tantum enim erat peccatum nostrū, vt aliter nō potuissēmus redimi & saluari nisi vnigenitus dei filius pro nobis moreretur. Et quia ad illud consequendum quod ille promiserat indigni eramus ipse nobis sua mediator factus est, vt p̄ mortem suam indebitam illam quæ nobis debebatur auferret, Et quia fortassis poterāt multi min⁹ perfecti dubitare de promissionibus domini, maxime ex eo quod mortuus est quasi infirmus, Beatus Apostolus ponit exempla ex communi consuetudine legum humanarum, ostendēs quia nō viuētibz testatoribus, sed morientibus firmantur testamenta, fortitudinemque accipiunt, Quādiu enim viuūt testator potest immutare sententiā suā, & alios atq; alios hæredes adducere in hæreditatem suā. Quapropter volens Apōstolus firmum esse testamentum, quod Christus nobis dimisit, dicens, Ideo, inquit, Christus noui testamēti mediator est, vt morte sua interueniente in redemptionem illarum præuaricationum, quæ non poterant auferri & deleri in priori testamento, deletæ sunt autē per ei⁹ passionem, vt repromissionē æternæ hæreditatis accipiāt illi, qui vocati sunt æterna vocatione. Nam nō loquitur hic de generali vocatione de qua dominus ait. Multi sunt vocati sed pauci electi, sed illa de qua idem egregius prædicator loquēs, ait de electis dei quos præsciuit hos & p̄destinavit, & quos p̄destinavit hos & vocauit, & quos vocauit, illos & iustificauit, et quos iustificauit, illos & magnificauit. Titulum autē æternæ hæreditatis ex parte i præsentī seculo iā possidemus nobis a dño datū, euangelium videlicet illius, quod obseruatores suos æternaliter cū deo facit viuere sub ministrans gratiam spiritus sancti, remissionem peccatorū cognitionem suā & pacem quā nobis reliquit pergens ad passionē suā, Pacem inquit, relinquo vobis. Istum quidē titulum hæreditatis quasi arram in præsentī habemus, sed perfecti⁹ nobis supplebitur, cum erit deus omnia in omnibus, cum tradiderit Christus regnū deo & patri, cum fuerimus perducti ad gaudia patriæ cælestis, in qua futuri sūt electi sicut angeli dei in cælo videntes deum sicuti est, & hæc erit perfecta hæreditas electorum, quam Christus in

Mat. 10.
Rom. 8.

morte sua cōfirmavit. [Vnde] hoc est, quia testamentum in mortuis cōfirmatur [nec primum quidem testamētum sine sanguine dedicatum est] id est cōfirmatum & consecratum [Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo accipiens sanguinem vitulorum & hircorū cū aqua & lana coccinea et hyfopo ipsum quoque librum & omnem populum asperit dicens. [Omnia ista in figura agebant. Nam vitulus ille, qui plerūque hostia sacerdotis erat, Christum significabat, qui verus sacerdos existens, vitulum, hoc est, semetipsum obtulit deo patri in ara crucis. Iste est vitulus, quē pius pater mactauit pro reuersione filij prodigi, Hircus quoque qui pro peccato offerebat eundem Christum significabat, qui pro peccatoribus oblatum est, iuxta quod idem Apostolus alias ait; Eum qui nō nouerat peccatum, deus pater pro nobis peccatum fecit, hoc est, hostiam pro peccato. Quod enim vetus testamentum sanguine respersum est ad cōfirmationem, similiter & populus typice significabat sanguine passionis Christi nouū testamentum cōfirmandum, & populum credentem mundandum, Aqua autem qua populus aspergebatur, aqua est baptismatis qua fideles perfunduntur Lana coccinea charitatem Christi qua pro nobis passus est, & de qua alibi dicitur deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro mundo. Hyfopus herba est humilis in petra nascens per quā humilitas designat Christi & fortitudo, qua interiora nostra purgatur. Nā huius herbe genere, pulmonū vitia purgari solent, Potest & per hyfopū poenitētia accipi, quæ fortiter peracta interiora vitia mētis purgat [Hic sanguis testamenti, quod mādauit ad vos deus] ac si diceret. Hęc est confirmatio huius testamenti, quod mandauit ad vos deus. Iste sanguis præfigurabat illū sanguinē quod de latere Christi in cruce manauit. Hoc sanguine Christi & Mat. 26. nos asperit, & testamentum suum confirmavit, sicut ipse dixit. Hic est sanguis noui testamēti in remissionem peccatorū [Etiam tabernaculum & omnia vasa mysterij, sanguine similiter asperit] Tabernaculum illi intelligendi sunt, de quibus per prophetā deus loquitur, dicens. Inhabitabo in illis, & inambulabo. Et de quibus Apostolus alibi dicit. Templū em̄ dei sanctū est quod estis vos. Vasa vero di-

1. Cor. 12

uerſa, fideles ſunt in eccleſia, diuerſa officia habentes. Quiſ
dā etem ſunt vaſa p̄dicationis ſicut Apoſtolus, de quo dñs
ad Ananiā ait. Vaſ electionis mihi eſt iſte. Quidam vero di
uerſos gradus ac varia officia habent, quę idē egregius p̄
dicator commemorans, ait. Alij datur per ſpiritum ſermo
ſapientię, alij ſermo ſcientiā, alij prophetia, alij gratia ſani
tatum & alij atq; alij diuerſa dona habent quę ſingulis
diuidit ſpiritus ſanctus prout vult. Tabernaculum ergo et
omnia vaſa illius ſanguine aſperguntur, quia vniuerſalis
eccleſia cum omnibus ſibi miniſtrantibus ſanguine paſſio
nis Chriſti mundatur. Sequitur, [Et omnia pene in ſan
guine mundantur ſecundum legem & ſine ſanguinis effu
ſione nō fit remiſſio.] Quare dixit pene in ſanguine mun
dari omnia ſecundum legem? Quoniam illis non erat per
fecta mundatio, neq; perfecta remiſſio. Corpora em̄ quā
rum ad legē pertinet mūdabātur aſperſione ſiue effuſione
ſanguinis animalia leuiaq; peccata relaxabantur, ſed ī hoc
quod maiora crimina nō tollebat, neq; perfectum hominē
reddebat nō erat perfecta mundatio. Perfecta autē mūdatio
& remiſſio in ſanguine Chriſti cōſiſtit, qui pro nobis effu
ſus eſt in remiſſionē peccatorum, ſine cuius ſanguinis effu
ſiōe nemo redimitur. [Neceſſe eſt ergo exemplaria quidē
cæleſtium hiſ] ſacrificijs & aſperſionibus [mūdari. Ipa au
tem cæleſtia, melioribus hoſtijs] mūdāt [quā iſtis] ſacri
ficia legalia, exemplaria. i. figuram & ſimilitudinē vocat.
iſta autem quę modo in eccleſia in veritate celebrātur: cæ
leſtia appellat. i. ſpiritualia quā ſp̄ritualia ſunt, & ſpirituali
ter agenda ſiue cæleſtia, eo quod iſtos qui ī veritate ea cele
brant ad cæleſtia p̄ducāt. Exemplaria, inquit, cæleſtium myſte
riorū ac rerū quę in lege agebātur ī figura iſtorū, quę mō
in eccleſia cōplētur: neceſſe erat mundari talibus ſacrificijs
typicis, & aſperſiōibus figuratiuis quia nō habebātur ve
ra ipſa aut cæleſtia. i. ſpiritualia quę in veritate modo ī eccle
ſia celebrātur melioribus hoſtijs mūdātur quā iſtis legali
bus: ſanguine videlicet paſſionis Chriſti, nā quia quę rebā
tur vera ſacrificia, quib⁹ perfecte potuiſſent hoīes mūdari
nec inueniebātur neceſſe fuit tam diu manere illa, quouſq;
vera aduenirēt. [Nō em̄ ī manu factis ſanctis Ieſus intro
ijt exēplaria verorū, ſed in ipſum cælū, vt appareat nunc

vultui Dei p̄ nobis.] Nō introiuit, inquit, Ieſus in manu
factis ſanctis, ſubaudiſ quę ſunt exemplaria verorū. Manu
facta appellat ſancta ſanctorum, quę primum manibus
Beſeleel facta ſunt in æremo, & poſtea ſimiliter manibus
operatorum in templo Salomonis; in quę non introijt I E
S V S, ſed in ipſum cælū quod non eſt manibus hominum
factum, ſed iuſſione & voluntate verbi dei extenſum. Igi
tur illa fuerunt exemplaria & figurę verorū, quia iſta ve
ra ſancta ſanctorum p̄figurabāt, quę C H R I S T V S
ſemel introijt. Introire autem dicimus I E S V M ſecundum
id quod homo eſt. Nam ſecundum id quod deus eſt, vbiq;
eſt, & omnia implet, nec in, manuſactis hominum intro
ijt ſed in ipſum cælum, iuſſione dei creatum. Nec hanc ſo
lam differentiam oſtendit: ſed etiam pontificem proximū
primum factorem, vt appareat, inquit, vultui, dei pro no
bis, hoc eſt, vt ſeipſum exhibeat præſentię paternę nobiſq;
illum propitiū reddat. Vnde Ioannes dicit, Aduocatum
habemus apud patrem I E S V M iuſtum, & ipſe eſt propi
tatio pro peccatis noſtris. [Neq; enim vt ſæpe offerat ſe
metipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta ſan
ctorum per ſingulos annos in ſanguine alieno, alioquin o
portebat eum frequenter pati ab origine mundi] Non eſt
C H R I S T V S ad hoc ingreſſus in ſancta ſanctorum, vt ſæ
pe ſemetipſum offerat quemadmodum pontifex Iudæo
rum ingrediebatur in ſancta ſanctorum per ſingulos an
nos neq; cū ſanguine alieno ſed cum ſuo, quoniam ipſe qui
ſacerdos eſt & ſacrificium, ſemel ſeipſum obtulit in ara cru
cis: at vero reſurgens a mortuis iam non moritur, mors illi
vltra non dominabitur: nec eſt neceſſe vt amplius moria
tur, quoniam ad ſalutem omnium credentium ſatis ſuffi
cit vna paſſio eius. Alioqui, hoc eſt, ſi aliter eſſet, vt ſemel
paſſus nō prodeſſet omnibus ſepius oporteret eum crucifi
gi ab origine mundi, hoc eſt, quot fuerūt electi & quot fu
turi ſunt pro ſingulis mori illū oporteret, ſi eos redimere
vellet: ſed noluit niſi tantum ſemel mori, quia vna morte
illius redemptio facta eſt. [Nunc autem ſemel in conſum
matione] hoc eſt, in fine [ſeculorum] in nouiſſima æta
te [ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam apparu
it,] hoc eſt, per corpus ſuum quod fecit hoſtiam pro

1. Ioan. 2.

Ro. 6.

peccato, Semel, inquit, in fine seculorum ad hoc apparuit, ut per hostiam suam destrueret peccatum. Merito tunc apparuit, quando multa erant peccata, ut ostenderet diuitias gratiæ suæ. Si enim in principio fieret, fortassis nullus crederet & hoc semel in cōsummatione seculorum, per propriū sanguinem, non per alienū, [Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secūdo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem] Sicut hominibus statutū & decretū est, ut nō possint mori nisi semel, postea autē accipiāt iudicium, hoc est prout vnusquisq; gessit in corpore siue bonum, siue malū, sic & Christus semel oblatus est a semetipso ad multorum tollenda peccata, nec potest amplius mori, sed nec indigemus. Notandum autem ad multorum tollenda peccata illud esse oblatum: & non omnium quia non omnes credituri sunt. Tale est quod & ipse dominus apostolis ait. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro vobis & p multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod autē sequitur, secūdo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem, tale est ac si diceret. Primū quidem ille apparuit per hostiam suā, hoc est, per corpus mortale, quod fuit hostia pro peccato, secūdo autem apparebit sine hostia pro peccato, quia iā nō erit hostia pro peccato, sicut prius fuit. Non enim poterit deinceps mori. Sicut enim vnusquisque nostrum post mortem recipit iuxta opera sua, ita Christus deuicta morte, & adepto regno: secūdo apparebit expectantibus se in salutem: ut iuste vindicet suos, qui iniuste passus est ab alienis. Melior est hæc apparitio expectantibus se in salutem, quam communis visio: de qua dicitur, Videbit eū omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hoc est ergo secūdo apparere sine peccato iam non videri in similitudinem carnis peccati, sed nec aliorum peccata portantē in corpore suo super lignum, sicut in primo aduentu fecit, nec interuenire amplius pro peccatis: sed vindictam exercere in peccantes.

CAPVT X.

Mbram enim habens lex futurorū bonorum nō ipsam imaginem rerū per singulos annos eisdē ipsīs hostijs quas offerūt indefinēter, nunq̄ potest

accedentes perfectos facere.] Ordo verborum est, Habens lex vmbra futurorum bonorum nō ipsam imaginem rerum, nūquam potest accedere ad se perfectos facere eisdem ipsīs hostijs quas offerūt indefinēter per singulos annos. Futura bona duobus modis intelligēda sunt, videlicet vel sacramēta quæ in veritate in Christo & in ecclesia cōpleta sunt quæ futura erant ut venirent, vel etiam gaudia patriæ cælestis. Vmbra autem vocat figuram & similitudinē, imaginem autem pro veritate ponit. Multifariā igitur sacramenta Christi & ecclesiæ per figurā ostendebat, donec veniret ipsa veritas Christus, qui interiorē eisdē figuræ sensum data gratia spiritu sancti ecclesiæ suæ patefaceret, simulq; moriendo in cruce, omnia illa sacramenta reuelaret. Nunquam autem potuit accedere ad se perfecte mundare eisdem ipsīs hostijs quas semper offerebant ipsi sacerdotes p singulos annos. Eisdem enim ipsas hostias irrationabiles offerebant omnibus annis: arietes videlicet, boues, hircos, turtures, & columbas. Sequit̄ [Alioquin cessassent offerri, ideocq; nullā haberent vltra conscientiam peccati cultores illius semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit] Alioquin, hoc est, si ab omnib⁹ essent liberati peccatis cessassent offerri illę hostię eo quod nullam haberent vltra conscientiam. i. memoriam & recordationem peccatorum illorum a quibus cultores illius semel mundati essent. Sed quia hoc nō potuit fieri: & nunquam potuerunt maiora & criminalia peccata illis sacrificijs mundari, fit per singulos annos commemoratio peccatorū in ipsis hostijs, verbi gratia, Si obtulisset q̄s presenti anno hostias pro peccato adulterij, aut sacrilegij, aut patricidij, necesse erat, ut omnibus annis id ageret qm non poterat perfecte expiari ab illo piaculo, Proinde acusatō peccatorum fuit quod fiebat, non solutio infirmitatis, non virtutis ostensio. In eo enim quod semper offerebantur, redargutio peccatorum erat, in eo autem quod semp̄ necessaria redargutio infirmitatis eiusdem sacrificij. Propter hoc, inquit, impetrauit semper offerri propter infirmitatem, quia non poterat perfecte mundare: & ut memoria & redargutio peccatorum fieret. Quid ergo dicendum est? Nunquid & sacerdotes nostri quotidie idem nō

agunt dum offerunt assidue sacrificium. Offerunt quidem sed ad recordationem facientes mortis eius. Et quia nos quotidie peccamus, quotidie indigemus mundari. Et quia ille non potest iam inori, dedit nobis hoc sacramentum corporis & sanguinis sui ut sicut passio illius redemptio & ablutio fuit mundi, ita etiam ista oblatio, redemptio & mundatio sit omnibus in vera fide offerentibus, bonamque intentionem habentibus. In hoc enim differt ab illo veteri sacrificio saepius repetito istud nostrum quod similiter repetitur, quia istud est veritas, illud figura, illud perfectum reddit hominem illud minime, & istud non causa infirmitatis suae repetit: quod non possit perfectam conferre salutem, sed in commemorationem passionis CHRISTI, sicut ipse dixit hoc facite inquit, in meam commemorationem, & vna est haec hostia non multae sicut illae erant. Quomodo vna est & non multae, cum & a multis & diuersis in locis diuersisque temporibus offeratur. Attentissime ergo animaduertendum est, quia diuinitas verbi dei, quae vna est & omnia replet, & tota ubique est ipsa facit ut non sint plura sacrificia: sed vnum sacrificium, licet a multis offeratur, ut sit vnum corpus Christi cum illo: quod suscepit in utero virginali, non multa corpora. Haec nunc quidem aliud magnum, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offerimus semper, sed id ipsum aequam magnitudinem habetis. Proinde vnum est hoc sacrificium Christi, non diuersa, sicut illorum erant. Nam si aliter esset, quoniam in multis locis offertur, multi essent Christi, vnus ergo Christus ubique est, & hic plenus existens, & illic plenus, vnum corpus ubique habens, & sicut qui ubique offertur vnum corpus est non multa corpora: ita etiam & vnum sacrificium. Sequitur [Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata] Quae ratio esse poterat ut rationalis homo sanguine irrationalis animalis mundaretur? Quapropter et si leuiora peccata per ista sacrificia purgabatur, corpusque mundabatur, quantum ad legem pertinet, tamen impossibile erat criminalia & grauiora peccata illis sacrificijs mundari. Vnde neminem ad perfectum adduxit lex. [Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluiisti corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi ecce ve-

nio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus voluntatem tuam.] Anteriores hostiae ostenduntur his verbis: inuitiles esse ad integram perfectamque mundationem & forma magis fuisse, nec esse acceptabiles deo, quoniam ab initio non placuerunt ei. Non est putandum quod omnipotens deus nondum dore carniū & concrematione animalium vnquam delectatus fuerit, licet legatur odoratus esse odorem suauitatis, sed fide & desiderio offerentis, vnde & per Hieremiam dicit. Holocaustomata vestra non sunt mihi accepta, & victimae vestrae non placuerunt mihi, & per Isaiam. Ne offeratis (inquit) ultra sacrificium mihi, incensum abominatio est mihi. Qui maculat bouem, quasi qui excerebret canem. Sed questio hinc potest oriri non modica, quare imperauerit ut offerri debuissent, si illi non placuerit, nec voluntatis illius fuit? Quae gemina solutione potest solui. Consideras deus omnipotens animos ludaeorum pronos ad idola colenda, & ritum gentium imitandum, imperauit eis multa & grauiora sacrificia offerre, ne otiosi sine sacrificijs sedentes, in cultum deorum alienorum, cum vidissent alios offerre, in ciderent, maluitque sibi offerri a se creata, quam idolis demoniorumque portentis, imposuitque illis in seruitutem, non in iustificationem, quia non est eius voluntas talia offerri, tali modo & egregius praedicator, utpote creatura creatorem sequens suis in dictis peregrit: dicens: volo omnes homines esse sicut me ipsum, id est, castos & continentis: & iterum: volo (inquit) iuuenes nubere, filios procreare, propter fornicationem & adulterium. Ecce duas voluntates constituit, sed tamen non sunt eius ambiguae. Primum dicens: volo omnes homines esse in continentia sicut me ipsum voluntatem suam expressit. Secundo vero volo iuuenes nubere: incontinentiae causa taliter locutus est propter fragilitatem carnis. Similiter non erat voluntas omnipotentis dei talia sacrificia offerri, sed propter infirmitatem illorum praecipit. Vnde de superius dixit, quia non solum non voluit, sed nec desiderauit. Potest & ita resolui, ut quia futurum erat verum sacrificium per Christum in ecclesia, praeeperit typica & figuratiua sacrificia praecedere. Et reuera ita necesse erat, ut sicut verbis praenuntiabatur, ita etiam & mysterijs praesignaretur, quatenus a figura citius transirent ad veritatem.

Hiere. 6.
Esa. 1.

1. Cor. 5.

1. Tim. 5.

sed quia illi non placuerunt illa sacrificia, aduenit iterum de quo Apo. ait. Ideo (inquit) quia impossibile erat sanguine hircorum auferri peccata, & quia non placebant deo talia sacrificia: ingrediens mundum non dubium est quin Christus dicit. Ingressio autem ista, nihil est aliud nisi missio eius, apparitio eius videlicet humanitatis. Quando enim qui ubique praesens erat: sed tamen inuisibilis, factus postea homo visibilis mundo apparuit: quodammodo ubi erat, illud ingressus est. Et quid dicit deo patri hostiam, inquit, & oblationem noluit corpus autem aptasti siue perfecisti mihi, illud tibi offeram sacrificium acceptum Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi, Ecce venio per incarnationis mysterium, ut meo sacrificio redimam genus humanum. Holocaustum dicebatur eo quod totum cremaretur in altari quasi totum incensum. Nam holon dicitur totum, caustum vero, incensum. Sed si holocaustomata pro peccato ei non placebant, queri potest quomodo mundabantur. Ad quod respondendum est: quia fide & poenitentia digna mundabantur, sicut mundatus est Dauid a peccato adulterij atque homicidij. Perfecta autem mundatio in Christi aduentu data est. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus voluntatem tuam. De huius libri capite, diuerse a doctoribus disputatur. Quidam enim intelligunt hic initium Genesis, ubi scriptum est, quod in principio, id est filio fecerit deus caelum & terram. Quidam primum Psalmum, quem quidam referunt ad Christum, quidam ad quemlibet electum, in quo dicit. In lege domini voluntas eius. Sed quia in his nihil de morte Christi praefigurat, de qua Apostolus sermonem per totum hunc locum habet, melius videtur intelligi de Leuitici libri initio dictum, qui liber cum totus de sacrificijs & hostijs contineatur, primum sacrificium de vitulo praecipit offerri dicens: Si quis ex vobis hostiam offert domino de peccatoribus, masculum immaculatum offerat, hoc est, vitulum debobus, siue de armeto. Vitulus iste de bobus assumptus, atque in sacrificium oblatus, Christus est de genere patriarcharum ortus, ac pro salute generis humani immolatus. Dicit ergo Christus ad patrem, Quia sacrificia irrationabilium animalium tibi non placent, eo quod perfecte hominem mundare non possunt, ecce venio in mundum per incarnationis

Gene. i.

mysterium. In capite etenim libri Leuitici scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, hoc est, ut moriar pro salute generis humani. Voluntas enim dei patris fuit, ut filius sua passione genus humanum redimeret. Unde ipse filius appropinquans suae passioni dixit. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc ad passionem. [Superius dicens, Quia hostias & oblationes & holocaustomata, pro peccato noluit, nec placita sunt tibi, quae secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio ut faciam deus voluntatem tuam aufert primum,] subaudis testamentum: dum eius oblationes respuit [ut sequens] testamentum [statuat], id est stare & permanere faciat. [In qua voluntate] dei patris quam filius adimpleuit, [sanctificati sumus] in baptismo [per oblationem corporis Iesu Christi semel] Quod dicit semel, tale est ac si diceret: Sanctificati sumus in baptismo per passionem quam Christus celebrauit semel, [Et omnis quidem sacerdos legis praesto est] altari [quotidie ministrans & easdem] saepe offerens hostias quae nunquam possunt auferre peccata] subaudis criminalia atque capitalia. [Hic autem] haud dubium quin Christus [Vnam pro peccatis offerens hostiam, in semper] pitem sedet in dextera dei, de cetero expectans donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius] Ministrare siue offerre, signum est ministratiois, per quod intelligitur humilitas Christi: at vero sedere, signum est iudicantis & dominantis, & ut ei ministretur: per quod ostenditur exaltatio & gloria filij dei, qui humilis quidem apparuit, nunc autem exaltatus super omnem creaturam, habitat in plenitudine paternae maiestatis, expectans & considerans tempus de reliquo, quando iudicet orbem terrae. Et cuius rei causa fiat ista dilatio exponit, dicens, ut ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Inimici eius sunt Iudaei, haeretici & falsi christiani, omnes infideles qui subiicendi sunt potestati illi, hic enim & necessaria potest subiectio intelligi, quae pertinet ad reprobos, in nequitia permanentes, & voluntaria, quae pertinet ad electos, qui deferentes viam nequitiae, sponte se subdunt Christo per fidem. Illi sacerdotes Iudaeorum multas quotidie offerendo hostias, non poterant auferre peccata, Christus autem semel semetipsum offerens abstulit peccata mundi

di, & sedet nunc in gloria Dei patris. [Vna enim oblatio-
ne consummauit in sempiternum sanctificatos] id est se-
mel se offerens perfectos fecit sanctificatos in sempiternū
[Contestatur autē nos & SPIRITVSSANCTVS,
postquam enim dixit. Hoc autem testamentum quod te
stabor ad illos post dies illos, dicit dominus, dabo leges
meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scri-
bam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non
recordabor amplius.] Contestatur, inquit, nos & SPI-
RITVSSANCTVS id est, testimonio suo verba non
sua confirmat non solum per Psalmistam, sed etiam p̄ pro-
phetam, quia illæ hostiæ iam non sunt offerendę. In sequē-
tibus verbis defectus sententiæ est satis necessarius, quæ p̄-
pter dicatur, ita. Postquam enim dixit omnipotens deus p̄
prophetam Hieremiam. Hoc autem testamentum quod te-
stabor ad illos post dies illos, dicit dominus, Dabo leges me-
as in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scribā
eas, statim subintulit. Et peccatorum eorum non memo-
rabor amplius, ostendens iam non fore deinceps neces-
sarias hostias figuratiuas, quod etiam Apostolus manifestat
dum subdit [Vbi autem horum] peccatorū [remissio, iam
nō est necessaria oblatio pro peccato] Nam postquam hoc
testamentum adimpletum est quod deus per prophetam
promittebat, statim illæ hostiæ finē acceperūt, quia veniē-
te veritate umbra discessit. Notādum autem, quia vbi re-
cordatio peccatorum non est, quæ in baptisinate per fidem
dominicæ passionis dimittuntur, iam non est necessaria
oblatio legis pro peccato. [Habentes itaque fratres fidu-
tiam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam ini-
tiauit nobis viam nouam, & viuētem per velamen, id est,
carnem suam, & sacerdotem magnum super domū dei.]
Hactenus ostendit pontificis & hostiarum, tabernaculi
quoque & testamenti & repromissionis distantiam, mul-
tamq; differētiam, nūc inuitando hortatur accedere ad ea
quæ per Christum in veritate nobis aducnerūt dans auto-
ritatem de magno pōtifice, dicens: Propterea (inquit) plus
habemus fidutiam per sanguinem CHRISTI mundari, quā illi qui carnaliter hostias offerebant: quia hostia no-
stra vera & rationalis est. Intantū enim maiorem fidu-

tiam habemus in ingressu calorū per sanguinē Christi,
inquantum magis cohæredes effecti sumus. Nullus autem
ad dona spiritus sancti peruenire valebit nisi per fidem
siue fidutiam, id est per viam nouam & viuētem, quam
initiauit nobis CHRISTVS hoc est, initium vtendi
dedit, viam vero nouam, dicit fidem nouam, quæ per
CHRITVM data est, siue exemplum humilita-
tis: per quod ipse perrexerit, humilians semetipsum vsque
ad mortem. Possumus & nouam viam accipere adi-
tam patriæ celestis nobis per CHRISTVM re-
seratum, qui idcirco noua via appellatur quoniam nulli
antea gressibilis fuit. Dicendo autem nouam, conatur o-
stendere cuncta maiora noua nos habere. Siquidem nunc
aperta est nobis via fidei, per quam plenissimam iustifi-
cationem accipimus, & aperte sunt nobis portæ cęli, quod
nemini antea concedebatur. viuētem quoq; appellauit
eam, hoc est, semper manentem seu semper patentem,
quoniam & fides recta æternaliter manebit & porta cęli
semper patebit. Initiauit autem hanc viam nobis CHRIS-
TVS, id est, dedicauit & confirmauit seu initium vtendi
dedit per velamen, id est per carnem suam idemq; pri-
mo secauit illā viam ascendendo ad patriam celestem, &
ipsa prima initium nobis dedit vtendi. Caro autem domi-
nica non incongrue velaminis nomine designatur, quia
sicut velum celabat arcam & ea quæ intra illud erant,
ita intra illam diuinitas verbi Dei latebat, & sicut per
velamen perueniebatur ad interiora, ita per humanita-
tem peruenitur ad diuinitatis cognitionem. Sacerdos au-
tem magnus super domum Dei, CHRISTVS in-
telligitur, qui est a deo patre constitutus super ecclesiam
iuxta quod ipse dicit, Ego autem constitutus sum rex ab
eo super Sion montem sanctum eius. Sequitur. [Acce-
damus, cum vero corde in plenitudine fidei aspersi cor-
da a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.] Ex
superioribus ista pendent, vbi dixit beatus APOSTO-
LVS. Habentes itaque fratres fidutiam in ingressu san-
ctorum per sanguinem CHRISTI accedamus ad
eum cum vero corde. Quid esset in vero corde accede-
re ad Christum exposuit, subiungens, In plenitudine fi-

Psal. 54

dei, vt credamus resurrectionem generalem futurā quasi diceret. Iam quia fidutiam habemus ingredi in patriam cęlestem non debemus hęsitare quod quorūdam sit resurrectio, quorundam vero non, sed vera fide debemus credere omnes homines resurrecturos, quosdā ad gloriam, quosdā autem ad pœnam. Nam si quis de hoc hęsitat nō habet veram plenāq; fidem, Potest & aliter intelligi. Plena fides est quę concipitur corde, confitetur ore & operibus bonis exornatur. Hac fide accedendum est ad deum, quicunq; vult introitum patrię cęlestis sibi referari. Necessē est etiam vt sint aspersi corda a conscientia mala. i. mundati per corda siue mundata corda habentes a peccatis & voluntate mala, simulq; ostendit quia nō fide sola, sed etiam vita cū virtutibus quæratur, quoniā fides sine operibus mortua est. Iudei corpore mundabant nos conscientiam. At alibi, inquit, corpus, id est ablutum corpus habentes aqua mūda, hoc est aqua baptismatis. Idcirco autem dicit corpus aqua baptismatis abluendum, quia dum corpus abluitur, aqua spiritus sancto sanctificat anima [teneamus spei nostrę confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est qui repromisit.] Confessionem spei indeclinabiliter tenemus, si nō desperamus de patriā cęlesti, & de omnibus quę nobis promisit dominus, vel si firmiter ea obseruamus quę p̄fessi sumus in baptisate. Sicut enim fidelis & verus remunerator est Christus in promissionibus suis, ita fideles nos esse vult in promissis nostris quę vouimus tēpore baptismatis, diabolo videlicet contradicere christoq; seruire. [Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorū operum] hoc est consideremus diligenter inter nos: & quemcunq; viderimus maiorē charitatem habere, & operibus melioribus intentum, prouocemur illius exemplo, quatenus eum summo opere imitemur, & in eum intēdamus, vt diligamus, & diligamur. Ex dilectione quippe bona opera procedunt. Quapropter magnum bonum est dilectio, nullumq; bonū quod nō per charitatem fiat quia plenitudo legis est charitas [non deserentes collectionem nostram] .i. congregatio nem fidelium [sicut est consuetudinis quibusdam, sed cōsolantes] subaudis vos [inuicē] In hoc loco nō solum admonuit, sed etiam culpauit & terruit vnitatem charitatis scin-

entes. Erāt enim multi qui conturbabāt congregationē fidelium, quasi nō possent inter illos habitare causa suę sanctitatis, & deserēbāt collectionem illorum habitantes solū, vt deo liberius viderentur vacare isti tales typo superbie distanti despiciēbāt reliquos & dirumpebant charitatem Quod Apostolus vtrumq; & admonet & terret hortans non deserere societatem fidelium, sed potius consolari simpliciores, & suo exemplo confortare. Si enim tātum valet societas fidelium, vt vbi duo vel tres cōgregati sunt in nomine saluatoris, ipse sit in medio eorū multo magis vbi plures sunt fidelium Christus ei semper p̄sens aderit. Sequitur [Et tāto magis] semper subaudis scētamini charitatem vosq; inuicē consolamini [quanto videritis appropinquare diem] iudicij, in quo singulorum merita examinabunt, vel etiā extremum diem vitę nostrę. Dicit enim alio in loco. Nihil solliciti sitis, dominus prope est [voluntarie enim peccātibus nobis post acceptam notitiam veritatis]. i. post notitiam verę fidei, gratiaq; baptismatis [iam nō relinquatur p̄ peccatis hostia] spōte peccātibus nobis & delibera te postquam accepimus agnitionem verę fidei, & postquā mundati sumus in baptisate non referuatur nobis vltra hostia pro peccato, quę pro nobis offerat, sicut in veteri lege donatū est, hostias sępius offerre pro peccatis. Neq; etiā Christus qui est hostia nostra iterum immolandum est pro peccatis nostris. Hoc enim semel factum & secundo opus non est, sed magis opus est post acceptam gratiam permanere in fide recta, & munditia bonorum operum. Mundatus es in baptisate, liberatus es a criminibus omnibusque peccatis factusq; es filius dei. Si ad primum vomitū reuersus fueris grauissimum te expectat iudicium (sicut sequentia manifestant) nisi per dignam pœnitentiā reuocatus fueris. His autem verbis non pœnitentiam excludit, neq; propitiationem quę fit per pœnitentię medicamentum, sed secundum lauacrum baptismi excludit. Non enim ita est inimicus salutis nostrę, vt diceret, nō est vltra pœnitentiā, neq; peccatorum remissio, sed hostia inquit, vltra nō est, hoc est crux vltra nō est secundum iterum Christus crucifigatur iterumq; nos baptizemur. Nam sicut Christus semel mortuus est, & iam nō moritur, ita nos semel baptizati in fide

mortis eius & sepulturae, sicut Apostolus alias dicit, consepulti cum illo per baptismum in mortem iam non possumus rebaptizari [terribilis autem quaedam expectatio iudicij: & ignis emulatio quae consumptura est aduersarios.] Aemulatio aliquando pro imitatione ponitur: aliquando pro inuidia: hic autem pro consumptione & vindicta accipitur. Terret ergo Apostolus omnes, ut metuant post baptismi lauacrum ad vitia relabi: quia non possunt rebaptizari. Terret etiam ut si peccauerint: poenitentiam statim studeant agere dignam, quoniam quicumque poenitentiae medicamentum neglexerit, vindicta & consumptio ignis aeterni deuorabit eum. Quapropter unusquisque ad poenitentiam dum tempus habet medicamentum confugiat, ne igni tradatur aeterno. [Irrita quis faciens legem moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus] subaudiis conuictus [moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit?] Lex Moysi dicitur, vel quia per Moysen populo data, vel quia Moysi data est a domino, sicut & nos soliti sumus dicere in oratione dominica ad deum, panem nostrum quotidianum, da nobis hodie, non quod noster ante fuerit, sed cum ab illo datur, noster efficitur, inquit autem Apostolus terrorem christianis, sumens comparationem a lege Moysi, quam si quis transgressus fuisset, irritam eam & inanem faciens, duobus vel tribus testibus conuictus: sine vlla miseratione, & venia a iudicibus diiudicatus, confestim occidebatur. Dicit ergo: Si ille iniquus, qui legem, quae per seruum data est, transgressus fuerat, sine vlla miseratione occidebatur, quanto magis maiora supplicia sustinebit, qui filium dei conculcauerit. Vtique quanto maior est Christus Moyses, & gratia euangelij per filium data quam lex per seruum administrata, tanto maiora merebitur supplicia, qui Christum conculcauerit. Sed quomodo possumus illum conculcare qui in dextera dei patris sedet, eleuatus super omnes caelos? Dum enim praecipua illius pro nihilo ducimus, dedignantur ea implere, tunc utique eum conculcamus. Sicut ea enim quae conculcantur pro nihilo ducimus, & nullius honoris, sic & qui libere peccant, absque timore & absque poenitentia, Christum conculcant, si-

ue contemnunt, atque despiciunt, eumque iudicem futurum minime formidant, vel certe Christum conculcat, quicumque corpus illius indigne percipit, siue (ut tertio modo dicam?) Christum conculcat, qui male viuendo de tabernaculo cordis sui eum expellit qui dixit, inhabitabo in illis & inhabitabo, sanguinem quoque testamenti pollutum ducit, siue, ut in Graeco habet, communem siue immundum: qui sanguinem passionis Christi pro nihilo ducit, quo testamentum nouum confirmatum est, quo ipse etiam sanctificatus est tempore baptismatis. Alio enim modo nihilominus sanguinem testamenti pollutum ducere, est mysterium sanguinis Christi indigne percipere, nullamque differentiam inter illum & reliquos potus facere, cum in illo sanctificatus sit tempore baptismatis, & possit etiam quotidie sanctificari, si digne perceperit eum. De talibus dicit Apostolus: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus & sanguinem domini, siue discernens a reliquis cibis & potibus, spiritui quoque gratiae. In spiritu sancto contumeliam facit, qui de tabernaculo cordis sui male viuendo, illum eiicit, vel qui non credit quod per illum in ecclesia fit remissio peccatorum vel certe qui blasphematur illum opera eius denegando, & diabolo tribuendo. Unde dominus dicit: Qui blasphemauerit in spiritum non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Qui idcirco spiritus gratiae vocatur: vel quia per illum nobis gratis dimittuntur peccata: vel certe, quia illo distribuente diuiduntur gratiae donorum spiritualium fidelibus, quas Apostolus commemorat dicens, Et alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae & caetera usque dum concludit, dicens: Haec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult [Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam & ego retribuam] Loquitur omnipotens deus per prophetam: Mihi iniuriam & contumeliam facientibus Deut. 32. vindictam reddam & retribuam eis iuxta quod merentur [Et iterum quia iudicabit dominus populum suum.] De inimicis suis hoc dictum est, ego retribuam eis qui male faciunt: non de his qui male patiuntur, de his videlicet qui negligenter viuunt, et per poenitentiam se purgare nolunt: sed cum male faciunt: secure ad mensam dominicam accedunt. Populum autem quem dominus iudicare dicitur,

dupliciter possumus intelligere, & ad electū. s. populū re-
 ferre & ad reprobū. Iudicabit enim dñs populum suū
 hoc est separabit plebem suā, & discernet bonos a malis fi-
 deles ab infidelibus. Quod si ad reprobos relatum fuerit iu-
 dicare pro dānare accipiendum est. populus autem domi-
 ni appellatur nō per gratiam, sed per creationem. [Horre-
 dum est incidere in manus dei uiuentis] Incidit in manus
 domini, qui iudicium hominis contremisit & iudiciū dei
 paruipēdit. Incidit quoq; in manus domini. i. in potestate
 & iudicium omnipotentis dei, quisquis post peccatum cō-
 territ poenitentiam agere. Quicunq; ergo peccator est: si
 non poenituerit de peccatis suis incidet i horrēdū & valde
 timēdū iudicium omnipotentis dei, qui reddet vnicuiq;
 secundū opera sua. [Rememoramini autem pristinos dies
 in quibus illuminati magnum certamē sustinuisstis passio-
 num.] Optimi medicorum cum vulnus secuerint, & p in-
 cisionem augmentum doloris fecerint, solatium & reme-
 dium illi loco adhibēt, vbi dolor inest, & perturbatam re-
 fouent animam. Postquā autē recreauerint illum, alteram
 iam nō adiciūt sectionem, quin etiā illa quę secta sunt, me-
 dicaminib; mitioribus & valētibus mitigare student, sic
 & Apost. isto in loco more illorum egit. Postq; enim cons-
 cussit animos eorum, & compunxit mentiōe gehēne, affir-
 mans omnino desperituros qui gratiē dei faciunt iniuriā
 aliquo modo, & hoc ex lege Moyfi, alijsq; testimonijs edo-
 cens, & dicens metuēdū esse incidere in manus dei viuē-
 tis, protinus ne multo timore in desperationem ruerēt, cō-
 solatur eos per laudū blandimenta & exhortationes, redu-
 cēs eis ad memoriā prāterita illorū bona opera. Rememo-
 ramini, inquit pristinos dies in quibus illuminati per fidē
 & cōfirmati per gratiā diuinā magnum certamen susti-
 nuistis ac si diceret. Quando introducti estis in fidem, quā
 do in initio fidei eratistātā fortitudinē demonstrabatis. vt
 magnum certamē passionū sustinueritis pro Christi nomi-
 ne a contribulibus vestris iudæis non credentibus, quidā
 expoliati sunt ab alijs nō credentibus, quidam vero nō, il-
 li vero qui nō fuerant expoliati subministrabant alijs de
 facultatibus suis. Quapropter cū hoc agnouissent infideles
 multa mala intulerunt vtrifq;. Vnde nō dixit Apost. sim-

pliciter certamen sustinuisse eos, sed addidit magnū, nec di-
 xit tentationes, sed passiones [& in altero quidē] factō vel
 opere [opprobrijs tribulationibus: spectaculū facti] estis
 [in altero autem socij taliter conuersantū effecti] Ex parte
 inquit opprobrijs. i. cōtumelijs & irrisiōibus seu tribu-
 lationibus spectaculum facti estis, hoc est, publice in cōspe-
 ctu multorum irrisi: ex parte autē altera effecti estis so-
 cij in cōpassione taliter conuersantium, Apo. videlicet &
 eorū qui sunt expoliati proprijs facultatib; & verberet;
 afflicti, atq; in carcerē reclusi duobus modis ostēdit eos be-
 ne laborasse. s. vel quia publice cōtumelijs & tribulationi-
 bus sunt diuersis afflicti quod gen^o humanū grauius susti-
 net in conspectu plurimorū aliquid inhonestū, aut verbis,
 aut factis: siue etiā quia positus in carceribus cōpatiebant;
 victumq; ac vestimentū prout poterant subministrabāt.
 Vnde facti erant eorū socij qm mercedem & retributionē
 quam prācipiet prādicator veritatis pro xpi nomine pos-
 situs in carcere, alijsq; tormentis afflictus eādē receptur;
 est ille, qui ei subsidiū prābet ne deficiat in tribulationib;
 sicut ipsa veritas promissit dicens. Qui recipit prophetā in
 nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiat. Notandū
 quē quia nō dixit simpliciter tribulationibus afflictos, sed
 etiam augmentum fecit dicens. Spectaculū facti estis. Cum
 em̄ quis secrete exprobratur, cōtristatur quidē, sed multo
 amplius si publice, & in cōspectu multorū. Gen^o em̄ huma-
 nū sicut valde delectatur laude publica, facile captiuat op-
 probrijs apte sibi illatis. Quod illi ea exhibuerūt quę enu-
 merauimus apertius iam ostendit, dum sequitur. [Nā &
 vincitis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorū cum
 gaudio suscepistis] Mirabiliter laudat eos in fide, quoniam
 si fidem nō haberent meliora se recepturos pro hac substā-
 tia subtracta, nō cum gaudio suscepisset rapinā eius: Quā-
 diu enim permissum est eis, cōpassi sunt alijs expoliatis, at-
 q; alijs in carcere positus expoliati vero cū gaudio suscep-
 erunt rapinam & damnum sibi illatū credentes se meliora
 recepturos. Vnde subdit [cognoscētes vos habere meliorē
 & manentem substantiam.] quasi diceret, vidētes diuitias
 spirituales vobis pro his temporalibus profuturas, sustinui-
 stis cum gaudio, rapinam bonorū temporalium. Hoc autē

totū factum fuit apostolicum opus, & dignū fortibus aīa-
bus, vt flagellis gaudent, sicut in actibus Apostolorum di-
citur. E untes autē a cōspectu concilij ibant gaudentes, qm̄
digni habiti sunt cōtumeliā pati pro nomine Iesu. Et vt
demonstraret istam temporalem substantiam non esse sema-
per mansuram, ideo dixit illos meliorem habere substantiā
& manētem, prout dixerat firmam & substantiāle atq; per-
petuam quę perire nō possit, sicut ista terrena perit. [Noli-
te itaq; amittere cōfidentiam vestrā, quę magnam habet
remunerationem]. i. nolite deficere in tribulationibus: quia
magna est remuneratio. Apparet autem quia magnam cō-
fidentiam habebāt ad deum, quam ne amitterent instācū
sime eos hortatur. Facilius enim integra cōseruantur, quā
amissa recuperantur. Quapropter quod tenetur & formi-
dinem habet, necesse est vt fortitudinē habeat. Nihil, inq;,
vobis necessarium est nisi vt stetis firmiter in fide vestra,
& permaneat in fortitudine vestra, quę magnam habet
remunerationem apud deum. [Patientia em̄ vobis neces-
saria est vt voluntatem dei facientes reportetis promissio-
nem.] O quam magna remuneratio & cōsolatiōis fidu-
tia, veluti si quis ad athletam ac certatorē hoc diceret, qd cū
ctos superasset, nullumq; relictū haberet, qui sibi decerta-
re possēt, verbi gratia, dū ille diceret: Iā qd oēs superavi nul-
lusq; superest qui mecum discertet, da mihi coronam, pote-
rat illi quilibet dicere. Sustine parumper vsq; dum veniat
arbiter, aut etiam rex qui tibi brauium reddat pro victo-
ria tua. Quod si ille athleta impatienter ferret, nō tolerans
sitim atq; estuaciones: dicens: Aut date quod merui, aut rece-
dā, diceretur illi. Patienter sustine hāc morulā in proximo
est vt veniat Rex, qui tibi reddet premiū. Isto mō & Apo-
hortat eos ne deficerēt in laboribus, sed patienter expecta-
rent domini aduentū. Patientia, inquit, vobis necessaria est
hoc est, vnum opus habetis videlicet vt perseueretis in ago-
ne, donec recipiatis coronam dignam labore vestro, nō em̄
qui cepit coronabitur: sed qui perseuerauerit in certami-
ne vsq; in finem, hic saluus erit. In patientia, inquit domi-
nus) possidebitis animas vestras. Reportetis, inquit pro-
missionem. i. accipietis gloriam sempiternę beatitudinis.
[Adhuc em̄ modicum aliquantulum, qui venturus est ve-

niet, & non tardabit.] Qui venturus est veniet, & non tar-
dabit, haud dubium quin Christum significet. Consolatur
eos tāquam parum sit temporis vsq; dum veniet non mo-
dica enim consolatio est laboris, cito sperare iudicem & re-
muneratores, constantiā certaminis remuneraturū [Lu-
stus autem meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, non
placebit animę meę] Hoc propheticū testimonium intu-
it Apostolus ad exhortationem fidei in acquisitionem ani-
mę. Sicut vita corporis aīa, ita vita animę fides est, quę vi-
delicet cōcipitur corde, confitetur ore, exornat opere, quę
fides sine operibus mortua est. A qua fide si quis subtraxe-
rit se, non placebit voluntati dei. Non est enim putādumq;
deus pater, aut spiritus sanctus, aut fili⁹ in natura diuinitatis
habeat animā, sed more hūano loquēs diuina scriptura, no-
bis cōsulēdo volūtatem illius animę vocabulo exprimit.
Cōsiderādum autem, quia sicut displicebit qui hesitauerit
ita placebit deo qui crediderit viuens in fide sua recta. La-
borastis, inquit, in certamine, expectate beatam spem. No-
lite dubitare querere quę speratis, quia iust⁹ ex fide viuit.
[Nos autem nō sumus subtractionis filij in perditionem;
sed fidei in acquisitionē animę] Non sumus, inquit, ego &
vos filij illorum paganorū atq; gētilium, qui se subtrahūt
a vita fidei & luce sempiterna ad perditionē animarū sua-
rū, sed sumus filij patriarcharum, qui fide probati sunt, &
in fide perfecti fuerūt vt acquirerent sibi suas animas ad
salutem & insuper aliorum suo exemplo. Caput. xj.

St autem fides sperandarum substantia rerum ar-
gumentum non apparētū] Ordo verborum: Est
autem fides substantia sperandarum rerum, argu-
mentū videlicet rerum non apparentiū. Fides est ea crede-
re quę nō vident, & dū ea credimus in veritate, aut fuisse
aut esse, aut futura esse quę nō vident, ipa fides facit ea sub-
sistere in corde nostro, quasi ante oculos corporis. In rebus
autem quę videntur neq; credulitas dici potest, neq; incre-
dulitas, sed potius agnitio dicenda est. At vero fides est,
ita animū firmum esse de his, quę non videntur sicut
de his quę iam videntur, & dum hoc fit, fides facit ea
subsistere in nobis credenda, Verbi gratia. Vt ex multis
saltem paucis vtamur exemplis. Resurrectio genera-
v iij

lis necdum facta est, & cū necdum sit in substantia, spes facit eam subsistere in anima nostra, quasi præ oculis eam habeamus. Hoc est quod dixit, fidem esse substantiam illarum rerum, quæ sperant: necdumq; vident. Et si argumentum est eadem fides rerū quæ necdum apparent, quid est quod eam iam volunt videre. Arguere dicebāt antiqui ostendere a quo venit argumentum, quasi ostensio & præmonstratio futurarum rerum, & illarum rerum quæ nō videntur. Est autem proprie argumentum, ratio quæ rei dubiæ facit fidē. Profecto ergo liquet, quia fides illarum rerum argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ enim apparent, iam fidem nō habent, sicut superius diximus, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas dū palpauit cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credit. A mortali em̄ homine diuinitas videri nō potuit. Hominem quippe vidit, & deum confessus est, dicens. Dominus meus & deus meus, Videndo ergo credidit: quia considerādo verum hominem, deum quem videre nō poterat exclamauit. [In hac enim fide testimoniū iustitiæ consecuti sunt senes.] Senes hic debemus intelligere patres veteris testamēti patriarchas videlicet prophetas, aliosq; iustos q; in fide quā crediderūt deo eiusq; promissionibus, testimonium laudis atq; iustitiæ promeruerūt. Vnde Abraham qui credidit deo, reputatū est ei ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Hæc autē fides ita est accipienda, vt credat in corde, cōfiteatur ore, exornetur operibus. Ille enim veraciter credit, qui exercet operādo quod credit. Quod e contra de his qui fidem nomine tenus retinent. Paulus dicit Cōfitentur se nosse deum, factis autē negāt [fide intelligimus aptata esse secula verbo dei vt ex inuisibilibus visibilia fierent] Quia enim quidam Hebræorum adhuc debiles erant & a fide quidem initium sumpserāt, ex passionibus autem tribulationum pusillanimes efficiebantur, minusque patienter mala sibi irrogata ferebāt, hortatur eos Apostolus primo ex seipso dicens. Rememoramini pristinos dies, deinde ex scriptura diuina dicēte, quia iustus ex fide viuuit, deinde aut ex rationibus, ostendens fidem esse substantiam rerum non apparentium. Nūc vero ex progenitoribus incipit loqui, mirabiliter eos in exemplum ponēs, quia sicut illi om-

Ioan. 10.

Abac. 2.

nes per fidem saluati sunt: ita & nos omnes per fidem saluamur. Cum enim inuenerit anima in eisdē passionib; solum requiescit ac respirat. Hoc in fide, hoc in tribulatione qualicūq; solet accidere. Valde enim est fragile genus humanum, nimiumq; hēsitans in cogitatione, quapropter necessaria est consolatio ex præcedentium fide & patientia. Apostolus ergo ex patribus eos quidem hortatur, sed primum ex communi initio, dicens: Manifestum est, inquit, quia nō ex statibus quæ sunt deus hæc fecit, sed ex inuisibilibus visibilia, ex nō existentibus existentia, Ratiocinando hoc inuenire non possumus, quomodo fecerit ex nihilo oīa, vel ex inuisibilibus visibilia, quia nō eram? quādo facta sunt Vnde ergo certum habet? Vtq; manifestum est, quod fidei res est ista credere, Fide quippe credimus aptata esse. i. perfecta seu facta secula, quia non ex visibilibus, sed ex inuisibilibus facta sunt quæ videntur. Inuisibilia autē hic possumus intelligere informem materiā de qua dicitur in exordio Genesis: In principio fecit deus cælū & terrā. In cæli autem nomine nō est intelligendū istud cælum corporale, quod appellat firmamentum, sed angelica natura, cæliq; spirituales, Per terram vero intelligitur informis materies, de qua facta sunt postmodum oīa corporalia, quæ tūc quodammodo inuisibilia erant, qñ tenebræ erant super faciem abyssi. Ex inuisibili autē materia facta sunt visibilia, quando p̄ species & formas diuisa & discreta sunt omnia Potest & alio modo intelligi, quod dicit ex inuisibilib; visibilia fieri. Inuisibiliter mundus antequā formaret in dei sapientia erat, qui tamen per expletionem operis visibilis factus est humanis obtuitibus. Quod autē dicit, secula perfecta esse verbo dei, per secula debemus intelligere oīa quæ facta sunt ī tpe, siue secula verbi dei patris, iuxta quod Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt: secula autem, vt Ouidius Naso dicit, dicuntur a sequēdo, eo quod sese sequantur, atq; in se reuoluantur, teste Varrone, Secula autem ex eo dici possūt: ex quo varietas cœpit esse t̄pis. [Fide plurimā hostiā Abel q̄ Cain obtulit deo, per quā testimonium consecutus est esse iustus, testimonium rerum perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.] Primum ponit eū qui mala passus est, & hoc a fratre propriū

illorum ponēs exemplum. Etenim eadem passi fuerant a contribulibus suis. Quapropter hortatur eos, vt sicut ille iniuste occisus est a fratre, & non recusauit persecutionem, ita & illi non recusarent si iniuste pateretur a contribulibus fratribusque suis. Plurimū quippe. i. maiorē hostiā Abel obtulit deo quam Cain, nō quod illa hostia in rebus carnalibus maior extitisset, sed quicquid melius habuit Abel per fidē deo beneuolo animo protulit, & exinde ei sua multiplicata fuerunt & intelligimus ipsum per hoc placuisse deo. Fide namque hoc fecit, quia credidit hæc quæ bona voluntate offerebat, deo placere & se remunerandum credebatur ab eo. Testimoniū quoque deo perhibente muneribus eius, siue quod ignis descendit de cælo, vt in Theodorione legitur quia inflammavit dominus desuper Abel & super munera eius, seu per illā sententiam qua a domino in euāgelio est laudatus comprobatusque est esse iustus. Si enim dixit dominus in euāgelio: Amē dico vobis requiretur omnis sanguis iustorum qui effusus est super terrā a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem zachariæ filij Barachiz. Per illam etiam hostiā adhuc loquitur iam defunctus, vt dicitur: Sanguis Abel clamat ad me de terra, siue, adhuc loquitur, hoc est, licet interemerit eum corpore, tamen eius gloriam nō potuit interimere cum eo. Dum enim gloria illius in toto mūdo prædicatur, dum eius laus in ore omnium versatur, dum eum omnes admirantur quotidie adhuc licet defunctus loquitur. Qui enim alios suos exemplo admonet vt iusti sint, aliquo modo loquitur. [Fide Enoch translatus est ne videret mortē, & non inueniebatur, quia trāstulit illū deus] Enoch per fidem placuit deo, quæ fuit bonis operibus exornata credens se omnino per illam placere deo. Quapropter translatus est in paradysum terrenū, vñ quōdā eiectus fuerat Adā: videlicet ne experiret mortē temporālē donec tempus a deo constitutum percurrat. Quo habitu vero vel quo statu modo existat in paradiso non est nostrū inquirere. Hoc tamen credendum est, quia sine aliqua molestia, & sine aliquo dolore aut labore, quie scit in illo paradiso: & sicut ille viuit sine aliqua impugnatione carnis, sine aliqua molestia, ita nisi homo primum peccasset; completo omnium numero electorum

a paradiso terreno transferretur ad paradysum cælestem. Vt autem transferretur, causa fuit quod placuit deo: sed vt placeret deo, causa fuit eius fides. Nisi enim crederet quod redditurus esset ei de^o mercedē, quomodo placeret ei [An te translationem enim testimonium habuit placuisse deo] dicente scriptura quia ambulauit Enoch cū deo, obtemperans voluntati eius [Sine fide enim impossibile est placere deo] Credebat Enoch, quia si quis crediderit esse deum, & ad eum accesserit tribulationem haberet. Quia ergo fides fundamentum est omnium bonorum, ideo sine fide nemo potest deo placere [Credere enim oportet accedentem ad deum: quia est, & inquirentibus se remunerator sit.] Quicumque ad deum accedit credendo, credere oportet illum quia deus est, hoc est semper habet esse, iuxta quod ipse dixit ad Moysen: Ego sum qui sum. & Qui est misit me ad vos. Credere etiam debet, quia inquirentibus se per bona opera, iuxta quod Psalmista dicit. Querite dominum, & cōfirmamini: æternus & verus remunerator sit [Fide et Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur,] hoc est de imbribus, [metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam] subaudi fidem [dāmnauit mundum,] cōparatione scilicet melioris fidei & facti, [& iustitię quę per fidem est, hęc est institutus] Fide credidit deo quod induturus esset aquas super terram, dicente sibi illo: Finis vniuersę carnis venit coram me, & inducam aquas super eos. Fac tibi arcam de lignis leuigatis & cætera quæ sequuntur & ideo saluatus est cū omni domo sua, hoc est, familia sua. Perfectum autem operis aut rationis experimētum, nihil in hac causa profecit. Nubebāt, inquit, alij, vt ait dominus in euāgelij, & aer serenus erat, signa quoque nulla apparerant diluuij, veruntamen ille timuit, atque per fidem de his quæ nondum videbātur metuens construxit arcam in salutem familię suę, per quam fidem dāmnauit mundum cōparatione fidei suę, quam mundus habere noluit. Ostendit enim eos dignos hoc supplicio, qui neque per centum annorum spatia illius arcę cōstructione corrigi voluerunt. Per fidē quoque, nō per legem hæres iustitię est institutus, dum ipse solus fidem patrum tenuit, quam ab illo cæteri didicerūt. Hæres autē regni cælorum vel hęcres mādī dicitur

Exod.;

quia de semine suo fuit reparatio mundi & ex hoc apparuit iustus, quia credidit deo, [Fide qui vocatur] nūc [Abraham] obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditate, & exiuit nesciens quo iret] quasi diceret, & ipse
 Gene. 12. Abraham per fidem placuit deo: statim enim vt ei dixit deus: Exi de terra tua, & vade in terram quam monstrauero tibi daboque illam tibi & semini tuo, credidit deo, & exiuit in locum in quem ei preceperat nesciens quo abiret. Ignotus enim erat locus & habitatio illius terræ: & inquam ambulauit per fidē ambulauit. Siue nesciens quo iret, quoniam quam imitaretur nō habebat. [Fide moratus est in terra repromissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissione eiusdem] Casula diminutiū est a casa, id est, domo, hic autem pro tentorijs tabernaculisque positum est in quibus Abraham cū Isaac & Iacob cohæredibus more viatorū & peregrinorum, docens eos fidē dei, vt pote cohæredes promissionis suæ. Ea em̄ pmissio quæ facta est ad Abraham, facta est ad Isaac & Iacob, oēsque qui simul cohæredes sunt in repromissionibus abrahe, Abraham nāq; dictū est: In te benedicetur oēs gentes terræ. & in Isaac vocabit̄ tibi semē Ad Isaac autē inquit: cōplens deus iuramentū q̄ sponendi Abraham patri tuo, multiplicabo semē tuū sicut stellas cæli, daboque posteris tuis vniuersas regiones has. Ad Iacob quoque dixit Ego deus oipotens, Crescere & multiplicari ex te gentes faciā, daboque tibi terrā quā dedi abrahā & Isaac. Ecce quō omnes cohæredes sunt in repromissionibus Abraham. Notandum autem, quia fides Abraham duplicatur pro magnitudine fidei, vnde & caput fidei dicitur. Nam sicut fide exiuit de terra sua, nesciens quo iret sic fide mansit & demorat⁹ est in terra sua quasi in aliena. Vidit filiū ibi vt peregrinū habitātem, vidit nepotem, vidit seipsum in aliena terra peregrinantem, et nihil turbabatur. Quanquam enim ad ipsum dictum esset, quia tibi dabo & semini tuo, non per semē tibi, sed tibi & semini tuo, tamen neque ipse, neque Isaac, neque Iacob potiti sunt hac promissione, sed successio illorū Et quia quando obediuit deo, exiens de terra sua, nō vocabatur Abraham, sed Abram, ideo considerate dixit Aposto. Fide qui vocatur nunc Abraham tūc autem vocabatur a-

brā, moratus est in terra repromissionis quasi in aliena. Primum quidem vocabatur ille Abram deinde vero Abraham. [Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cui⁹ artifex & conditor deus.] Ciuitas superna fundamenta habere dicitur propter stabilitatem & firmitatem sui. In qua qui semel locum inuenerit, nūq; poterit exhereditari, neque euelli. Ideo, inquit, illi fide morati sunt in terra repromissionis quasi in aliena, quia repromissiones in terra factas non attendebāt, sed futuram quietem quærebant. Ostenderunt enim se ipsos maiorib⁹ esse dignos, idcirco nō permisit eos accipere ista, quia maiora dare volebat. [Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam preter tempus ætatis generauit, quoniam fidem credidit qui repromiserat.] Quæstio hic oritur, quare dicat fidem accepisse Saram virtutem cōcipiendi, cum ab angelo reprehensa sit, cur riserit causa infidelitatis? Ritus enim ille etiam si gaudij & plene fidei nō fuit, ritus autē Abraham & gaudij & plene fidei fuit. Quæ ita soluitur: Quia & si primū dubitauit, postmodū tamen verbis angeli solidata est in fide & euacuata dubitationis causa, introducta est fides. Virtutem in cōceptione seminis accepit, quia iam mortificata erat ætate & sterilis. Duplex enim erat preclusio. Vna temporis, senuerat quippe iam, alia vero ex natura, sterilis em̄ erat sed ad suscipiendū & retinendū semen accepit virtutē. Mulieres nāq; ex duabus precipue rebus steriles esse solēt siue quia i vulua caloris virtutē nō hnt, quæ excoquat semē quod in senectute euenit cum deficient muliebria, siue quādo vulua cōcluditur etiam in iuuentute, vt non perueniat semen ad loca cōceptionis. Contra quæ deus dedit virtutem contra sterilitatem, stabilitatem contra senectutem, ad locū enim conceptionis satis peruenit semen, & postq; peruenit, dedit partus soliditatem mulieri. Factumque est vt fidei soliditate yteri insolida confortarentur, & omnia possibilia fierent credenti, [Propter quod & ab vno orti sunt & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudine] facti sunt [& sicut arena quæ est ad orā maris innumerabilis.] Propter hoc, inquit, quia vterque verā fidem habuit Abraham videlicet & Sara, ab vno corpore Abraham & Saræ orti sunt innumerabiles populi. His verbis voluit ostende-

re, quia non solum Isaac genuit Sara verum etiam plures quam aliqua fecundarum mulierum. Vnum autem corpus dicit habere illos duos, propter hoc quod in Genesi dicitur, quia erunt duo in carne vna. Addidit quoque adhuc & hoc, inquit, corpore emortuo nati sunt non vita mortua, sed semine. Senex enim homo semen quidem iam fundere potest: sed tamen soliditate seminis caret, ut filios procreare possit, nisi forte de adolescentula, ut alij fuerit, Sicut sidera, inquit, celi vel arena maris Hyperbolice hoc dicitur est. Per sidera autem celi, boni intelligendi sunt ex utroque populo filij Abraham per fidem, at vero per arenam maris reprobi accipiuntur ex Iudaico populo filij Abraham per carnem, qui terrena semper quærentes, pondere peccatorum grauantur. Et si hominibus stellæ celi, siue arena maris vel etiam illi qui designati sunt per hoc, innumerabiles sunt, deo autem cui omnia patent, numerabiles existunt. [iuxta fidem] id est, cum fide [defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed a longe eas aspicientes saluantes & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram, Qui enim hæc dicunt] scilicet, quia peregrini sunt super terram [significat se patriam inquirere. Et si quidem illius terræ meminissent de qua exierant,] ad hoc vellent reuerti, [Hæbant utique tempus reuertendi, nunc autem] quia nolunt reuerti ad eam de qua exierunt, sed morantur in aliena quasi peregrini [meliolem appetunt] id est cælestem. Duo quædam hic dignum est quærere, Cum enim supra dixisset, translatus est Enoch, & non inueniebatur ne videret mortem, hic dicit, quia secundum fidem mortui sunt omnes isti. Et cum iterum dixisset, non accepisse eos repromissiones, sed a longe aspexisse, superius dixit de Abel, quia testimonium consecutus est quod esset iustus, & de Enoch, quia translatus est, De Noe quoque quia saluatus est de cõdemnatione mundi, de Abraham, etiam Isaac & Iacob, nulli dubium quin plurimas promissiones tam de CHRISTO quam de terra repromissionis acceperunt? Quæ duo huiusmodi solutione egent. Quod primum dixit, omnes isti mortui sunt cum fide, ita est intelligendum, quod omnes illi mortui sunt, præter solum Enoch quem nouimus esse translatum, Quod vero subintulit, nõ

accepisse eos repromissiones, manifestum est, quia in quibusdam rebus acceperunt, in quibusdam minime. Accepit siquidem Enoch ne videret mortem, accepit Noe ut saluaretur, acceperunt & alij plurimi. Sed hæc quidẽ erant illis libamina quædam, erant & primæ degustationes futurorum, non plenitudo repromissionum, Deus enim non solum quæ futura sunt nobis largitur, sed etiam quæ huius vitæ sunt necessaria præstat, sicut discipulis suis dicebat, Primû quærite regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia temporalia vitæ, in quantum expediunt, adiicientur vobis. In hoc enim quia in presenti seculo ex parte laudem iustitiæ promeruerunt, nec cum impijs perierunt locupletesque fuerunt bonis temporalibus, licet peregrini essent, utpote legitur de Abraham, quia erat diues in argento & auro, ali quas degustationes promissionum perceperunt. In hoc vero quia plenam promissionem patriæ cælestis nõ sunt consecuti, quasi nõ perceperunt promissiones, de longe tamen aspiciantur promissiones, quas veniens dominus CHRISTVS prædicauit, dicens: Quoniam si quis dimiserit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Istam promissionem non sunt consecuti illi ante dominum aduentum, licet omnia sua reliquissent, sicut & apostolus siue etiam promissiones de domini aduentu non sunt consecuti, quoniam licet eis promissus esset, tamen non viderunt eum presentem in mundo. Salutabant quoque easdem promissiones, id est optabant & desiderabant, sicut dominus ait in euangelio, Multi reges & prophete voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Ex metaphora nauigantium dixit salutantes quia a longe prospicientes desideratas ciuitates antequam ingrediantur eas, salutatione præueniunt, easque sibi familiares efficiunt. Aspiciantur autem in fide istas promissiones salutabant desiderio, & confitebantur sermone quod peregrini essent, iuxta quod Psalmista dicit, quoniam peregrinus sum apud te, sicut omnes patres mei. Peregrinus a peregre id est, a longe proficiscendo dicitur est. Peragrarum enim perambularem dicimus. Nam qui in tabernaculis habitabant, qui sepulchra pecuniarum emebant, certumque est quoniam pe-

Mat. 9.

Mat. 23.

Luc. 17.

regrini erāt, intantum vt etiam vbi suos sepelirent nō haberent. Quapropter prima virtus est peregrinum esse mūdi huius & hospitem, nihilq; habere cōmune cum regib; huius seculi, sed remoueri ab eis sicut peregrinus, [Ideo nō cōfunditur]. i. nō erubescit [deus vocari deus illorū. Parauit enim illis ciuitatē] Ideo, inquit, quia illi deo crediderūt nihilq; de terrenis sibi præsumpserūt, ad hoc vt in illis spēs suam ponerēt, idcirco non erubescit op̄s deus vocari deus illorū. Sic enim ipse dicit, Ego sum deus Abrahā, deus Isaac & deus Iacob, per fidē videlicet vitæq; meritū. Sicut enim glorificatur, qñ benignorum optimorū hominū deus vocatur & colentiā virtutē sic e contrario cōfunditur & erubescit in actis nefandorum sic inuocat ab illis, vnde dicit per prophetam. Per vos nomē meū blasphemaf inter gētes illi aut ita erāt clari virtutibus & confidētia pleni, vt nō cōfunderē, sed potius glorificare, cū illorum vocaretur deus. Dicē autē generaliter deus terrē & cæli, siquidē & deus gentiū, & nō solum gentiū, sed etiam totius mundi, eo quod ipse omnia cōdidit. Sanctorū vero illorum nō sic dicit deus solūmodo p̄ creationē, sed sicut amicus, dicitur & nunc dñs deus Christianorum. Parauit, inquit, illis ciuitatem Hierusalem scilicet cælestem, ideoq; non dedit illis in præsenti seculo hæreditatem, vel etiam ideo non erubescit vocari deus illorū, quia secum prædestinauit illos regnare in cælesti ciuitate. [Eide obtulit Abrahā Isaac cū tentare & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones ad quem dictū est quia in Isaac vocabitur tibi semen. arbitras quia & a mortuis suscitare potens est deus] Quid est quod Beatus Iacobus in epistola sua mentionem Abrahæ faciens laudat eū summopere ex operibus suis Beatus vero Apostolus non opera illius, sed fidem attentissime commendat? Rēste igitur Beatus Iacobus ex operibus eū laudat, quem sciebat etiam fide perfectum, quoniam illis scribebat qui fidem quidem videbantur habere, sed eandem fidem bonis operibus nō exornabant. At vero Beatus Paulus qui illis scribebat, qui opera bona legis videbantur habere, sed fidem perfectā non habebant, iure fidem Abrahæ, attentius commemorat, quatenus studerent eum imitari, vel certe vt ostenderet, quia qui filij Abrahæ volunt esse,

neceffe est fidem & opera habeāt, merito vnus ex fide, aliter nihilominus laudauit eū ex operibus Fide inquit: obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, licet non haberet filiū liberum nisi illum, & in illo percepisset promissiones q̄ multarum gentium esset futurus pater tamē nō fuit ido inobediens deo: & quanquam contraria iterū audiret, dicente sibi deo: Offer Isaac filium tuum mihi, a quo iam auerierat: quia in Isaac vocabitur tibi semen, non hæsitaui de promissionibus, credens quia a mortuis posset illum suscitare deus, & ex eo multitudinem populorū multiplicare. Quapropter filiū nox offerre voluit, quia a deo hunc continuo resuscitandum esse credebat. Sed ne posset quisquam dicere, quia habebat alterum filiū ex quo sperabat repromissionem implendā, propter ea confidens obtulit istum, dicit Apostolus. Etiam vnigenitum obtulit ipse Abraham qui repromissiones de illo perceperat. Quare ergo tētauit illū deus? Nunquid ignorabat fortem esse virū illum in fide & probabilem? Sciebat vtiq;. Tentauit autem illū non vt ipse cognosceret, sed vt alijs demonstraret, & manifestā eius fortitudinē faceret, sicut ipse ostendit dicens: Nunc quod gnoui quod timeas dñm, id est alios cognoscere feci quod timeas dominū [vnde eum & in parabola accepit] Parabola græco vocabulo, latine dicitur similitudo siue figura. Accepit eum in parabola de morte a deo qui dixit ei, ne extendas manum tuam super puerum, quia ariete occiso iste saluatus est. Occisus est Isaac, quātum ad voluntatem pertinet patris deinde redonauit illum deus patriarchæ in parabola, id est in figura & similitudine passionis Christi In similitudine enim erant omnia quæ tunc agebant in Abraham quæ pro nobis verus Abraham deus videlicet pater & creator omnium gentium in fine seculi agere disposuerat, Abraham siquidem figuram dei patris gestabat: Isaac vero figuram Christi. Abraham siquidem portabat, vt scriptura dicit ignem & gladium, quia deus pater gladium passionis portauit quodammodo, quando eum occidi permisit, vnde dicit filius in psalmo ad eum: Quoniam quem tu percussisti, hoc est, percuti permisisse, persecuti sunt. Et deus pater per Zachariam: Percutiā pastorē, id est, percuti permittam. Ignis quoque quem ferebat, ca-

lor & feruor summę dilectionis illius est, qua nos diligit de qua dicif. Sic deus dilexit mundum vt vnigenitum suū daret pro mundo. Nam sicut Abrahā vnicum & dilectū filium suum deo victinam obtulit, ita deus pater vnigenitum filiū pro nobis omnibus tradidit. Isaac autem ipse sibi ligna gestabat quibus erat imponēdus quia & Christi⁹ portabat in humeris lignum crucis in quo crucifigendus erat. Aries significat carnē Christi. Isaac oblatuſ est, & non interfectus, sed aries tātum quia Christus in passione oblatuſ est, sed diuinitas illius impassibilis māsit: [fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau] Fide de futuris bñdixit eis, quia iuxta quod eis imprecatur est, ita postea omnia illis euenire credidit, & quæ futura illis erant, ea benedicens optauit. Potest & aliter intelligi. De futuris mysterijs benedixit eis: quia Iacob figuram Christi siue populi christiani gestabat, Esau vero Iudaici. [Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigiū virgæ eius.] Legimus in Genesi, quod audiēs Ioseph a grotare patrem suum venit ad eum, & obtulit ei duos filios suos, Effraim & Manassen ad benedicendum, qui fidem habens omnia illis euenire iuxta quod illis a deo inspiratus optasset, benedixit eos. Idcirco autem dicif singulos illorū benedixisse, quia super vtrunq; propriam benedictionem fudit, posuitq; minorem ante maiorem, quoniam præuidebat res ita futuras. Quodq; sequitur, & adorauit fastigiū virgæ eius, id est, virgæ Ioseph, dupliciter intelligi potest. Spiritu siquidem prophético afflatus Iacob, cognouit designari, per virgam illam Ioseph regnum Christi: per fastigium vero, i. summitatem virgæ potentiam & honorem regni Christi, de qua Psalmista ait: Virga recta est virga regni tui. Ergo non virgam adorauit pro deo secundū ritum gentilium qui idola colebant, sed in virga Christum, cuius regnum & potētiam præuidebat præfigurari in illa. Quantū vero ad literam pertinet fortassis secundum consuetudinem illius temporis adorauit virgam Ioseph, quæ videbat dominum esse totius terræ Aegypti, ea, scilicet ratione qua Hester legitur adorasse virgam Asucri, [Fide Ioseph moriens de professione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.] De professione filio-

Gen. 48

Psal. 44

Hest. 5

rum Israel locutus est, credens omnia vera esse quæ promiserat deus patribus eorū, præcipue quod dixerat ad Abraham. Scito prænosens quia peregrinum erit semen tuum in terra aliena, maleque tractabunt illud annis quadringētis veruntamē gētem cui seruiert iudicabo ego, dixit dominus & post hæc reuertentur in terram patrum suorum. Nequaquam ergo de suis ossibus mādaret Ioseph, nisi plena fide speraret reditum eorum in terram repromissionis. Dicit enim eis visitās visitabit vos dominus post dies multos: efferte ossa mea hinc vobiscum. Et non solum tribus Ioseph ossa patris sui deportauerunt secum per desertum in terram repromissionis: sed etiam reliquę tribus omnīū patriarcharū ossa secum detulerunt, sepelieruntq; ea in sichē quę euenit in passionem tribus Ioseph. Nam Abrahā, Isaac & Iacob in spelūca duplici Mambra, vcl Arbez quā, Abraham emerat a filiis Heth, sepulti sunt cū Sara & Rebecca & Lia, vbi & Adam cū Eua sepultus quiescebat. Fortassis vero querit aliquis, quæ causa extiterit: vt omnes illi scēti patres in terra repromissionis maluerint sepeliri quam alio in loco? Cui respondendum est, non curā gerēdo sepulchorū hoc agebant, sed potius quia per spm̄ sc̄m̄ præuidebant dñm in ea terra genus humanū redēpturum, ibiq; resurrecturū summo cū desiderio ibi cōsepeliri optabāt, quatenus eo resurgēte, pariterq; cū eo resurgerēt. Nos autē nō debem⁹ pusillanimes fieri vbiq; sepeliāmur, cū plurimorum martyrorū nesciamus vbi eorum corpora gloriose iaceant humana, [Fide Moyses natus, occultatus est mensibus trib⁹ a parētib⁹ suis eo q̄ vidissent elegantē infantē, & nō timuerūt regis edictū.] Nō sua fide occultatus est Moyses quia adhuc fari nō poterat: sed fide parentū suorū, patris sc̄i licet ac matris, qui fidē habētes quod omnipotēs deus posset eū liberare & custodire, custodierunt illū tribus mensibus, deinde vero cū nō potuissent eū celare propter vagitatus ipsius, posuerūt in fiscellam sirpeā, posueruntq; in carecto fluminis. Edictū enī huiusmodi regis erat, vt oēs pueri in fluuiū iactarētur. Sed quid est quod dicit nō timuisse eos regis edictum? Si nō timuerūt, quare nō custodierūt? In hoc ergo timuerunt: quia non sunt ausi retinere eū: in hoc vero quasi non timuerunt: quia non proiecērūt illū in

apertum fluiuum: sed in fiscella, posuerunt eum, sicque im-
 miserunt carecto fluminis, habentes spem atq; futuriã qd
 omnipotens deus custodiret illum, quapropter acti non ti-
 muissent: ita reputatum est illis. Vnde ergo isti sperauerunt
 saluare puerum: nisi per fidem? viderunt (inquit) elegan-
 tem infantem, siquidẽ ab ortu natiuitatis magna fuit illi
 infusa gratia venustatis, nõ nat ura hoc operante, quod na-
 tus est honestus infantulus: sed gratiã diuinã dono quã
 etiã barbaram illam mulierẽ Aegyptiam, filiam videlicet
 Pharaonis, ad hoc excitauit: vt amaret eum: vt fumeret &
 nutriret. [Fide Moyses grãdis factus: negauit se esse filiũ
 filiã Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quã
 temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias
 æstimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi,
 Aspiciebat enim in remunerationem.] Tanquam si dice-
 ret ad eos quibus hæc scribebat. Nullus vestrũ dimisit au-
 lam regalem amplam & claram, neq; regio thesauros, si-
 cut Moyses fecit, qui non solum contempsit, sed etiam abne-
 gavit. Cælo quippe p̄posito, noluit admirari Aegyptia
 ci regni pulchritudinem, magis eligens cũ populo dei af-
 fligi: quam temporalis peccati habere iocunditatem. Pecca-
 tum namque deputauit, si maneret in aula regis, letitia tẽ-
 porali fruens suosque fratres in tribulatione relinqueret.
 Non affligi, inq̄, cum alijs peccatũ esse iudicauit. Si igitur
 ille non affligi acriter cum alijs peccatum esse iudicauit,
 quantum cumulum peccati habituri sũt, qui congregatio-
 nem fidelium deserunt? Vos, inquit, pro vobisip̄s patimĩ-
 ni, ille autem non solum pro se solo, aspiciens in remunera-
 tionem, sed etiam pro alijs hoc elegit, vt maiorem merce-
 dem reciperet, vtroque se proiecit in tanta pericula, cum
 ei liceret. & pie viuere. Et secularibus bonis perfrui. Maio-
 res (inquit) diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum im-
 properium C H R I S T I, Improperiũ C H R I S T I dicit
 quia pro C H R I S T O sustinuit Moyses improprium
 qui vnus essentiã secũdum diuinitatem cum patre est: Si-
 ue improperiũ C H R I S T I dicit, hoc est, quale Christus
 sustinuit a suis propinquis. Sicut enim Christus improp-
 eriũ sustinuit a suis quos venerat redimere, quando ei dix-
 erunt: Dæmonium habes, &c, mala ei intulerunt vsque ad

Ioan. 8.

Exod. 2.

passionem, ita & Moyses improprium sustinuit a fratri-
 bus suis: quos volebat liberare, dicebat enim ei vnus ex eis
 Quis te constituit principem aut iudicem super nos? vtrũ
 interficere me vis sicut interfecisti heri ægyptium? Simi-
 liter quando quilibet a domesticis, vel ab eis quibus bene-
 ficium prestitit, improprium sustinet, impropriũ Christi
 sustinet. Aspiciebat (inquit) in remunerationẽ suam, & to-
 tius populi. Itaque quicq; aduersi aliquid patitur, debet
 reducere ad memoriã quam remunerationẽ a dño exinde
 sit recepturus. [Fide reliquit Aegyptum: nõ veritus ani-
 mositatem regis. Inuisibilem enim tanquam præsentem
 sustinuit.] Legimus in Exodo, quia cum Moysẽ dictum es-
 set a quodam Hebrẽo qui faciebat iniuriam fratri, quem
 Moyses voluit increpare: Nũquid interficere tu me vis si-
 cut interfecisti heri Aegyptium? fugit Moyses in verbo
 isto, eo quod Pharaõ audito hoc quæreret eum interficere
 sed cum manifestum sit fugisse illum in madiam, quid est
 quod Beatus A P O S T O L V S dicit: Nõ veritus animo-
 sitatem regis? Si enim non timuit, quare fugit? Quod ergo
 fugit fidei fugit, credens liberari a deo & prætedit exteri-
 us timorem cum interi⁹ nullum haberet metum, ideoque
 sic ei reputatur, quasi non timuisset. Idcirco enim noluit
 ibi manere ne causa iactatiã videretur se in apertũ pericu-
 lum præcipitare, ac tentare dominum deum suum, quod
 omnino diabolicum est, sãcti enim viri quandiu habent
 quod faciant, deum tentare non debent, sed debent imitari
 dominum suum, qui frequenter locum dedit Iudeis audiẽ-
 tes quod ipse præcepit dicens. Cũ vos persecuti fuerint in
 ciuitate vna, fugite in aliam, fuga ergo Moyfi tota exteri-
 or fuit: quoniã maxime de dei auxilio fidebat. Vnde Apo-
 stolus dicit, inuisibilem, inquiens, deum tanquam præsen-
 tem sustinuit, quod est dicere, ita erat fil⁹ de dei adiutorio
 & ita semper de eius protectione securus erat tanq̄ omni-
 potentem deum qui natura est inuisibilis, semp̄ præsentẽ
 aspiceret. [Fide celebravit pascha & sanguinis effusionẽ,
 ne qui vastabat primitiua tãgeret eos.] Fide qua Moyses
 credidit per illum sanguinem saluandum esse populum: ce-
 lebrauit pascha & sanguinis effusionem quo liniuit po-
 stes, ne angel⁹ qui vastabat primitiua Aegyptiorum, affli-

geret Israelitas ac si diceret illis sanguis agni typici in medio Aegyptiorum, & in tanta deuastatione illatos seruauit Iudæos, quorum postes fuerunt resperfi illo sanguine multo amplius saluabit nos sanguis veri agni: hoc est CHRISTI quorum ostia id est frontes munita sunt signopassio nis Christi. Timuit enim illum sanguinem angelus, intelligens ibi dominicam mortem, ac propterea non tetigit postes licet quod fiebat nihil esset: sed quod per illud fiebat, magnum erat. Sanguine agni illinuntur Israelitarum postes, ne vastator angelus audeat inferre mortem. Signantur dominicæ passionis signaculo fideles populi in frontibus ad tutelam salutis, ut ab interitu liberentur. [Fide transferunt mare rubrum tanquam per aridam terram, quod experti Aegyptij deuorati sunt.] ac si diceret illis quibus ista scribebat Intantum fide firmiter tenere debemus, ut quoniam in desperationem aliquam animus noster fluctuat tunc quoque fidei firmus ut liberemur, ac si usque ad mortem veniamus, & si de nobis desperetur. Quoniam spes poterat esse illis? Ex vna enim parte erat mare, ex altera parte cingebatur altissimis montibus, a tertia parte erant hostes. Si vellent fugere aut in mari erant perituri, aut in manus Aegyptiorum inciderent. Habentes autem fidem cuncta vicerunt, Fide enim qua credidit Moyses deo, ad verbum illius percussit mare, & diuisit illud in duodecim diuisiones, in xta quod in Psalmis dicitur credentes omnes ille tribus sicco vestigio posse transire mare ingressæ sunt sed prima tribus Iuda iuxta quod in Osee legitur Iuda, inquit, princeps cum deo in mari. Quapropter illud mare Hebræis fuit a dextris & a sinistris pro muro, præbens eis siccum iter, Aegyptios autem submersit. Unde dicit Apostolus, quia experti illud Aegyptij deuorati sunt, cognouerunt enim quod mare esset. Ex hoc enim apparuit aquam esse, quia illi viuentes absorpti sunt, & ex hoc apparuit non esse phantasiam, sed rerum veritatem, quam experti Aegyptij, deuorati sunt: Allegorice autem mare rubrum baptismus est rubore sanguinis Christi consecratus Hebræi qui exierunt de Aegypto, & transferunt per mare rubrum: fideles sunt: qui derelinquentes tenebras infidelitates, transferunt per fontem baptismatis Pharaon & Aegyptij mortui sunt in mari, quia in fonte baptismatis mortuus est diabolus: amittendo potestatem quam habe-

1 Psa. 135.

bat. Mortua sunt etiam peccata originalia & actualia, si qua antea erant, [Fide muri Hierico corruerunt circuitu dierum septem.] Non enim tubarum sonitus murorum saxa deiecit sed fides qua illi crediderunt deo, deiecit illos. Legimus quod domino præcipiente, Iosue præcepit arcam dei portari per septem dies in circuitu Hierico ac personare tubis. Septimo autem die cum increpuissent tubis, corruerunt muri Hierico, quod a magno mysterio non vacat. Hierico que interpretatur luna, speciem huius mundi tenet, quia sicut luna mensuris completionibus deficit, ita hic mundus quotidianis defectionibus cadit. In arca vero ecclesia figuratur, in tubis autem greis, prædicatores fortes accipiuntur, Iosue qui circumdedit arcam, Christus est, qui ecclesiam suam per hunc mundum gubernat. Hanc ergo urbem Hierico diebus septem Israelitæ ferentes arcam, aenis tubis clangentibus circumueunt, & muri eius per arcem presentiam atque ærearum tubarum sonitum cadunt, quia in hoc tempore quod septem terrarum vicissitudine voluitur, defertur arca. id est orbem terrarum circueiens mouet ecclesia ad prædicandum voces: quasi ad tubarum sonitum muri Hierico. id est elati huius mundi & principes, ac superba infidelitatis obstacula corruunt, donec in fine temporum mors nouissima inimica destruat [Fide Raab meretrix non perit cum incredulis excipiens exploratores cum pace] Magnam consolationem & exhortationem B. Apostolus isto in loco omnibus præbet: quia si meretrix infidelis & idololatra sola fide saluata est, multo magis illi saluabuntur, qui ad grauiora crimina non sunt prolapsi, ac si patienter diceret, Inhonestum est, si meretrice infideliores estis. Illa tantum homines nuntiantes audiuistis, ceteros festinque credidistis: vos autem non solum homines audistis, verum etiam voces prophetarum: quæ per omne sabbatum leguntur: & insuper ipsum filium dei ad vos missum cognoscitis. Nam Raab effectum fidei consecuta est. Omnibus qui ppe pereuntibus sola saluata est. Raab autem (quæ interpretatur dilatata) figuram tenet ecclesiæ quæ dilatata est ab oriente in occidentem, ab aquilone in meridiem & latitudinem charitatis habet, intantum ut etiam pro ipsius inimicis orationem fundat. Et bene de extraneis atque alienis gentibus erat viuens in desiderijs carnis, ac fornicatione

Iosu. 6.

ni deseruiens, quia ecclesia aliena erat ante domini aduentum a deo, secundum desideria viuens carnis fornicationisq; atq; idololatriæ deseruiens. Postq; autem Iesus verus misit ad eã duos exploratores, hoc est, Petrum & Paulum, siue duo testamenta fidelis effecta reliquit fornicationem idololatriæ, sicque saluata est, & saluatur quotidie ne pereat cum inidelibus. Hucusq; narrauit de legiflatore, & de antiquis patribus, nũc dicturus est de iudicibus, qui fuerunt post Iosue, nomina eorum tantummodo commemorans propter breuitatem sermonis, qui per fidem pugnaerunt, & gentes plurimas vicerunt. [Et quid adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enarrantem] Hoc est, deficiet tempus destinatum ad scribendum epistolam: si cuncta illorum facta psequi voluero, quos hactenus comemorauit, siue que narrare possum de his, qui successores illorũ fuerunt, [de Gedeon, Barach, Sampson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis qui per fidem vicerunt regna.] Quod omnes siquidem in cõmune commemorat, illud est quod singulorum opera eadem fide acta sunt: quia omnes illi per fidem simul vicerunt regna. Gedeon siquidem accipiens signum a domino in trecentis viris, qui manibus aquam hauserunt de quibus dñs dixit ei. In his superabis Madian, in vellere quoq; humido & sicco: fide repletus prostrauit zebec & Salmã, accepitq; victoriam ex hostibus. Allegorice autem Gedeon (qui interpretatur in vtero circuiens) significat dñm Iesum Christum, qui per incarnationis mysteriũ in vtero virginis collocatus, plenitudine diuinitatis (quæ omnia replet) totum mundum circuibat, quia implendo omnia, circũdat omnia: Trecenti autem viri, qui manibus aquam hauserunt, & accepto igne in lagenis contra Madian profecti sunt, contractisq; lagenis ignis resplenduit, tubisq; increpauerunt: simulq; hostes in fugam conuersi sunt, typum tenet sanctorum predicatorum, qui fidem sancte trinitatis habentes, signo dñice passionis insigniti sunt, quod designatur per thau T literam, que suo numero trecentos exprimit, & quæ apud veteres iudeos similitudinem crucis habebat, Lagenæ aut quæ sunt vascula fusilia vel fictilia, significant corpora eorundem predicatorum infirma de quibus idem egregius predicator dicit. Habemus the-

saorum istũ in vasis fictilibus, Sonus tubarum voces predicatorum exprimit. Fractis ergo lagenis resplenduit ignis hostesq; in fugam versi sunt. Medianitæ typũ tenent istius seculi: quia postquam sancti martyres ab hoc seculo deficiunt, crescunt miraculo, sicq; virtute miraculorum cõcussi in fugam vertunt. s. aut fidei subdendo se, aut etiam a tormentis cessando, victi timore signorum. Illud quoq; nõ vacat a mysterio, quod Gedeone orãte vellus primo validũ fuit: & tota terra sicca: secũdo vero vellus siccum, & tota terra madida: Vellus enim figurã tenet populi Iudaici, terra autem omnium gentium. Iure ergo vellus primo madidum fuit, terra autem manente sicca, quia quãdo Iudaicus populus rore superne sapietie fuit humefactus ante domini aduentum, omnes gentes siccitate fidei & sapientie exccatę erãt. Iterum cum post domini aduentum omnes gentes rore sapientie fuerunt madidæ effectæ, Iudæa ariditate perijt. Barach ipse est Lapidoch maritus Delborę, qui fide, qua credidit propheticę superauit Sifaram omnesq; currus eius. Sãpson fide qua credidit impetrauit a deo quod orabat plures interfecit moriens quam viuens. Dixit enim, domine deus memento mei, & redde nunc mihi pristinã fortitudinẽ deus meus vt vlciscar me de inimicis meis: & pro amissione duorum luminum, vnam vltionem accipia. Iepte fidem habuit pugnando contra filios Amon, & filiam suam offeredo, licet in hoc stulte egisset, quod omnipotenti deo sanguinem humanum fundes putauit placere. Vouit siquidẽ vt si ei dominus victoriã daret de filiis Amõ, immolaret ei quicũq; primus occurreret de domo sua. Quod & ita fecit. Nã occurrit ei filia sua, quam post deploratam virginitatem occidit. Sed potest quæri, qua de causa mos in oleuerit, vt omni anno virgines Hebræorum plorent filiã Iepte. Quę ista cognoscitur esse ratio vt dum cernũt deplorari illam a filiabus suis, nemo ad tãtam stultitiam, tantumq; piaculum audeat profilire, vt deo humanũ sanguinem fundat. Dauid fide plenus, processit cõtra Philisteum & interfecit eum. Et quoniam deo credidit, multas pmiffiones de Christo pmeruit. Samuel propheta & sacerdos fidem habuit perfectã, qua vnxit Dauid in regem ad verbum domini, & occidendo Agag, regem Amalech, [opera

1. reg. 23. ti sunt iustitiam] quia quod crediderunt corde opere cō-
 pleuerūt, exornantes eādem fidem [adepti sunt repro mis-
 siones] de Christo vel de patria cælesti. Abraham enim de
 Geñ. 22. Christo promissionem accepit, dicēte sibi domino, in semi-
 ne tuo. i. in Christo, benedicent omnes gētes. Dauid quoq;
 2. Reg. 7. plurimas promissiones accepit, cui dominus dixit, Cū dor-
 Pſal. 131. mieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuū quod egre-
 Pſal. 88. dietur de lumbis tuis & firmabo thronum eius super thro-
 daniel. 12. nū tuum. Et alibi, De fructu lumbi tui ponam super sedē
 tuā. Et cum iureiurādo semel, inquit iurau i in sancto meo
 si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit. [Obtu-
 rauerūt]. i. clauerūt [ora leonum] vt Sampson, Dauid, &
 Daniel missus in lacum [extinxerunt impetū ignis] sicut
 tres pueri Danielis focij iussu Nabuchodonosor Chaldaica
 vr gente velania, missi sunt in fornacē ignis ardētis qui
 bus nihil molestiæ intulit [Effugerunt aciem gladij] id est
 repulerūt fortitudinem hostium a se, valide pugnando, si-
 cut Iosue, Gedeon, Dauid alijq; reges & principes Iudæo-
 rum [cōualerunt de infirmitate] vt Iob & Ezechias, qui
 cum egrotasset, vsq; ad mortē, domino sibi propicio reddi-
 tus est pristinæ sanitati per spacium quindecim annorum.
 Possumus ex infirmitatis nomine malū captiuitatis intel-
 ligere, de qua liberati sunt, domino valente, Cyro iubēte,
 Esdra & Neemia procurāte [fortes facti sunt in bello] vt
 Iesus Naue successor Moyſi, Sampson qui mandibula asi-
 ni multos Philistinorū interfecit, Dauid quoq; rex, Iudas
 Machabeus & fratres eius, quorum temporibus etiam sex
 milia Iudgorum interfecerūt ceterum milia hostium, & tria
 milia missa Antiochiam in auxilium Demetrii, peremerūt
 centum viginti milia [Castra verterunt exterorum] in su-
 gam. Frequenter hoc egerunt. Castra autē dicūtur a castrā-
 do, eo quod ibi castretur libido. Nō est enim mos militaris
 vt pergētes in prælium vxores aut scēminas alias, secun-
 ducant. Duo autem quondam principes terrę cum comita-
 tu vxorū perrexerunt in bellum. Darius videlicet & An-
 tonius, sed vterq; inibi corruit. Darius quidē superatus est
 ab Alexādō: Antonius vero ab Octauiano Augusto [ac-
 ceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos]. Eas mulie-
 res dicit, quarum filij ab Elia & Eliseo suscitati sunt quos

ille acceperunt post resurrectionem vel resuscitationē, nō
 vt eos haberent in maritos: sed quos amiserāt in morte, re-
 ceperunt viuos. [Alij autem distenti sunt, non suscipientes
 redemptionem, vt meliorem inuenirēt resurrectionem.]
 Plurimi sanctorum distenti sūt, hoc est in cruce extensi su-
 nibus colligati, sicut beat⁹ Andreas. Seu distenti, hoc est ad
 capita duarum arborum colligati ac disrupti vel etiam ad
 brachia equorū indomitorum extensi: sicq; ab eis disrupti
 vel certe distēti sūt. hoc est, decollati, que omnia in sanctis
 martyribus vidētur esse completa. Non susceperunt redē-
 ptionem, hoc est, liberationem in præsentī: ad hoc vt solu-
 rentur a tormentis; vt meliorem atque gloriosiorē inue-
 nirent resurrectionē in futurum: quoniam quo ampliora
 quis tormēta pro deo in præsentī sustinet: eo gloriosior in
 resurrectione apparebit. [Alij vero ludibria & verbera
 experti in super & vincula & carceres.] Ludibria dicun-
 tur a ludo, hoc est irrisione. Primo enim sancti martyres
 ludibrijs & irrisionibus deludebantur, deinde verberib⁹
 afficiebantur, sicque vinculis astricti, ponebantur in carce-
 res: ad postremum vero interficiebātur diuersis & exqui-
 sitis tormentis. [lapidati sunt.] vt Naboth. Hieremias in
 Aegypto a reliquis transnigratorum, Ezechiel in Babylo-
 ne, alijq; quamplures in nouo testamento. [secti sūt.] Hic
 pluralis numerus pro singulari positus est. Neminē enim
 sanctorum legimus in veteri testamento sectum, nisi Isaiā
 prophetam, quem fecit secari serra lignea. Manasses rex,
 qui filiam eius habebat in vxorem. [tentati sūt.] vt A-
 braham & alij multi. Non ad deceptionem: sed potius ad
 probationem, illa scilicet tentatione de qua dicitur. Tentat
 vos dominus deus vester, id est probat vos, nam deus intē-
 tator malorū est [in occisione gladij mortui sunt] vt Vri-
 as & Iosias & alij multi. [Circumierunt in melotis, in pel-
 libus caprinis, egentes, angustiati, afflicti.] E L I A M in
 hoc loco debemus intelligere. & alios qui taliter egerunt,
 & qui afflicti vndique penurijs & tribulationibus angu-
 stiat, fide sustinuerunt omnia: vt ad desideriorum super-
 norum præmia possent peruenire.
 Omnis autem indigētia & egestas, angustia vocatur, qua
 angustiatur homo id est affligitur, seu fame, seu alia in-

opia, Melotam dicunt quidam genus esse vestimēti ex pel-
libus caprinis, ex vno latere dependens, quo genere vesti-
menti propter asperitatem in ægypto monachi dicuntur
viri. Elias quoque legitur vsus illo fuisse. At vero quidam di-
cunt ex pellibus taxi, genus vestimēti esse compositū. Est
enim animal quod taxus vocatur & melius, solitus habita-
re in cauernis terræ, cuius pellis hispida esse fertur, a quo no-
mine deriuatur vocabulum huius vestis, id est a melo me-
lota [quibus dignus non erat mundus.] Mundi nomine hic
sub vna significatione possumus intelligere amatores mū-
di, qui terrena solummodo appetentes, ab amore creatoris
sui longe remoti erant, ac propterea non erant digni tales
socios habere, quales fuerunt illi quorum magnalia Apo-
stolus supra descripsit. Siue mundi nomine possunt accipi
omnia que continentur in celo & in terra, aurum: videli-
cet, argentum, gemme, atque omnia preciosa, & ipsi insuper
reprobi, amore mundanarū rerū decepti. Istis ergo sanctis
non erat mundus dignus, hoc est, si totus redigeretur sub pæ-
tio, non poterat vni illorum recte comparari, neque enim si
omnia illa in pretium dari potuissent, talem aliquem virū
emere poterant. Vt ergo ex pluribus paucorum memoriā
agamus quomodo poterat talis ac tantus vir comparari, vt
Moyse fuit qui quando voluit mare diuisit, quādo voluit
aquis eius reduxit, quando voluit manna de celo descēde-
re fecit, aquam de petra produxit, &c. innumerabilia que
fecit. Vel quomodo poterat comparari pretio mūdano ta-
lis ac tantus vir, vt fuit Iosue successor eius, qui quādo vo-
luit solem ac lunam, illa duo maxima luminaria vno in lo-
co stare fecit, dicens, sol contra gabaon, & luna contra val-
lem aialon ne mouearis? Fortassis dicit aliquis: Ideo non po-
terant emi: quia non poterant inueniri? Vtique verum est,
quia non poterant in toto mundo similes illorum inueni-
ri, & si potuissent, nequaquam vlllo pretio possent comparari:
quoniam quod totus mundus nequibat perficere: hoc vnus
illorum verbo agebat. Nam cum totus mundus temporibus
Eliæ laborasset per tres annos & sex menses siccitate:
nec potuisset pluuiam impetrare, verbo Eliæ aperta sunt
catarectæ cæli, & venit pluuiā super faciem terræ [in soli-
tudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cauer-

nis terræ] Eliam eximium prophetarū hic vult intelligi,
& filios prophetarum qui temporibus Achab & Iezabe-
lis fugati sunt, eo quod voluissent eos Iezabel iterficere, tūc
temporis pauit eos quinquagenos Abdias in speluncis &
in cauernis terræ. Vnde & meruit donū prophetiæ iuxta
quod dominus in euangelio dicit, qui recipit prophetam
in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet. [Et hi
omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromis-
sionem, deo pro nobis aliquid melius prouidēte, ne sine no-
bis, cōsummarentur] Qui sunt isti que testimonio fidei sunt
probati, nisi omnes superius memorati. Quorum tam cla-
ra & laudabilis fides commemorata est, stellæ videlicet fir-
mamenti, terreni homines, & cælestes angeli, viui lapides
& splendidæ margaritæ, quorum opera quæ egerūt fidem
eorum cōfirmant, quoniam absque fide impossibile est place-
re deo. Testimonio itaque fidei fuerunt probati, hoc est, ope-
ratione sancta, quæ per fidem operabatur, laude digni in-
uenti sunt. Fides enim illorum operibus mūdis declaraba-
tur. Sed cum ita essent perfecti, repromissionem non acce-
perunt. Dicit ergo aliquis: Quid eis profuit deo seruisse, si
hactenus sine præmio manent? Absit hoc a fidelium cordi-
bus, vt credamus eos sine præmio manere. Adhuc quippe
mortali carne circūdati, magnū p̄miū perceperūt, vidēti. scilicet
deumque cognoscendi, multaque mira patrādi, nūc vero quie-
sunt in anima, in beatitudine regni cælestis ineffabili læti-
tia perfruentes. Sed videamus quid Ioānes de illis in Apo-
calypsi sua dicit, sicque nobis manifestabitur quā promissio-
nem non acceperunt: Vidi, inquit Ioannes, sub altare dei a-
nimas interfectorum propter verbum dei, quod habebāt
& clamabant voce magna, dicentes. Vsq̄quo domine san-
ctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrū
de his qui habitāt in terra. Et datæ sunt illis singulæ stolæ
albæ, & dictum est illis vt quiescerent tēpus adhuc mo-
dicum, donec impleatur numerus confertorum & fratrum
illorum. Singulas stolas modo habent animæ sanctorū de
sua immortalitate gaudentes, & de felicitate qua fruuntur
exultantes. Binas vero stolas habebunt cum in generali re-
surrectione receperint immortalitatem & incorruptionē
in corpore, quam modo habent solummodo in anima. Hæc

ergo promissione nec dum preceperunt, de qua isaias dicit. In terra sua duplicia possidebunt, scilicet post generale resurrectionem. Et reuera ita dignum est, ut qui in corpore, & anima deo seruiuerunt in corpore pariter & anima remunerationem percipiant. Quocumque sequitur, deo pro nobis aliquid melius providente, ne sine nobis consummareretur, hoc est perfectionem consequeretur illi more humano agitur: verbi gratia, sicut quidam filij reuertentes de agro, dicit patri, pater laborauimus hodie, estum solis perpeffi sumus, tempus est ut tribuas nobis refectionem, & ille eis respondet, substinete parumper quoad usque veniant omnes fratres vestri qui vobiscum similiter laborabant, & tunc cum eis plenissime epulamini. Sic omnipotens deus quodammodo egit dum non dedit electis immortalitatem in corpore ut maior gloria maiusque esset desiderium, cum omnes generaliter in die iudicij binas stolas acceperit. Et hoc est quod dicit ne sine nobis qui adhuc hic peregrinamur perfectionem consequerentur in resurrectione corporum.

CAPVT XII.

Deoque & nos tantam habentes impositam nubem testium deponentes omne pondus & circumstantans nos peccatum per patientiam curamus ad propositum nobis certamen. Nubem testium appellat multitudinem patriarcharum ac prophetarum reliquorumque fidelium qui testes fuerunt perfectae fidei, testes etiam filij dei quem praedixerunt in mundum venturum. Qui bene nubes vocantur, propter altitudinem ac multitudinem meritum. Sicut enim nubes a sole illuminatur, eiusque calore perfunditur, sicque postmodum terram calefacit, & plerumque imbricat illam, plerumque autem corruscationes emittit, ita illi sancti patres a vero sole calefacti atque illuminati suo exemplo corda hominum calefaciunt atque illuminant suoque tempore pluuiam emiserunt verbis & corruscauerunt miraculis. Imposita est ergo nobis in exemplum tam magna nubes testium, ut fidem illorum & opera imitari satagamus. Quia propter simus deponentes omne pondus vitiorum per poenitentiam, somnum quoque pigritiae, & cogitationes infirmas. Per hoc autem quod subdidit & circumstantans nos peccatum simus deponentes, ostendit Iudaeos ex omni parte

a diabolo tentari, desiderijque carnalibus deseruire, multumque peccatis abudare. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, ut sicut illi sustinuerunt patienter aduersa huius seculi, ita & nos sustineamus. Non dicit addam cursui nostro aliquid, sed in eodem manentes, curramus ad destinatum nobis certamen iuxta quod Psalmus dicit, Viam mandatorum tuorum cucurri. In praesenti enim seculo in certamine sumus positi contra vitia carnis, contra daemones, contra falsos fratres, & necesse est ut patienter curramus siue expleamus certamen istud, quatenus peruenire possimus ad promissum certamen istud, quatenus peruenire possimus ad promissum certamen istud, quatenus peruenire possimus ad promissum certamen istud. [aspiciamus in autorem fidei & consummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.] Sicut filij pariter, & discipuli magistrorum in studio operis atque in certaminibus attendunt, informantes mentem ex parte doctorum, sumentes quasdam regulas ab eis per visum, ita & nos si volumus currere & discere ut bene curramus ad autorem siue consummatorem Iesum Christum attendamus quae dixit nobis. Discite a me quia mitis sum & humilis corde alibi, si me, inquit, persecuti sunt, & vos persequetur: & si patrum familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domestici eius. Attendamus in Christum & accipiamus in illo exemplum patientiae, qui dixit, Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Ipse namque est autor fidei & consummator. Autor fidei nobis est, quia ipse nobis fidem infundit. Non enim possumus credere, nisi ab illo proueniamus. Unde ipse fidelibus suis dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ipse consummator fidei, siue perfectior est quia consummationem siue perfectionem nobis praestat in hoc ut in fide perseveremus siue in hoc perfectior est fidei, quia dat voluntatem atque possibilitatem perficiendi bonum, quo ipsa fides exornetur. Nam fides si ne operibus perfecta est, mortua enim est. In illo enim omnes perfectionem habemus qui sibi gaudio sustinuit crucem Ipse filius dei proponens sibi, hoc est in praesentia sua statuens gaudium resurrectionis atque ascensionis in caelum totiusque quam perceperit post resurrectionem sustinuit crucem, propter hoc quod in postremo videbat sibi profuturum, Confusione contempta, hoc est pro nihilo deputata verecundia, Quoniam sine erubescencia & verecundia

illud opprobrium sustinuit. Gaudium nāq; maximū fuit illi quod pro nobis est passus, vt voluntatem dei patris impleret pro quo postea potētiam, supra omnem creaturam accepit. Vnde ipse dicit. Desiderio desideravi hoc pascha māducare vobiscum. Si igit̄ ille qui nullam habuit necessitatem vt crucifigeretur, crucifixus est propter nos quanto magis iustū est nos omnia fortiter tolerare. Ad hoc itaque dominus apparuit in carne vt humanam vitam admonendo excitaret, exemplum prābendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Propter hoc enim moriebatur, vt doceret nos, nihil existimare gloriā quę ab hominibus deserit. [atq; in dextera sedis dei sedet.] hoc est, in p̄speritate aeternā vitā, & plenitudine paternā maiestatis. Si nulla esset alia dei promissio & exhortatio, istud exēplū solū debuerat sufficere, quod in hoc loco de Christo ostēdit Apo. ad persuadendum omnia aduersa patienter tollerare vt cū Christo mereamur cōsiderare in gloria [Recogitate, eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.] Omnia aduersa quę Christus sustinuit a Iudeis plagas, s. irrisiones, sputa, colaphos, alapas blasphemias, ipsamq; mortem Apostolus solo noīe contradictionis ostendere voluit. Rememoramini (inquit) Christū, qui tanta ac talia sustinuit contraria pro peccatoribus, qui peccatū non fecerat, vt vos qui transgressores & peccatores esse digno scimini, nō fatigemini deficientes in animis vestris: sed imitando illum, sustinete similia patienter. Aduersus semetipsum sustinuit Christus cōtradictionem. i. dimisit illos secū dum quod voluerunt facere contra se: nihil eis contradicēs Hortaī autem eos ne deficiant in tribulationibus, dum vsq; ad martirium & sanguinis effusionem nō adhuc perueniāt. Vnde & subdit [Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatū repugnantēs] ac si diceret, Et si amissistis facultates terrenas, expoliati a cōtribulib; vestris tamen mortem nō sustinistis. Adhuc enim viuī manetis, vsq; ad sanguinem restitit pugnans aduersus peccatū, qui p̄ veritate fidei aduersus infideles pugnavit vsq; ad mortem, sicut sancti Apostoli, eorumq; successores fecerunt, nā infidelitatis peccatum maximum est, dum autē quis vult

decipere aut blāditijs, aut terroribus, pugnans pro fide cōtra infideles, vtq; aduersus peccatum repugnat. Potest & de omni peccato intelligi, de mala videlicet fuggestiōe, & praua voluntate, immundoq; desiderio: quibus qui resistit nō consentiendo eis, aduersus peccatum pugnat [& oblit estis cōsolationis, quā vobis tanq̄ filius loquitur, dicens: Filii mi, noli negligere disciplinā domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris] Sapiētia dei patris, quę per Salomonē loquebatur, inter cetera etiā protulit hoc per os illius, quod beatus Apostolus modo in exemplum assumpsit, hortans Iudæos ne deficiāt in tribulatione: quia a domino arguitur causa p̄bationis, Dicit ergo: Filii mi, noli negligere, siue negligēter ducere disciplinam domini. Disciplina dicta est a discendo, quę alio nomine correctio morum potest appellari. Dum enim quis angustijs & tribulationibus afficitur, non debet fatigari nec deficere, sed potius patienter sustinere, recogitās quia a domino corrigitur, [Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnē filiū quem recipit.] Ideo hęc testimonia ponit Apostolus, vt sicut filij a parentibus suis flagellantur: vt digni sint ad hereditatem paternam accedere, vnde & plerunq; stare tota nocte in frigore iubent, varijsq; modis excoquantur: ita & isti similiter correctiones a deo alacri animo sustineant, vt ad verā hereditatē perpetuę patrię peruenire sint idonei. Sūt em̄ multi qui in prosperis domino seruiunt, sed tñ in aduersis cedunt. Hi tales nō sunt adhuc perfecte probati ad hereditatem captandam, Vnde Apostolus quem in prosperis bene viuere docuit, ne i correctione deficiat hortat, quoniam filium quē diligit dominus, ad hoc vt heredem illum regni cælorum constituat, castigat illum varijs diuersisq; modis: & flagellat aut infirmitate aut paupertate: aut persecutione: aut tormentis. Notandū autē quia nō omnis qui flagellatur filius est, sed omnis filij flagellatur. Quem ergo sanctorum ab hoc seculo ad hereditatem sempiternā legimus peruenisse sine flagellatione diuina? quia propter tanto minus de flagello quo castigamur, murmurare debemus: quanto certius in eo paternę dilectionis affectum sentimus, Vnde ipse dicit. Ego quos amo, arguo & castigo, At vero multi flagellabātur, vt Antiochus et He. Apo.;

rodes, non vt ad hæreditatem assumantur, sed vt hic ex pte demonstratur, quæ mala passuri sint post mortem [In disciplina pseuerate, tãquam filiis] charissimis [vobis offert se deus.] subaudis, vt hæreditatem patriæ cælestis capiat: ac si diceret: Melius est vobis per disciplinã et correptionem, quæ affectu paterno agitur, transire ad hæreditatẽ cælestem: quam extra disciplinã esse: sicq; ad pœnas descendere inferni. Putatis enim quod odio vos habeat ac dereliquerit deus, per hæc quæ passi estis? Si hæc nõ pateremini tunc magis hoc vos cogitare incompetebat. Nam si flagellat omnem filium quem recipit: qui non flagellatur, si ne dubio non est in numero filiorum. His verbis ostendit eis: quia vñ putabant se derelictos esse: inde magis credere poterant diligi ab illo. [Quis em̃ filius quẽ non corripit pater?] Solet aliquoties pater familias filios alienos negligere: suos vero castigare et corripere: ne eos opprimat mala negligentia. Nullus est pater sapiens qui non corripiat filios delinquentes, et aliquando bona agentes increpat vt ad meliora accédantur. Vñ & Heli quia filios suos nõ corripuit nõ meruit eos hæredes sacerdotij post se derelinquere. [Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes] boni filij vñ patres sancti superius memorati [ergo adulterini, & non filij estis.] Quisquis extra disciplinã domini manet, cuius disciplinẽ participes facti sunt omnes boni filij pertinentes ad hæreditatem cælestẽ ad ulterinũ filius est, nec pertinet ad hæreditatem paternã, quia nõ est filius liberẽ. Cauete ne sitis adulterini filij. Omnes em̃ infideles & negligẽtes disciplinãq; domini contemnent, adulterini, & nõ filij reputantur. [Deinde patres quidẽ habuimus eruditores, & reuerbamur eos. Nũ multo magis obtemperabimus patri spirituũ, et viuẽ?] Deinde subaudis considerare debemus, quia patres habuimus eruditores, & timẽbamus eos, nõne multo magis obtemperabimus deo patri spirituum, & viuẽ in gloria æterna: Pater spirituum vel creator animarũ, deus omnipotens est, quia omnia creauit primum ex nihilo deinde vero ex elementis corpora hominum, aliorumq; animalium: animã vero hominis ex nihilo creauit, & creat adhuc. Nõ est enim putandũ, quod anima pars deitatis sit, quoniam

1. R. eg. 2.

deitas non est creata, anima autem creata est. Idcirco autẽ omnipotentem deum creatorem animarum appellat non corporum, cum omnium creator sit, quia corpus nostrum ex semine paterno simulq; materno cõficitur: anima vero semper a deo ex nihilo creatur. Si inquit, patres carnales timebamus, a quibus temporaliter erudiebamur, vt hæredes illorum mereamur fieri, quãto magis creatori animarum obedire atq; obtemperare debemus, vt cum illo in gloria æternæ beatitudinis viuamus. Nec solummodo differẽtia est inter eos propter disciplinam personarũ: quia isti terreni, ille est cælestis, sed etiam ipsa causa disciplinæ atq; eruditionis. Nõ enim ad eandem causam, vel ad res spirituales erudiunt, sed ad id quod eis videtur, sicut Apostolus manifestat, dicens: [Et illi quidem] patres carnales, ex quorum semine corpora sumpsimus, [in tempore paucorũ dierũ, secundum suam voluntatem erudiebãt nos: hic autẽ] pater spirituum, [ad id quod vtile est erudit] nos, hoc est ad salutem & vtilitatem animæ nostræ [in recipiẽdo sanctificationẽ eius] illi quidem patres carnales ad hoc erudiũt nos, vt ipsis sumus vtilis secundum suam voluntatem, quæ in omnibus nõ est vtilis: deus vero omnipotẽs ad omnia vtilia nos instituit, vt animæ nostræ salutem consequamur & recipiamus sanctificationem eius, videlicet vt sumus sancti secundum quendam modum, sicut & ipse sanctus est, iuxta quod ipse dicit, Sancti estote, quia ego sanctus sum. Ad hoc inquit nos erudit & castigat, vt nos efficiat dignos suis muneribus. Vnaqueq; etenim gens secundum suã voluntatem filios erudit, sicut cõsuetudo fuit Romanorũ suos filios erudire in re militari, & grecorũ literis instituere suos [Ois autẽ disciplina in præsentĩ quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructũ pacatissimũ exercitatis per eã reddet iustitiæ] Omnis, inquit, disciplina tam humana quã diuina, tunc quã discitur, nõ videt esse disciplina gaudij, sed mœroris. I deo autem hanc omnem & diuinam & humanam disciplinam vocauit: quia quicquid discit disciplina vocatur. Idcirco autem in præsentĩ nõ videtur disciplina gaudij, sed mœroris, quã flagellat sepiissime & cõstringitur, de quo id agitur sustinet famem, patitur frigus omnemq; laborem. At vero cum peruenerit ad perfectionem,

Leui. 19.

gaudet, letatur, gratissimamque mercedem recipit, sicut Apostolus dicit: Postea, inquit, cum peruenerit ad culmen perfectionis, reddet ei eadem disciplina pacatissimum fructum iustitiae per eam exercitatis, id est, per eandem disciplinam probatis atque perfectis. Fructum autem pacatissimum vocat gratissimam atque acceptissimam remunerationem, quam percipiunt hi qui per eandem disciplinam exercetur atque probantur. Verbi gratia: Romani milites, qui in disciplina rei militaris sunt exercitati, multa contraria primum sustinentes post ea gauisi sunt, monarchiam totius orbis possidentes. Similiter intelligendum de his qui in disciplina diuina affliguntur, qui premia aeterna recepturi sunt, sicut sancti Apostoli, martyres & doctores ecclesiae. [propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.] Propter quod: quia propter disciplinam mercedis praemii redditur, gaudiumque subsequitur: Vel propterea ut possitis hereditatem supernam cum bonis filiis percipere, remissas manus a bono opere, & torpentes otio pigritiae & soluta genua erigite ad bona opera agenda, Per pedes autem & genua, debemus accipere bona opera, sicut & per manus, per gressus autem intellectum intentionemque mentis, & est sensus, Talia opera agite, quae perfectum intellectum habeant quod bona intentione fiant. Recte (inquit) ambulate ne claudicatio plus accrescat, sed potius ad statum rectitudinis erigatur. Remissas manus & genua soluta mandata erigere, sicut & Isaias praecipit, dicens, Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate, ut non claudicans quis erret, id est, ut non hesitans quis in fide bonisque operibus erret: recte in deum, ac si diceret, Qui non recte credit, melius est ut firmus & tenacius credat quatenus omnibus modis inueniat medicinam animae suae, His autem verbis hesitationes eorum tangit, ad hoc ut sine aliqua dubitatione crederent in deum [Pacem sequimini cum omnibus] subaudi bonis [& sanctimoniam sine qua nemo videbit deum.] Plurima quidem sunt, quae formam discretionemque christianitatis offendunt, sed plus omnibus ac melius charitatis munus affectus & pax quae omnium hominum corda consociat, Quapro-

pter dicit ipsa Veritas, Pacem relinquo vobis, & iterum, In hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem, propterea Apostolus dicit, Pacem sequimini cum omnibus bonis. Pacis autem nomine intelligenda est dilectio & concordia, Sanctimonia autem dicitur castitas mentis & corporis ac si diceret, Ita diligite omnes bonos ut vosmetipsos, & sit in vobis castitas, siue munditia mentis, & corporis quam sine pace et sanctimonia nemo videbit deum, Beati enim pacifici, quoniam ipsi filii dei vocabuntur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt [contemplantes ne quis desit gratiae dei.] Quod dicit contemplantis, id est, diligenter attendentes atque considerantes, ne quis vestrum desit gratia dei, sic loquitur cum eis tanquam cum viatoribus, qui cum numero & comitatu in longa itinera permanere quibus solet dicere is qui eis praestitit videte ne aliquis remaneat qui non pergat nobiscum, veluti si diceret, Non hoc tantum requiro, ut vos soli gratiam consequamini, patriamque caelestem intretis, sed etiam inspiciatis & ceteros. Gratiam autem dei dicit, fidem spem & charitatem, per quas meretur homo gratiam dei inuenire, quia cum istis habet & reliquas. Siue gratiam dei dicit remissionem peccatorum, quae nobis gratis datur a deo in baptismo. Videte inquit, ne quis vestrum alienus sit a gratia dei, quae datur in baptismo, vel a fide perfecta, ceterisque virtutibus. [ne quae radix amaritudinis sursum geminans impediatur: & per illam inquinetur multi] Radicem amaritudinis vocat voluntatem malam, prauamque intentionem, unde procedit peccatum amaritudinis. Nam sicut radix amara fructus dulces non potest proferre, sed sui similes, hoc est amara, sulphureus quoque fons aquas non emittit, habiles ad bibendum, ita mala voluntas & intentio praua malam operationem & peccatum amaritudinis a se emittit, quibus impeditur iter ad patriam ascendendi caelestem, atque per illam malam voluntatem de qua procedunt semina nequitiae, inquinantur multi, quia modicum fermentum totam massam corrumpit, & vno peccato infidelitatis, quia opera quae poterant bona esse deprauantur, et vno peccatore multi coinquinantur. Radix enim amaritudinis specialiter peccatum infidelitatis, potest intelligi licet ad malam voluntatem, atque intentionem nequam, ut

diximus referatur. Et congrue peccatū amarum dixit esse quoniam nihil amarius est illo postquā fuerit perpetratū Quod experimēto agnoscat, qui post admissum delictum conscientię mœore macerantur, diraq; satis amaritudine consumuntur intantum vt amaritudo ipsius delicti, ipsum intelletum ipsamq; rationē aliquoties subuertat, sicut de Cain legimus qui in desperationem fuit. [Ne quis fornicator aut profanus vt Esau, qui propter vnam escam vendit primogenita sua.] Fornicator appellatur Esau, qui contra volūtatem patris & matris vxores alienigenas duxit. Profanus autem proprie dicitur irreligiosus, quasi porro .i. longe a fano, & templo dei, hic autem pro castrimargo, siue pro illo qui vtile pro inutili vendit, ponit. Quod bene congruit Esau, qui fuit castrimargus, atq; gulosus, vendēs primogenita sua p vili cibo pro scricula scilicet rufa. Primogenita autem isto in loco appellantur honor & dignitas sacerdotij. Ante sacerdotiū enim Aaron, quod a deo cōstitutum est in lege, omnes primogeniti sacerdotes erāt sicut fuit Sem qui & Melchisedech primogenitus filius noe fuit, Magna etenim dignitas erat habere primogenita, quoniam & de substantia atq; hereditate paterna maiorē portionem sumebant, vestimentorumque ornatu locupletior splendebat. Vnde legitur in Genesi quod rebecca accipiens vestimēta Esau valde bona, quæ apud se domi habebat, induit ea Iacob, sicq; adduxit eum ad patrem. Qui vt sensit odorem, vestimētorumq; eius fragrantiam dixit: Ecce odor filij mei, quasi odor agri. Quia ergo inter Iudæos erāt quidā sectatores Esau in fornicatione atq; castrimargia, redūcit eis Apostolus ad memoriā factum Esau, hortans cauedum ab omnibus illis, ne quis illis similis fieret, qui pro delectatione temporalium rerum, vsque ad vendenda sua primogenita peruenit. Propria siquidē negligentia & cupiditate vēdidit honorem, quem a deo perceperat, & pro parua re magnā gloriam perdidit. Postremus factus est, qui erat primus: & qui erat secundus, mansit primus. [Sci tōte enim quoniam postea cupiens hæreditate benedictionem, reprobatus est.] subaudi a deo. Narrat historia Genesim quod Esau benedictionē patris dixit cum lachrymis, a fratre ad benedictionē patris dixit cum lachrymis,

& clamore magno. Num vnam benedictionem habes parer? Benedic etiam & mihi. Cui Isaac: Dominum tuum illum constitui, & vltra fili mi tibi quid faciā? Tandem visit? Isaac clamoribus illius, dedit ei benedictionē de diuitiis huius seculi, et vt in his quæ terra pfert abūdaret dicēs. In pinguedine terræ & in rore celi desuper, erit bñdictio tua. Apparet ergo quia cū voluisset hēreditare bñdictionē paternam: dignitatē videlicet sacerdotij recipere, quæ iā amiserat necnon & sanctitatē patris cū spiritu prophetiæ peccatis impedientibus ad hoc perductus est, vt reprobar etur a deo, & fraudaretur a fratre benedictione paterna, vnde & sequitur. [Non enim inuenit pœnitentiæ locum quāquam cum lachrymis inquisisset eam.] Quare nō inuenit pœnitentiæ locum. .i. veniam per pœnitentiā, quam cū lachrymis quæsiuit? Quia ita non quæsiuit vt debuit. Lachrymæ em illę indignationis fuerunt potius amissi honoris & rancoris cōtra fratrem quam humilitatis veręque pœnitentiæ, vñ & dixit: Venient dies luctus patris mei vt occidam Iacob fratrem meum, quapropter quāquam cum lachrymis inquisisset eam, iam ad illum locum benedictionis nō potuit peruenire vt frater suus. Ita em debuerat pœnitere, sicut de Petro legimus qui cum dominū negasset, egressus foras fleuit amare. Idcirco illi dimissum est tam grande peccatum quoniam sicut debuit pœnitentiā egit. Nō em accessistis ad tractabile & accessibile ignē & turbinem & caliginē & procellam, & tubę sonum & vocem verborum. Mos est illorū qui comparationes faciunt. Vt alteram partem deprimāt, atq; extenuent, vt res alterius partis emineat. Sic et apostolus ex comparatione illorū quæ fuerunt in veteri testamento, nostra maiora ostendit & clariora, mansuetiora quoq; et meliora atq; admiratione digna. Facit em nunc differentiam inter Christum & moysen, inter euangelium & legem, inter cælum & montem Sina asperisionem sanguinis legalis, & emundationē sanguinis Christi. Multo enim meliora sūt ista quæ fuissent illa. Ibi enim quiescēt vmbra, hic veritas teneb & panditur. Nō accessistis, inquit ad tractabile & accessibile ignē, .i. nō accessistis ad visibile et palpabile lumē ignis quod visū corpore tractari possit, sicut de veteri populo Iu

exo. 19.
20.

daico legimus: sed inuisibilem & incomprehensibilem deū.
 Hęc in sima mōte facta referūtur, quādo data est lex, ignis
 videlicet turbo, caligo, procella, tubę, sonus, & vox verbo
 rū. Vt isus est, inquit, dominus deus in monte sina. Turbo ē
 vētus validus auferens stipulas & leuia quęq; ac puluerē
 terrę inuoluēs, plerūq; etiā extollit quę ponderosa sunt.
 Caligo est tenebrositas fumi & ignis Procella est tempe-
 stas et pluuia. Facta sunt autem ista quando lex dabatur,
 vt corda Iudęorū prona ad peccandū concuterentur, ne ip-
 sam legem auderent transgredi. Vñ & terremotus extitit
 ibi vt ipsi ex toto terrore percussi, ad deum cęlorū confu-
 giū facerent. Tenebrę autē sicut & caligo obscuritatē ip-
 si⁹ legis designant. Turbo siue cōmotio ventorū, cōmina-
 tionem ipsi⁹ legis, quę dicit, si quis hoc vel illud fecerit, oc-
 cidatur. Procella ipsam vindictā. Tubę sonus p̄sentia et ad-
 uentum dei omnipotentis, vnde idem Apost. alias dicit, in
 iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de cę-
 lo, per tubā autem intelligitur ipsa vox angelorū. Nō em̄
 est putandū quod aenea aut cornea tuba Angeli increue-
 rint. Vox quoq; verborū nō ipsius omnipotentis dei intel-
 ligitur: sed angelorum, Per subiectā em̄ creaturā, hoc est,
 per angelū loquebatur deus ad Moysen. Nam quod nō es-
 set vox dei, dñs demonstrat in euangelio, loquens Iudæis.
 Neque vocem eius audistis, neq; speciem eius vidistis, Et
 quod Moyses cū angelo, nō cum dño fuerit locutus offen-
 dit B. Stephan⁹ in concione sua quā habuit cū Iudæis, hic
 est inquiring, Moyses, qui fuit cum angelo, qui loquebatur
 ei in monte Sina. Euangelium autem non fuit datū in tre-
 more, neq; cum comminatione, sed affectu paterno locu-
 tus est dñs fidelibus tanq̄ filiis. Nam ascendēs in montem
 quādo inter cętera p̄cepta vitę octo beatitudines eis pro-
 tulit, nō apparuerunt neq; visa sūt signa quibus terretē,
 sicut quādo lex data est. Sequitur [Quam] vocem tubarū
 & angelorum, [qui audierūt excusauerunt se ne eis fieret
 verbum]. i. ne eis loqueretur [Non enim portabant quod
 dicebatur ad eos] hoc est, non poterāt ferre vocem angeli
 prę timore, vnde & dixerūt Moysi Loquere tu nobis nō
 loquatur nobis dominus, ne forte moriamur: Nimio enim
 timore fuerant percussi, videntes totum montem SINA

Ioānis. 5.
Actu. 9.

Exo. 20.

sumare procellas quoq; & tonitrua & voces tubarū [&
 si bestia tetigerit montem lapidabitur] sub audis. lapidib⁹
 grandinis cęlitus missis. Sic enim p̄ceperat dominus. Lō-
 ge se facient filij Israel a monte, quoniā si homo aut aliqua
 bestia accesserit ad montem lapidibus grandinis interficie-
 tur, [Et ita terribile erat quod videbatur] sub audis, vt ne
 que auderent audire, neque accedere ad montē. [Moyfes
 enim dixit. Exterritus sum & tremebūdus.] Si Moyfes ex-
 territus est, quid dicēdum de aliis? [sed accessistis ad Sion
 montem et ciuitatem dei viuentis Hierusalem cęlestem]
 Ex superioribus ista pendent, vbi dictū est, nō accessistis
 ad tractabilem et accessibilem ignē mōtis Sinai: sed accessi-
 stis ad Sion mōtem (cętera per parēthesim dicta sūt) Per
 Sion autem quę interpretatur speculatio, et per Hierusa-
 lem quę interpretatur visio pacis, vult intelligi cęlestem
 patriam, ecclesiam videlicet supernam, quę constat ex an-
 gelis et hominibus iustis, ad quam acceditur fide et deside-
 rio. Accessistis, inquit, ad Sion mōtem, hoc est, ad ciuitatem
 dei viuentis Hierusalem fide et desiderio, Et accessistis [ad
 frequentiam] siue multitudinem [multorum milium an-
 gelorum] consociati illis in fide, cōsociandi iterū in gloria,
 iuxta quod dominus dicit, Erunt electi sicut angeli dei in
 cęlo & accessistis ad [ecclesiam primitiuorum qui conscri-
 pti sunt in cęlis] ecclesiam primitiuorum debemus accipe-
 re in apostolis, qui primi crediderunt, quorū fidei illi adiū-
 cti sunt credēdo: & quorum nomina scripta sūt in memo-
 ria omnipotentis dei iuxta quod ipsa veritas eis dixit. Gau-
 det e quod nomia vestra scripta sunt in cęlis. Et accessistis
 ad [deum iudicem omnium]. i. ad dominum Iesum qui di-
 cit, Pater nō iudicat quęquam, sed oē iudicium dedit filio,
 per illum em̄ iudicabit deus pater non solummodo Iudæ-
 os, sed omnes homines: & accessistis [ad spiritum iustorum
 perfectorum.] Spiritum iustorum vocat spiritū sanctum
 per quem sanctificantur omnes in baptisate accipientes
 ab illo remissionem omnium peccatorum. & bñ perfecti
 vocantur, quia tūc iusti perfecti existent, dum ab omnib⁹
 contagiis mūdantur, siue spiritum iustorum perfectorum
 dicit, animas sanctorum qui apud deum probabiles exite-
 runt, quibus coniuncti fuerāt illi fide et desiderio. Accessi-

Ibidem.

Lucę. 10.
Ioan. 5.

ffis quoq; ad [Iesum mediatorem testamenti noui] Dominus Iesus per hoc q; homo pariter et deus est, mediator noster est, quoniam sicut Moyses mediator fuit inter deum & populum, verba dei referens ad populum, rursusq; populi ad deum secundum quod ipse dicit ego sequeris vester mediator inter deum & vos, ita & dominus Iesus verba dei patris retulit nobis, & modo nostra refert ad illum interpellans assidue pro nobis, simulq; sua passione confirmans nobis testamentum nouum. [Ad asperionem quoq; sanguinis] accessit [melius loquentem quam Abel] More legis. asperionis nomine emundationem Christi sanguine timuit, quam mundatio que per sanguinem fiebat asperio vocabatur. Accesserunt ergo illi ad sanguinem Christi siue ad emundationem, hoc est, ad passionem eius quoniam fide passionis eius mundati sunt. Sanguis vero Christi melius loquitur quam sanguis Abel, quia sanguis Abel vindictam exoptabat homicidii fratris, sanguis vero Christi vitam & indulgentiam implorabat suis persecutoribus, dicente illo ad patrem: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Vel certe melius loquitur dum nos loquentes facit quod Iesus ipse est filius dei, cuius passione sumus redempti & baptisate abluti: & quia per sanguinem eius sumus effecti filii dei [Videte ne recusetis loquentem] quod est dicere, Cauete ne contemnatis Iesum loquentem per euangelium suum quoniam in dextera patris sedet considerans quid unusquisq; nostrum agat [Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de celis loquentem nobis auertimus] subaudis, non effugiemus, ac si diceret. Si patres vestri vindictam omnipotentis dei non effugerunt quae precepta illi pruaricati sunt fabricando idolum, quae per Moysen vel per angelum data sunt illis, quorum uterq; in terra loquebatur, multo magis nos non poterimus euadere vindictam illius, si precepta quae per filium data sunt, contempserimus. Illi enim in terra loquentem audierunt, nos de caelo, propter unitatem autem personae, quam habet filius dei in duabus naturis, dicitur de caelo nobis loqui. In terra enim videbatur loqui per humanitatem, sed erat in caelo & in caelo per diuinitatem. Vnde ipse dicit, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Similiter dum euangelium

Luc. 23.

Ioan. 3.

praedicaui in terris, ipse quoq; de caelo nobis loquitur: quia propter audiendum est multo melius quam Moyses, sequitur [cuius vox mouit terram tunc] subaudis quando lex data est [nunc repromittit, dicens adhuc semel & si ergo mouebo non solum terram, sed etiam caelum] Ipse qui tunc iussu ne mouit montem Sina, & terram in circuitu eius ubi populus stabat, quando Moysi dedit legem, ipse nunc repromittit, non partem terrae mouendam a se, neque ipsam totam terram solummodo sed etiam caelum. Et ideo quanto maiora opera fieri promittit tanto magis timendus est. Licet enim terremotus sepius fuerit in diuersis locis diuersisque partibus mundi, non fuit tamen per totum mundum: & si mota est terra, non tamen caelum. Vnde bene dicit semel futurum esse hoc in die iudicii, ostendens quia nunquam iterum mouebuntur. Vnde & sequitur [Quod autem adhuc semel dicit ostendit mobilium translationem tanquam factorum, ut maneat ea quae sunt immobilia.] Ista motio caeli & terrae ad inuolutionem & meliorationem illorum pertinet. Terra quidem appropinquante die iudicii motu sustinebit, ac pariter mouebuntur caelum ac terra: & mutabuntur ab hac specie in meliorem iuxta quod Apostolus dicit alibi. Praeterit figura huius mundi. Mutata figura, remanebit substantia, eritque postea caelum nouum & terra noua. Caelum autem hic non solummodo neque aethereum, sed istud aereum accipit, a quo & aues caeli dicuntur. [Itaque regnum immobile suscipientes] subaudis nunc in spe, quod percepturi sumus in re [habemus gratiam per quam seruiamus placetes Deo cum metu & reuerentia.] Regnum immobile ecclesia est caelestis quae constat ex angelis & hominibus iustis Regnum autem dei ecclesia ista est, & regnum ecclesiae omnipotens deus est. Hoc regnum modo suscipimus in spe, tunc autem percipiemus in re, cum tradiderit CHRISTVS regnum deo & patri. Idcirco autem appellatur regnum immobile, quoniam si caelum & terra immobiliter permanebunt post immutationem, multo magis electi post resurrectionem immobiliter immortalitate in corpore, & incommutabilitate in anima percipient, regnaturi cum deo aeternaliter: eruntque ipsi regnum immobile omnipotentis dei, & regnum illorum contemplatio sanctae trinitatis. Et quod istud regnum immobile suscipiamus in re

1. Cor. 7.

1. Ioan. 3.

hortatur Apostolus vt habeam⁹ gratiā per quam seruiamus deo, placentes illi. Gratiam autem dicit fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, cum operatione sancta, per quā debemus deo seruire cum metu, timentes illū vt deum & iudicem omnium, & cum reuerentia diligentes illum vt patrem, Timere eum debemus, ne et hic flagellemur, & postmodum a requie separemur.

CAPVT. XIII.

E Tenim deus noster ignis consumēs est. De⁹ omnipotens ignis appellatur, nō vt materiā quā fecit cōsumat, sed quod exterius homo attrahat rubiginem, s. peccatorum. Non enim illud consumit quod ipse fecit: sed quod malitia hominū intulit. Agit & illud iste ignis, dum corda videlicet hominum ad amorem dei accēdit. De quo igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Terra enim vocata sunt corda terrena: quæ dum semper in infirmis cogitationib⁹ desiderij sc̄p terrenis versantur, malignis spiritibus quasi terrena conculcantur. Sed ignem dominus in terrā mittit cū afflatu spiritus sancti corda carnaliū hominū ad amorē dei & proximi accēdit. Ecce quare appellatur omnipotēs deus ignis, videlicet quia rubiginem peccatorum cōsumit, & corda hominum ad charitatem accendit. Sed potest adhuc quæri quare assimuletur igni? Ad hoc vero respondēda est, quia sicut ignis latet in silicibus & petris ita omnipotēs deus in creatura sua manet: sed tñ non videtur. [Charitas fraternitatis maneat in vobis.] Quod est dicere: Ita diligite omnes, sicut vosmetipsos, recogitātes vos habere vnum deum patrem omnipotentem, & vnam matrem ecclesiam, siue ex vno patre Adā, & vna matre Eua progenitos esse, [& hospitalitatem nolite obliuisci.] Non dixerat enim illi satis hospitalitatibus dediti antequam ex polati essent proprijs facultatibus, sed postquam enudati sunt & maxima parte propria substantia, erant iterum nimium tenaces. Quapropter hortatur eos Apostolus, vt secundum possibilitatis modum, hospitalitatis officii adimplerent, dicens eis Hospitalitatem nolite obliuioni tradere pristinam, Hospitalitas autem hilari mente & animo læto

est agenda iuxta quod Beatus Petrus dicit, Hospitales inuicem sine murmuratione. Et alibi: Hilarem datorem diligit deus. Sequitur, [Per hanc enim placuerunt quidā deo, angelis hospitio receptis.] vt Abrahā qui meruit promissionem de filio accipere, & Ioth qui liberat⁹ est de excidio sodomorum, vnde ipse iudex omnium dicturus est in die examinis, Quandiu fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis [Mementote vincitorum tanquam simul vincti.] hoc est, sicut optaretis vobis subueniri, vestrique meminisse si essetis vincti in carcere, ita mementote illorum q̄ pro fide Christi vinculati tenentur, videlicet tanquā & vos simul sitis vincti cum illis [& laborantium.] subaudis memento [tāquam & ipsi in corpore] sitis [morantes.] quod ē dicere, Quia in corpore adhuc estis morantes, per quod ex perimēto cognoscitis qd̄ necesse est laborātibus, memento te illorum qui laborant in doctrina & operatione sancta, subministrando victū & vestimentū: sicut velletis vestri meminisse, si taliter laboraretis. Per hoc em̄ quia in corpore mortali manetis, sicut & illi experimēto probatis quia militia est vita hominis super terram: & homo ad laborē nascitur, sicut auis ad volatū. [Honorabile cōnubium] subaudis sit in nobis, sicut placet deo. [& thorus immaculatus] Connubium dicitur a connubēdo, Erant quidam tūc temporis qui condemnabant nuptias, dicētes immundum esse coniugale connubiū, necesse mūdum posse alecto coniugis surgentem. Vnde B. Apostolus legitimū connubiū quod causa amoris filiorum sit, non causa libidinis explendā, non solum concedit, sed etiam dicit Deo illud placere. Honorabile enim connubium est, amore filiorum legitime vxorem ducere temporibusq̄ cæteris ab ea abstinere: nec plures vxores habere, quoniam in initio (vt scriptura dicit) creauit deus hominem ad imaginem suā, ad imaginem dei creauit illum masculum & feminam creauit eos Gene. i. dicitq̄ eis, Crescite et multiplicamini. In sequētibus quoq̄ dicitur, quod futuri essent duo in carne vna. Huiusmodi cōnubij thorus immaculatus est hoc est, legitimus cōnubit⁹ absq̄ fornicationis causa et immaculatus lectus immaculati & illi inde surgentes, hoc est, maculam peccati inde non trahentes, Vnde Beatus Mattheus: A P O S T O L V S dicit

in quodam loco, quia legitimum coniugium & thorus immaculatus, sordes habent quodammodo in commixtione feminis, sed peccati maculam non habent. Melius est enim uxorem legitimum ducere, quam cum meretriculis fornicari, aut etiam aliorum uxores violare. Si vero non fuerit legitimum connubium, neque amore filiorum, sed causa libidinis explendae, pluresque fuerint uxores, iam non est honorabile connubium, neque thorus immaculatus [fornicatorum enim & adulteros iudicabit deus] Fornicari, est quoquo modo pollui, libidinemque explere. Adulterare vero est alterius thorum violare. Unde adulter, quasi alterius thorum violans, Sed nunquid omnipotens deus solummodo fornicatores & adulteros iudicabit, hoc est, damnabit. prætermittis homicidas: sacrilegis, furibus, aliisque diuersis criminibus inuolutis? Minime. Quare ergo Apostolus specialiter fornicatores & adulteros iudicandos fore dixit? Nimirum quia de homicidis, sacrilegis, latronibus, parricidis, atque alijs peccatorum pondere grauatis, nulla hæsitatio est quin sint dandandi, de fornicatoribus vero & adulteris erant tunc temporis qui dubitabant, dicentes ad hæc factos masculos & feminas a deo, ut simul coeant, ideoque non esse peccatum cum qualibet muliere concumbere, quod omnino longe a veritate est. Unde apostolus, cum primum dixisset honorabile connubium & thorum immaculatum placere deo, mox subintulit, quia fornicatores & adulteros iudicabit deus, ostendens iuste iudicari fornicatores & adulteros, Si enim connubium concessum est, iuste fornicatores supplicij afficiuntur, iuste puniuntur adulteri, [sint mores sine auaritia contenti presentibus.] Mos est honestas vitæ & bene viuendi. Non dixit. Nolite possidere diuitias sed sint mores, id est, vita & conuersatio vestra sine auaritia. Auarus dicitur auidus auri, videlicet quia tenax est in largiendo, & cupidus in accipiendo, & qui manum habet collectam ad dandum, & extentam ad accipiendum, De quo quidam sapiens admonuit, dicens: Non sit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Fortassis postquam expoliati fuerant propria facultate a non credentibus, cupiebant sub retentis elemosynæ iterum congregare diuitias, Ideoque admonuit Apostolus ut essent mores

illorum sine auaritia, contenti tantum presentibus necessariis, non præcogitantes de futuro, iuxta quod ipse alibi hortatus fuerat dicens, Habentes victum & vestitum, his contenti simus, & ne forte dicerent, Quid facturi erimus si necessaria nobis contigerit deesse suffragia protinus consolationem addidit, adhibens testimonium de libro Iesu Naue, [Ipsè enim] deus omnipotens, [dixit, Non te deseram neque derelinquam] Post mortem Moysi dixit dominus Iosue, Sicut fui cum Moysi, ita ero tecum, Confortare, & esto robustus, non te deseram, neque derelinquã. Quod exemplum ut pertinet ad Iosue, ita & ad omnem electum qui spem suam in deo habet positam. Nulla enim ratione, mentitur, si in illo spem nostram ponimus, [ita] subaudiis est ille nobiscum, [ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est non timebo quid faciat mihi homo.] Homini nomine intelligitur hic, non solum carnalis quilibet aduersarius, sed etiam hostis antiquus, qui homo appellatur ab officio suo vocabulum sumens, eo quod hominem decipiat, sicut & Christus leo appellatur propter fortitudinẽ. Unde propheta dicit, Eripe me domine ab homine malo, id est, a diabolo. Oportet ergo nos in omnibus tribulationibus seu tentationibus hunc versiculum Psalmographi seu Apostoli exclamare, dicentes: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. i. quilibet hostis aut aduersarius. [Memento prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.] Omnes quidem prælati & doctores in quantum bona prædicant, & bona operantur, audiendi sunt & imitandi: in quantum vero aut non recte prædicant, aut male viuunt, neque audiendi sunt, neque imitandi verbi gratia, si recte prædicat, & bene viuunt audiendus est & imitandus: si vero neutrum agit, non est audiendus neque imitandus: At vero si recte prædicat, licet male viuat: non est contemnendus ut non audiarur. Unde dñs dixit: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Quia ergo isti bonos prepositos habuerat, scilicet videlicet apostolos, eorumque successores hortat eos ut memores sint istorum, eorumque conuersationis considerantes exitum, hoc est, perseuerantiam usque in finem in fide recta, bonisque opibus imitentur fidem,

hoc est firmitatem bonorum. Quia ergo finem bonum habuit eorum conuersatio idcirco imitamini fidem illorū. Fidem autem firmitatem seu perseuerantiā illorum dicit [Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula] Ad superiora pertinent ista, vbi testatus est dixisse deum Non te deserā neq; derelinquam. Poterant illi respondere hoc nō pertinere ad dei promissum, quia non est nobis promissum, sed potius Iosue promisit hoc de^o ad hęc Apostolus. Nolite deficere, quoniā sicut pertinet ad Iosue ista promissio, ita pertinet ad vos quoniā Iesus Christus qui vnius essentię existens cum patre tunc temporis ipse fuit, ipse est, ipse erit et in secula. Nolite putare quasi qui tūc temporis fuit & nō sit modo. Idē enim qui fuit heri idem erit & in seculū. Hęc autem præteritum significat tempus: hodie, præsens: secula vero, futurum sine termino, tanquam diceret, Ante secula & in secula & post secula, semper manebit, sicut de illo propheta dicit: Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.] Doctrinę varię & peregrinę, noua dogmata sunt hæreticorum, quibus abducuntur & separantur simpliciores a veritate fidei, superstitiones quoq; Iudæorum, qui docent abstinendum a quibusdam cibis, quos lex prohibet, quosdam vero concedunt. Quia ergo inter illos erant quidam carnaliter sapientes, qui esearum obseruatione & differentia se ducebant quosdam, abstrahentes eos a doctrina euangelica quę dixit omnia esse munda mundis, alloquitur illos Apostolus, ne illorum peregrina doctrina abducerentur. Quod et apertius manifestat subiūgens, [Optimum est enim gratia stabilire cor non escis quę nō profuerunt ambulantis in eis] Optimū (inquit) et perfectum est, stabilire & consolidare intellectum animi in gratia noui testamenti, vt habeatis fidem perfectā, credētes omnia munda mundis, non stabilire in differentiis & obseruationibus esearū dicentes quosdam cibos mundos, quosdam immundos qui nihil profuerūt ambulātibus in illis obseruationibus. Post domini aduentū omnia quę in figura contingebant, cessauerunt: et maxime postquam dominus dixit. Non quod intrat in os coinquinat hominē: sed omnia sunt munda mundis. Vidit siquidem deus cuncta quę fecit, erantque valde

bona Melius est enim fidem retinere cum perfecto opere, quam de differentia ciborum disputare, reiiciēdo illa quę deus munda creauit. Vna namq; perfecta obseruantia est, abstinere a peccatis nihil enim prodest abstinere a cibis si non abstineatur a peccatis. Nam licet generent illi studiū circa huiusmodi obseruationes, nihil eis profuit, si fidē nō habuerunt. In hoc enim quod legē custodiebant, præfuit illis, in hoc qđ escis nō vescerātur, nihil vtilitatis perceperūt. [Habemus altare de quo edere non habent potestatem qđ tabernaculo deseruiunt.] Legalem consuetudinem ad mysterium spiritualemque sensum refert APOSTOLVS. Legis si quidem præceptū erat vt decima die septimi mensis a festiuitate paschali, festiuitate videlicet propinationis, acciperent vitulum & hircum & immolarent eum extra castra: sanguinem autem illorum animalium ferret pontifex in sancta sanctorum, oraturus solus pro populo: carnes vero illorū portaretur, extra castra, ibiq; concremaretur, nec esset licitū alicui tabernaculo deseruienti ex illis comedere. Spiritually autē illa duo animalia, videlicet vitulus & hircus, figuram tenent domini saluatoris, Ipse est enim vitulus, quē pius pater in regressione filij prodigi immolauit, ipse & hircus qui pro peccatoribus oblatus est. Pontifex quoque ille qui cum sanguine illorum animalium intrabat in sancta sanctorum oraturus pro populo, typum gerebat istius veri pontificis, qui cum sanguine passionis suę in interiora patrię cęlestis intrauit, oraturus pro fidelibus suis. Immolabantur illa animalia intra castra, sed carnes illorū extra castra comburebantur, quia et redemptor noster in Hierusalem quasi intra castra immolatus ē vocibus & iudicio filiorum Israel, sed carnes illius extra Hierusalem in cruce combustę sūt igne passionis. Quando enim adiudicatus est morti, clamantibus Iudæis. Reus est mortis crucifige eum quodammodo (quantum ad illos pertinet) immolatus est. Quod Marcus euangelista volens nobis ostendere ita esse, dicit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum: linguis videlicet suis. Nā hora sexta in cruce est leuatus extra Hierusalem: ibiq; corpus eius cōbustum est igne passionis. Altare autem illud Iudæorum quod fiebat extra castra: vbi consumebātur carnes, altare ecclesię

est: vbi quotidie corpus cōsecratur Christi. Habem⁹ ergo altare ecclesie, vbi cōsecratur corpus dominicum, de quo non habent potestatem edere, qui tabernaculo corporis sui deseruiunt fornicatores videlicet adulteri, ebriosi, immūdi, & hi qui seminant inter fratres discordias, oēsque q̄ voluptatibus & desiderijs carnis suę deseruiunt. Qui em̄ manducat & bibit indigne, iudicium sibi māducat & bibit. [Quorum enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra] Hęc quomodo ad deum pertineant satis (vt reor) dictum habetur. Sed quia ipse caput omnium electorum per carnes illas animalium possunt intelligi omnes electi extra castra, hoc est, extra conuersationem secularium carnalium que hominum mortificando membra sua cum vitijs & concupiscentiis, siue martyres pro CHRISTI nomine sustinent omnia aduersa, & feruore sancti spiritus accensi consumunt in se quicquid fluidum atq; libidinofum inuenitur ardentque pariter amore dilectionis dei & proximi. Dupliciter enim consumuntur extra castra, siue dum mortificant membra sua cum vitijs & concupiscentiis, vt diximus, siue dum ad exemplum dominicę passionis martyrij palmam subeunt, iuxta quod Beat⁹ Petrus hortatur dicens: Christus passus est pro nobis relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Inferitur sanguis illorum intra sancta per pontificem, dum illorum vita laudabilis DEO patri presentatur per verum sacerdotem IESVM qui est aduocatus noster interpellans pro nobis. Et congrue per sanguinem iuxta accipitur, quia vita hominis in sanguine est, siue sanguis illorum inferitur in sancta, dū illorum animę cum triumpho passionis ad cęlestia deferuntur. Bene quoque in altari consumuntur quia omnia ista sancti martyres in fide adimplent, qua se credunt a deo remunerari. De his que in hoc altari cōsecrantur, non habent potestatem edere quę tabernaculo deseruiunt, quoniam ad ea que sancti martyres in fide perfecta sustinendo adimplent, non audent accedere hi qui carnaliter viuunt, et amore hui⁹ seculi tenentur astricti. [Propter quod] subaudis mysterium adimplendum [et Iesus vt sanctificaret per sanguinem suum populum in se credentem extra portam passus est.] Sicut liber

Euangeliorum testatur, domin⁹ extra portam Hierusalem passus est, in loco decollatorum, qui vocabatur Caluarius. Mat. 23. vt ergo dominus vmbra & figuram in veritatem conuerteret, quę de se suisq; membris prefigurabatur suoq; sanguine redimeret, atq; mundaret populum in se credentem foris Hierusalem passus est, [Exeamus igitur ad deum extra castra improprium eius portantes.] Quia ergo dominus pro nobis passus est, hortatur Apostolus vt imitemur illum, dicens: Igitur, quia ipse extra castra passus est vt nos sanctificaret, egrediamur ad eum extra conuersationem carnalium hominum, mortificantes membra nostra cum vitijs & concupi centiis, & imitemur eius passionem martyrii pro illo sustinendo. Hoc est enim improprium illius portare, eadem quę ille sustinuit pati. Crux em̄ illius improprium eius videtur esse paganis, nobis autē est sanctificatio & redemptio. Exeamus igitur ad eum extra castra, despicientes presentia amantes futura, contemnentes visibilia, desiderantes & amantes aeterna. Sequitur: [Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.] Certum est quia in hoc mundo non possumus habere habitaculum aeternum, neq; ciuitatem semper manentem, quoniam mundus transibit & concupiscentia eius. Quapropter debemus tendere summis visibus ad ciuitatem cęlestem Hierusalem, quę habitatorem habet deum, aeternaliter permanens, [Per ipsum igitur offerimus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius] Per ipsum id est, Christum debemus offerre deo patri sacrificium laudis & gratiarum actiones pro omnibus bonis ab illo perceptis. Idcirco autē gratiarum actiones fructum labiorum vocat, quia eadem gratiarum actiones fructum pręmiorum merentur, vnde Apostolus dicit Rom. 12. quia ore fit confessio ad salutem. Illi ergo pecudes offerent nos autem nihil horum offerimus, sed solum gratiarum actionem deo offerre debemus. De hoc sacrificio dicit Psal. Psal. 49. Immo deo sacrificium laudis [Beneficentię autē & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs pręteretur deus.] Beneficus, dicitur homo largus et eleemosynis deditus. Inde Beneficentia, dicitur largitas eleemosynarum. Beneficentię, inquit, & communionis nolite obliuisci, id est, lar-

gitatis elemofynarum, & communionis (qua communi-
 care & participare debetis aliis ex facultatib⁹ vestr^{is}) no-
 lite obliuifci. Si alij vestr^{as} rapuere substantias, tamen ex
 eis quas habetis, elemofynas dare nolite obliuifci, sicut p^r-
 pheta dicit, Beatus qui intelligit super egenum & paupe-
 rem. Talibus enim hostiis & muneribus elemofynarum
 promeretur deus adipifci. Vnde dicit propheta, Misericor-
 diam volo & non sacrificium. Non est considerandus pau-
 per qui videtur accipere, sed pot⁹ qui iussit dare. Eleemo-
 fyna enim que pauperi largitur in terra, a deo recipitur i
 cælo. Et noli attendere quod hoc tibi fit redditurus quod
 accepit. Tu enim terrâ dedisti, ille cælum reddet. Tempora
 lia dedisti, æterna mercaberis. [Obedite p^rpo fitis vestr^{is}
 & subiaccete eis.] Obediendum est omnibus p^relatis & p^r-
 dicatoribus, in quantum doctrina & mores illorū sanctę
 & pię existūt. Si autem a via rectitudinis deuiauerint, si-
 cut scribæ & pharisæi, nō faciamus qualia agunt, sed qua
 lia dicunt, nisi forte in fide cōtrarij extiterint. Nam si in fi-
 de cōtrarij extiterint, non solum vitandi sunt, sed etiā fugi-
 endi. At si bene docuerint, discrepauerint autem moribus
 a Christo, audiam⁹ eum dicentem de talibus in persona scri-
 barum & pharisęorum, Super cathedram Moysi sederunt
 scribę et pharisęi: Omnia ergo quecūq; dixerint vobis ser-
 uate & facite: secundum vero opera illorum nolite face-
 re. Dicunt enim & non faciūt [Ipsi enim peruigilant qua-
 si rationem pro animabus vestr^{is} reddituri, vt cum gau-
 dio hoc faciant, et nō gemētes] Omnibus quidem p^relatis
 & p^repositis obediendum est, nisi forte a veritate fidei ab-
 errauerint: p^recipue tamen illis qui peruigilant, hoc est, si
 sine intermissione vigilat in p^redicatione: in bono exē-
 plo & cura exteriorū solliciti existētes, qualiter pro eis ra-
 tionē reddāt. Ideo subditi debemus esse p^relatis nostris, q
 solliciti sunt de nobis vt pote pro nobis rationem redditu-
 ri, vt cū gaudio hoc faciant, & nō gemētes, id est, vt cum
 lætitia & hilaritate curam nostri agāt, & nō cum murmu-
 re & perturbatione animi quoniam plerūq; mala cōuer-
 satio & inobediētia subiectorum ad amaritudinem pro-
 uocant animos p^relatorū adeo vt segniore atq; tristiores
 circa profectum illorum existāt, siue obedire debem⁹ illis,

Psal. 140.

Ofec. 6.

Mar. 23.

vt in die iudicij cum gaudio pro nobis rationem reddant
 securi de p^ræmio, et non gementes anxij de nostra damna-
 tione. [Hoc enim non expedit vobis] subaudis, vt illi ge-
 mendo curam vestr^{is} agant, vel pro vobis rationem cum
 tristitia reddant, [Orate pro nobis]. Hic superbiā elatio-
 nemq; mentis quorundam pontificum destruit, qui typo
 superbię inflati dedignātur deprecari suos subiectos, qua-
 tenus p^r eis orationes fundant. Si ergo ille qui ad hoc vo-
 catus est a domino, vt doctor & magister omnū gentiū
 fieret nō est dedignatus petere, quatenus pro illo subiecti
 eius, quos domino acquisierat orarent, quanto magis indi-
 gent pleni inuidia, rapina, aliisq; vitiis respersi, orationib⁹
 subiectorum subueniri? sequitur: [Confidimus enim quia
 bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes
 conuersari]. Culpabatur Apostolus a Iudæis, quod non di-
 ligeret gentē suam, sicut gentiles, ideoque blande ac depre-
 catorie alloquitur illos ostendens se bonam voluntatē ha-
 bere in oib⁹ hoib⁹. hoc est, & in Iudæis & in gentilibus, Cō-
 fidimus, inquit, ego ac socij mei bonam volūtatem nos ha-
 bere in omnibus hominibus, bene volentes conuersari tam
 Iudæos quam gentiles: Nolite aliquas accusaciones aut de-
 tractaciones proferre, quoniam conscientia nostra in nul-
 lo nos reprehendit, necq; damnat quod bonā voluntatē nō
 habeamus erga vos [Amplius autem deprecor vos hoc fa-
 cere, quo celerit^r restituar vobis] Voluntatis quidē meæ
 est venire ad vos, ideoq; attente deprecor vos pro me ora-
 re, vt cito desiderium meum impleatur veniēdi ad vos, et
 notandum quod primo postulabat ab eis orationis suffra-
 gium, ac deinde non simpliciter, sed tota intentione, & om-
 ni prorsus studio piam orationem pro eis ad dominum fū-
 dit, inquit [Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pa-
 storem magnum ouium in sanguine testamēti æterni do-
 minum nostrum Iesum Christum] Deus pacis isto in loco
 intelligitur de⁹ pater a quo vera pax, p^rcedit, qui est ama-
 tor pacis & qui nos pacificauit per omnia sibi p^r sanguinē
 filij sui, ipse eduxit pastorem magnum ouium de mortuis
 .i. de sepulchro, qui locus proprie mortuorum est, suscitās
 illū tertiā die, iuxta quod ipse filius appropinquans passio-
 ni orabat, dicens: Pater clarifica filium tuum. .i. suscita filiū

tuum. Et quid dicit eidem deus pater in Psal. Exurge gloria mea exurge psalterium. i. chorus omnium virtutum Cui filius: Exurgam diluculo: Deus ergo pater eduxit filium suum de mortuis, hoc est: de inferno vel de sepulchro, iuxta quod Psal. prädixerat. Nō dabis sanctum tuum in corruptionē. Et ut ita dicamus, ipse filius suscitauit semetipsum p̄ potentiam verbi. Nā sicut tota trinitas creauit illū hominē in vtero virginali, ita tota trinitas eduxit illū a mortuis, quā indiuisibiliter operantur illæ tres personæ. Magnus autem pastor est dominus Iesus qui ad pascua vitæ, & amœna prata virentis paradisi suas oues perducit. Ipse est pastor qui dicit in euangelio. Ego sum pastor bonus. Oves eius sunt electi, de quibus ipse dicit, Oves meę vocem meam audiunt & sequuntur me, & ego vitam æternā do eis [apert vos], i. pręparet vos, perfectosq; reddat [in omni bono ut faciatis voluntatem eius, faciens in vobis quā placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum Amen] Deus, inquit, pacis apert vos omni bono, hoc est faciat vos aptos in fide rectæ in doctrina, in operatione perfectæ, ut possitis eius voluntatē perficere, faciens ipse in vobis quod placeat illi. A vobis enim nihil boni habere potestis, nisi illo pręueniente & subsequente: iuxta quod Psal. exorat, dicens. Misericordia eius pręueniet me et misericordia eius subsequetur me. Apost. quoq; alias dicit, Deus est qui operatur in nobis & velle, & perficere hæc autē omnia per Iesum Christum: in oratione perficit, quā per illū facti atq; redempti sumus, & per illū quicquid boni habemus, nobis ministratur. Cui est gloria, id est deo patri & Iesu Christo in omnia futura secula amen. Amen autem confirmatio est pro eo quod est fiat, vel ita est verū, ut dixit [Rogo autē vos fratres ut sufferatis verbum solati]. Etenim per paucis scripsi vobis. [Nota quod totam epistolam vnum verbum appellauit nec dixit, rogo vos ut sufferatis patienter verbum admonitionis, quia pusillanimes erant, sed verbum solati, hoc est verbum consolationis verbumque adhortationis. Non enim scripsi vobis multa sed pauca, ad comparationem illorū quę vobis dicerem, si presens essem, timens vobis oneri esse [cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum.] Timotheus coepiscopus

erat B. Apost. et adiutor in prædicatione, quem dicit dimissum a se & ad prædicationem directum, siue Athenis ubi illum dimiserat fortassis Apo. Potest etiam intelligi quod in carcere retentus, tunc fuerit dimissus [cum quo] id est cum Timotheo [si celerius venerit ad nos, videbo vos] Mansuetiores eos vult reddere, dicens se paratū ad eos venire. [Salutate omnes prępositos vestros & omnes sanctos] Sicut generaliter omnibus Hebræis hanc epistolam scripserat, ita generaliter omnes salute vigere optabat, nō solum prælatos, sed etiam omnes subiectos, quos sanctos vocat, quia sancti fuerant in baptisinate, simulque blandif eis, dum honorabiliter eos salutat, quatenus animaduerte rent se diligi ab illo non ad oculum, sed ex toto mentis affectu. [Salutat vos de Italia fratres.] Apertissime his verbis nobis innuit, quia Romæ hanc epistolā scripserit, quæ in regione Italica sita est, & sicut doctoribus videtur in carcere erat tunc temporis. [Gratia cum omnibus vobis Amen.] Gratia dicitur gratis data. Gratię autem nomine debemus hic accipere fidem perfectam cum executione bonorum operum remissionem quoque peccatorum, quā percipiunt electi tempore baptisnatis, donum etiā spiritus sancti, quod datur tam in baptisinate quam per impositionem manus episcoporum, quæ omnia gratis a deo dant. Orat ergo Apostolus ut ista omnia illi quibus scribebat possiderent. Oremus & nos dominum pia supplicatione, quatenus per suffragium egregij sui Apostoli horum numerum nos possessores in præsentī efficiat, fidemq; quā docuit integerrime custodientes bonisq; operibus exornātes ad contemplationē superne visionis, Christo duce pertingere mereamur. Amen.

FINIS.